

26 XXIX.

UNED

UNED

8.19

445

JUNED

K. 00001533 75

UNED

Francisco Codera.

JOHANNIS BUXTORFI, FILII,
DISSERTATIONES
PHILOLOGICO-THEOLOGICÆ:

BAP FA
014

- I. DE LINGUÆ HEBRÆÆ Origine & Antiquitate:
- II. De ejus Confusione & plurium Linguarum Origine:
- III. De illius Conservatione & Propagatione:
- IV. De Literarum Hebraicarum genuina Antiquitate:
- V. De Nominibus Dei Hebraicis:
- VI. De Cœnæ Dominicæ primæ Ritibus & Forma:
- VII. Vindiciæ præcedentis Dissertationis:
- VIII. De Lotione manuum Judaica ante & post cibum:

Accesserunt,

R. ISAACI ABARBENELIS, Hispani,
aliquot elegantes & eruditæ Dissertationes;

- I. De Longævitate primorum Patrum:
- II. De Statu & Jure Regio:
- III. De JUDICUM & REGUM in V. T. convenientiis & differentiis:
- IV. De miraculosa statione Solis tempore Iosuæ:
- V. De Peccato Davidis, numerantis populum:
- VI. De Nomine Mosis:
- VII. De Idolatriæ speciebus, quarum in SS. Literis mentio:
- VIII. De Librorum Biblicorum Divisione;

Ab eodem ex Hebræa in Latinam Linguam
versæ:

Cum INDICE LOCORUM SCRIPTURÆ
explicatorum & illustratorum.

CUM PRIVILEGIO.

BASILEÆ.

Typis JOH. JACOBI DECKERI, ACAD. Typographi,
Impensis JOH. BUXTORFI, Auth. Filii.
An. 1662.

LEGADO

UNIVERSITATIS

JAIME OLIVER ASIN




VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
PRUDENTISSIONIS,
DD. CONSULIBUS, QUÆSTORIBUS,
TRIBUNIS PLEBIS, TOTIQUE
AUGUSTISSIMO SENATUI
INCLYTÆ ET ILLUSTRISSIMÆ
T I G U R I N O R U M
RE IPUBLICÆ,
DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS, SUMMAQUE
OBSERVANTIA COLENDIS,
Gratiam & Pacem à Domino precatur
JOHANNES BUXTORFIUS, FIL. S. TH. D.
Ling. Heb. in Acad. Bas. Prof. ordinarius.

UNED

VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMI,



Fero Vobis Dissertationes aliquot Philologico-Theologicas, à biennio & quod excurrit, ex variis observationibus, à me congregatas & collectas. Argumentum illarum licet non videatur unum & continuum; Scopus tamen in omnibus unus; Antiquitates Hebreas, hoc est, Sacras, pro gratia mihi à Domino concessas, è tenebris producere, & hac ratione majorem quibusdam Sacrae Scripturae locis lucem inferre: deinde, Juventuti studiose, speciminibus hujusmodi, ad jucundissimum nobilissimum, hoc studium facem präferre, illorumq; animos ad ejus amorem tanto vehementius inflammare & accendere. Res utiq; & utilis & necessaria, modo vires tanto cætopares suppeterent & adessent. Utrumq; enim hoc verum, & in clarissima luce positum. Studium hoc Hebraeo-Philologicum, ad Verbi Dei, per Utrumq; Testamentum, illustrationem, per quam esse necessarium: & (quod dolendum, uic inter postrema sæculi vitia numerandum) raros admodum esse, qui illi ritè excolendo seriam operam impendant. Si ullibi, hic verum est illud: Cepisse multorum est, ad culmen pervenisse paucorum. Πολλοὶ θεραπέοι, παῦροι δὲ μάνθιες ἄρδεσ. Quamvis autem ego quoque meam, & ingenii tenuitatem, & plurimarum ad hanc rem necessiarum rerum egestatem ac inopiam, non ignorem; quia tamen etiam unum talentum, à Domino nobis concessum, non defodere: donum ad Prophetandum, quod in nobis est, non negligere: sed, ut accepimus, ita alius in alium, ut boni dispensatores variæ Dei gratiæ, administrare, jubemur; constitui post alios labores, aliquam etiam operam in Praxin hujus studii conferre. Ut verò huic negotio tanto cautiùs & tutius me committerem, sensim illud aggrediendum, & pedetentim ac gradatim in eo progrediendum duxi, ut sic & de meis in hac arena viribus periculum facere, & Doctorum virorum de hoc laboris genere judicia, tanto commodius experiri possem. Prudenter enim monet alicubi D.

Hieronymus: Ne ad scribendum citò prosilias, & levi ducaris
insaniā: Multo tempore disce quod doceas. Notum est etiam
quod Syracides inquit: Difficiliora quām pro te, ne quæras, &
fortiora viribus tuis ne scrutare. Ad animum etiam non immerito
revocavi præsentis non solum vita, sed & temporis hujus calamitosissi-
mi, miseram & incertam conditionem, quæ revera Spem nos vetat
inchoare longam. Præsentem itaq; satis Dei gratiam sentiens, &
insignem summorum Virorum favorem intelligens, quo non tantum
præsentes meos conatus approbarunt, & ferventissimis studiis excepe-
runt, sed & ad porrò hanc telam pertexendam & continuandam cer-
tatis cohortantur, non dubitavi fidentiori paulatim animo prodire,
& nunc adeò fasciculum hunc Dissertationum quasi è carcerebus in
apertum campum emittere.

Materias elegi tales, ad quas vel animus ipse ferebatur, vel occa-
sio invitabat, vel etiam, quæ aptæ mihi videbantur, à quibus Operis
istius auspicia ducerentur, libertatem hanc mihi nunc & in posterum
reservans. De nonnullis Sacrae Cœnæ Ceremoniis sapientis ab Ami-
cis rogatus, nec semper vel mihi vel illis per omnia satisfaciens, consti-
tui tandem meas hac de re observationes majori cum cura excutere, di-
ligentiusq; in veteres Hebreorum Paschales ritus inquirere, illorum
Talmud, Ritualia, cæcasq; latebras Insinuare omnes, & num hac
quog; ex parte solidior aliqualux veritati circa hoc mysterium accede-
re posset, pro virili tentare. Unde primum nata Dissertatione de Cœna,
ultimum nunc in hac parte locum occupans. Mox alia oblatæ occasio
de Decalogo, ejusq; tremenda in monte Sinai promulgatione, agen-
di: in qua varia etiam ad Historiam & Philologiam spectantia ex anti-
quis Hebreorum monumentis produxi. Cum verò illa quoque se hic
offerret discutienda quæstio; Quibus Literis Lex à Deo Tabulis lapi-
deis inscripta fuerit? Iisdémne quibus adhuc hodiè Judæi utuntur, an
aliis, placuit eam in peculiarem Dissertationem rejicere, & accuratiū
examinare. Plus enim quām Mathusalem etas est, quod inter Viros
doctos dubitatum & disceptatum fuit; An istæ Hebræorum lite-
re, quibus hodiè in libris Sacris exarandis Judæi utuntur, ge-
nuinæ sint & primigeniæ, an verò illæ, quibus Samaritani utun-
tur? Hinc ergo Dissertationis, De Literarum Hebraicarum antiqui-
tate,

tate, data occasio. Hic quidem res ipsa jam videbatur requirere, & me quasi manu ducere ad famosissimam de Origine Punctorum Vocalium controversiam, ut quorum Antiquitas, aequè ac Literarum, in dubium à multis vocatur. Sed hanc questionem pro tempore diutius adhuc premere consultum visum fuit, & prius alia quadam, nec in jucunda, nec inutilia, ad Linguae Hebreæ Historiam pertinentia, expedire; num forte in his quoq; nonnulla se interea sint proditura, ex quibus veritas solidius emergere & emicare queat. Hinc itaq; ab ovo quod ajunt orsus, primò ipsam Linguae Hebreæ considerare & explicare capi Originem & Antiquitatem, ubi ostensum, Origine esse Divinam; Antiquitate Primam, & per aliquot saecula Unam; Dignitate Sanctam. Cùm verò in Babele magnam esset passa Confusionem, pluresq; lingua ex ea ortæ, Historia Confusionis illius, & plurium Linguarum Origo inquirenda fuit, ubi Tria hac præcipue sub incudem sunt revocata; Confusionis Lingua Hebreæ Origo & causa, Linguarum ex confusione ortarum Numerus, & Confusionis Tempus. Itaq; cum tanta tunc temporis facta sit Linguarum & Populorum confusio, & experientia constet, Hebraeos posteris temporibus non solum varia exilia, captivitates & deportationes, sed & Linguae sua mutationem passos; ipsa Historia series flagitavit, ut porrò dissiparetur, In qua familia, & Ubi locorum Lingua Hebreæ tum incorrupta manserit, & hospitium vernaculum retinuerit? quomodo & quamdiu conservata? Unde nomen sortita? quæfata experta? & similia. Tandem etiam hac subjuncta questio, An ad finem usq; mundi sit permansura, & in altera quoq; vita ejus usus futurus? ut sic integer Historia Linguae Hebreæ ex Paradyso in Paradisum esset circulus. Ex his ergo Tres Dissertationes ortæ, quæ primum nunc locum obtinent, quòd commodissima sint viæ, quæ Caterarum caput conveniens, & πρόθυρον τηλαυγής constituerent. His omnibus alia adhuc accessit De Nominibus Dei Hebraicis, quorum D. Hieronymus meminit: In his enim non pauca quoq; se offerunt, Philologia & Antiquitatis studiosorum disquisitione digna.

Hæ omnia autem ita sunt à me pertractata, ut Sacram ubiq; Historiam illustrare, autoritatem Canonicarum Scripturarum tueri, Hebraorum, quæ Veterum quæ Recentium, de his omnibus sententias producere, curæ cordiq; mihifuerit. Rectissime enim scribit Eusebius

*de Preparat. Evang. lib. 9. c. 3. Quemadmodum ab Ægyptiis res
Ægyptiorum; Phæniciorum à Phænicibus, Græcorum à viris
illustribus Græciae: Philosophorum à Philosophis, Medicas à
Medicinae peritis discere convenit: ἐτω δὴ τὸ ἀνόλαθον ηγεμαι
δὲν καὶ τὰ Εργάτων στῶν παρεῖ Εργάτων λογίων αἰδοὺ μη ἄλλοβέν ποθεν διπο-
δέχεσθαι ex consequenti etiam statuo, res Hebræorum patrias
non aliunde quam ex Hebræorum dictis scriptisque esse repe-
tendas. Non ignoro equidem, quæ sit Rabbinicorum scriptorum ra-
tio, quodq[ue] vulgo de illis judicium: sed neutrum me ab hoc incepto de-
terrere potuit. Maro cum Ennium legeret, dixisse perhibetur; Se au-
rum in sterquilinio colligere. Et D. Hieronymus de Apocryphis ali-
cubi loquens; Grandis, inquit, est prudentia aurum in luto quaer-
rere. Idem de Hebræorum libris & lectoribus dici potest. Sufficit ergo, si
auri aliquid in impuris illis alioqui venis lateat, ac inveniri queat: la-
boris & opera ne nos paeniteat: Adhibendum autem judicium, scorie
separanda & rejicienda, & ut verbo dicam, quid distent atra lupi-
nis, attendendum. Neg, etiam adeò alienum hoc studium à nobis Chri-
stianis, ut vulgo habetur, censeri debet, qui Judæis successores & po-
steri sumus, ut Lactantius scribit, & in Tabernaculis Semi habi-
tam, b.e. interprete Hieronymo, in eruditione & scientia Scri-
pturarum, ejecto Israël, versamur.*

*Has verò meas Dissertationes, eo consilio quod exposui seorsim
hactenus editas, Typographi & Lectoris commodo, in unum nunc
collectas, Splendissimo & Augustissimo vestro Nomi ut inscribe-
rem, animus meus tantopere hac vice gestivit, ut quamvis mul-
ta, quæ hunc affectum reprimere poterant, ei objicerentur, con-
vulsis tamen metus & pudoris repugnulis, tandem eruperit, & viam
ad vos affectarit; non tamen omnino sine ratione & honestis cau-
sis. Nolo nunc me in Vestrarum Dignitatum, & Laudum præco-
nia effundere: nihil dicam de Vesta, Majorumq[ue] vestrorum For-
titudine, & rerum gestarum gloria: nil de iusta, quâ vestrarum Rem-
publicam regitis, Prudentiâ: nil de laudatissima Humanitate, & erga
Exules quosvis Hospitalitate & liberalitate: nil de Urbis vestræ di-
gnitate & celebritate. Hæc & aliâ hic spatiis exclusus inquis
Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. Quam-
vis certè talia, quæ meritò omnes rerum magnarum & quos estimatores
ad*

ad Vos pertrahere possint. Preter hæc notissima est eximia Vestra erga Verbi Divini studium Pietas, & incredibilis erga Literas & Literatos Benevolentia. Testes hujus rei luculentissimi sunt, Ecclesia vestra, superiori saeculo inter primas ad Verbi Dei normam, Majorum vestrorum zelo, conformata, vestra pietate in eadem hac enus purissime conservata: Testis est Illustre & celeberrimum vestrum Lyceum, in quo non solum Theologia, & quævis disciplina & artes, sed & lingua, magnâ diligentia & laude docentur & excoluntur: Testis Biblioteca celeberrima, quam ad singulare Urbis & Scholæ vestra ornamentum magno studio adornatis. Testes sunt hujus rei tot Viri, ob variarum rerum præclaram scientiam, & aeternitate dignissima literarum monumenta, toto Orbe celeberrimi, quos Urbs vestra semper, à superiori presertim saeculo, vel produxit, vel gremio suo benignissimè forvit. Taceo nunc Theologos, immortalibus scriptis claros, quorum solorum numerus justum posset Catalogum confidere. Philologos, Historicos, Linguarum omnium, & omnis Antiquitatis peri-
tissimos si quis requirat, ubi præstantiores, insigniores & celebriores, quam inter Vestraes, reperiet? Conradi Pellicani, Theodori Bibian-
dri, Guilelmi Stuckii, Rodolphi Hospiniani, Conradi Gesneri, Caspari Waseri, Lavaterorum, & aliorum, nomina, atque indefessi labo-
ris, inexhaustaq; in Philologiæ doctrinæ, scripta, quis, nisi qui lite-
ras penitus omnes, ignorat? Que regio in terris horum non plena
laboris? Quis in antiquitate angulus, quem illi non excusserint?
qua lingua, quam non excoluerint? quæ scrinia, que illi non perqui-
siverint? quid obscuri, quod illi non illustrarint? Et ne nunc quidem
hoc studium inter Vos vel desit vel deferbit. Hic enim haud ita pri-
dem, novum veluti aliquod Sydus, inter vos exortus D. Joh. Hen-
riacus Hottingerus, amicus mihi exoptatissimus, ad Linguarum Orienta-
lium & Antiquitatis ornementum & incrementum vobis datus & na-
tus. Addat ei Supremus dies, & egregiis ejus conatibus ubertim ex alto
benedicat! Cùm itaq; his Dissertationibus huc præcipue spectarim, ut
studium hoc Philologicum, pro meo modulo, in Helvetiæ nostræ Scholis
reformatis etiam magis magisq; propagem; Urbs verò vestra à mul-
tis retro annis ab eo celebris fuerit, illudq; splendide excoluerit, nil
præter rem me facturum sum arbitratus, si, affectui meo aliquid in-
dulgens, Primam hanc (Deo conatum meorum vela porro benigna

suâ aurâ impellente) mearum in Antiquitates Hebræas lucubratio-
num partem, debita cum humilitate Vobis offerrem. Auxit hunc affe-
ctum singularis Vestra Vestrorumq. Humanitas, quam semel atq; ite-
rum, cùm Tiguri essem, liberalissimè sum expertus, ut & in Thermis
Helveticis, ubi secundâ vice, Tuâ Amplissime Consul, SALOMON
HIRZELI, gravissimâ conversatione quandoque frui, Tuam hu-
manitatem ac singularem benevolentiam experiri, mihi fato quodam
contigit. Fovit eundem affectum constans & continua cum præcipuis
Scholæ & Ecclesia vestra luminibus, à multis annis, non sine fructu &
voluptate, suavissimè & fraternè planè culta amicitia. Occultos etiam
proculdubio ignes subjecit, quod Civitati vestra aliquam etiam
originis meæ quasi venam debeam, quibusdam ex Majoribus meis,
Religionis causâ ex Italia profugis, sedes primas apud vos quarenti-
bas & invenientibus, ac postea demùm huc Basileam commigrantibus:
aliis Tiguri manentibus, ibiq; adhuc ex Dei benedictione opibus &
honoribus florentibus; Orelliorum, Muraltorum, & Pestaluzziorum
familias indigo, proximâ consanguinitate me contingentes. Sed
non capit plura pagina angustia. Unum restat, ut vos orem, ut exi-
guum & levidensē hoc munusculum literarium, mei erga Vos studii &
observantie singularis testimonium ac arrham, sereno ac hilari vultu
accipere, & me, meos, meaq; studia Vestro Favore & benevolentia
complecti & prosequi non de dignemini. Sic Deus Opt. Max. Vos, In-
clytamq; vestram Rempublicam, turbulentissimis his temporibus in
pace & tranquillitate, atq; in ea unâ cum caelesti Veritate, bonarum
quoque linguarum ac literarum studia, eo flore quo hactenus, clemen-
ter conservet, & per Vos ad posteros quoq; Vostros transmittat.

Dabam è Muso meo Basil. 10. Martij

Anno 1645.

PRÆFA-

❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖

PRAEFATIO AD LECTOREM.

NTA est, ut Salomon inquit, Prov. 16.9. לְבָד אֹדֶם יַחֲשֵׁב דַּרְכּו וְיִמְלֹךְ Cor hominis deliberat de via sua: sed Dominus dirigit gressum ejus. Ea scilicet est rerum humanarum conditio, ut initia quidem consiliorum & actionum nostrarum nobis sint certa, finis autem incertus. Cùm Dissertationes quasdam meas Philologico-Theologicas, jam olim editas, nunc recensitas prælo submittere cogitarem, in quibus Una erat *De Decalogo in Genere*; animus erat, hortatu quorundam, telam illuc orsam, per Specialem singulorum Præceptorum explicationem eodem filo continuare. Existimarent illi, occasionem hinc nascituram, multa quoque alia præcepta Mosaica cum fructu ex Hebræorum scriptis illustrandi. Dum in eo essem, & jam bonam ejus laboris partem perfecisset, operis lentè procedentibus, aliud quiddam huic consilio intercessit, quod illud non quidem intervertit, sed tamen moram injectit, & in aliud tempus differre coëgit. Atque hæc est causa, cur Dissertation illa de Decalogo hîc sit omessa, ut nempe cum reliquis conjungatur, & separato volumine exhibeat. Quod, Deo vitam & valetudinem largiente, brevi Te exspectare jubeo. Ad supplendum hunc defectum, laciniam novam huic operi attexui; Dissertationes quasdam elegantes & eruditas Isaaci Abarbenelis, Authoris luculentí, à me jam olim Latinè versas, quibus aliquot Scripturæ loca non profsus trivialiter explicantur & illustrantur. Non tamen eâ mente in lucem illas produco, quasi omnia ejus dicta & sensa vel mea velim facere, vel Tibi amplectenda obtrudere, sed considerandas, & cum judicio expendendas. Si non ubique rem acu tangit, saltem non indigna sunt, quæ legantur. Scriptor ille est ex recentioribus maximè argutus, & acutus, nequam ita scrupulosè, ut pleriq; alii, Magistrorum suorum placitis addictus; sed sæpius ab illis recedens, & liberè animi sui sensa proferens: tūm etiam, quoad fieri potest, literalem Scripturæ sensum sequens & premens. Unde, ubi in obscuris quibusdam & intricatis multis locis, cæteri Interpretes comodam Verborum interpretationem vel constructionem non invenire queunt, vel ad Allegorias deflectunt, ille sagacitate suâ subinde aliquid investigat & reperit, quo Literam tueatur, & illa extricet & clariora reddit. Dum itaque Decalogicæ illæ Dissertationes prodeunt, his præsentibus interea fruere & utere. Quæ si placere intellexero, plura ejus generis suo tempore à me exspectare poteris.

Vale.

: () : (

H E N R I C I A' D I E S T,
S. THEOL. D. ET IN ACADEMIA
DAVENTRIENSI PROFESS.

In Scripta Buxtorfiana

E P I G R A M M A.

ILLE Deo quondam gratissima, solag^g sancta,
Heu quantis tenebris nunc Synagoga jacet!
Solaq^g Divinis oraculis clara nitensq^g,
Quantis commentis commaculata riget!
Occidit, occubuit, felix sapientia quondam,
Stercora pro vera relligione ferens.
Inde tamen doctus BUXTORFIUS ilicet aurum:
Colligit, & veri suscitat inde focum.
Egregiam verò Laudem & spolia amplareferre,
Quis neget hunc tantā sedulitate virum?

I N D E X

L O C O R U M S C R I P T U R Æ
E X P L I C A T O R U M .

	G E N E S.		Cap.	Vers.	Pag.
I.	Vers.	Pag.	IX.	29.	31.
	26.	55.		32.	105.
II.	27.	5.	X.	18.	78.
	7.	2.12.30.110.		21.	78.
	16. 17.	5. (25.26		25.	126.147.
III.	19.20.	10.16. seqq.	XI.	1.	22.27.33.42.
	23.	31.32.		6.7.89.	44.54.65.
	20.	30.		8.	128.
IV.	1	30.31.		26.	96.
	25.	31.		28.	132.
V.		417. & seqq.		29.	102.104.
					XIV. 13.

INDEX LOCORUM.

Cap.	Vers.	Pag.
XIV.	13.	139.
XV.	7.	128. 132.
XVII.	17.	102.
XXIV.	4. 10.	128. 130. 132.
XXV.	22.	12. 5.
XL.	15.	137.
XLV.	12.	153. 154.
XLVII.	30.	26.
XLVIII.	17.	105.
<i>E X O D.</i>		
III.	14.	262.
IV.	11.	12.
VI.	3.	250.
X.	21. & seqq.	471.
XII.	8. 24. 29.	288. 329.
	42.	329.
XV.	11.	462.
<i>N U M E R.</i>		
XXIV.	24.	148.
XXI.	8. 9.	33.
<i>D E U T E R O N.</i>		
IV.	19.	59.
XVII.	12.	452.
	15.	451.
	18.	172. 240.
	14. 15. 16. & seqq.	423. & seqq.
XXXII.	8.	79.
XXXIII.	5.	454.
	26. 27. 28.	475.
XXXIV.	10.	469.
	12.	470.
<i>J O S U A.</i>		
X.		457. & seqq.
XXIV.	2. 3.	128. 130. 132.
	4.	106. (219.)


Cap.	Vers.	Pag.
VIII.	7.	451.
	22.	450.
IX.	6.	454.
XI.	8.	450.
XII.	4.	451.
<i>J U D I C.</i>		
<i>I. S A M U E L.</i>		
VIII.	1. & seqq.	423. seqq.
XXV.	4.	305.
XXVI.	9.	445.
<i>II. S A M U E L.</i>		
XXIV.	1. & seqq.	477. seqq.
<i>I. R E G.</i>		
I.	33.	453.
<i>II. R E G.</i>		
XVII.	7. 10. 15. 16.	
	17. & 21.	490. seqq.
	24. 25. seqq.	215. 16.
XVIII.	4.	316.
	26.	21. 155.
XXII.	8.	156.
<i>E S R A S.</i>		
IV.	7.	238.
<i>L C H R O N.</i>		
XXVII.	23. 24.	48.
<i>N E H E M.</i>		
VIII.	1.	232.
IX.	7.	128. 130.
XIII.	23. 24. 25.	21. 156. 195.
<i>J O B.</i>		
VI.	4.	276.
IX.	2. 3. 4. &c.	466.
XXII.	25.	264.
<i>P S A L M.</i>		
LXXVII.	15.	274. 462.
LXXXI.	6.	256.
<i>X C. 9.</i>		

UNED

INDEX LOCORUM.

Cap.	Vers.	Pag.	Cap.	Vers.	Pag.
XC.	9.	423.	XXIII.	25.	332.
XCVII.	9.	281.	XXVI.	26.	285. 296.
CXXXVI.	4.	462.		29.	322.
CXLIX.	6.	161.			M A R C.
			VII.	1. 2. 3. 5. 7. 8.	397. seqq.
XVI.	1.	12.		4.	305.
					L U C.
			VII.	39.	303.
			XI.	38.	304.
			XXII.	17.	320.
				19.	285. 326.
				20.	295.
					J O H.
			I.	29.	301.
VIII.	2.	492.	XIII.	2. 4. 12. 23.	28. 295.
X.	11.	155.		4. 18.	302. seqq.
			XXI.	20.	295.
					A C T.
			II.	42.	299. 314.
			VII.	2.	99.
				2. 4.	129. 137.
XIII.	11.	435.	XX.	7.	299. 314.
					I. C O R I N T H.
			X.	16. 17.	298. 299.
					314.
III.	10. 11. 12. 13.	467	XI.	23. 24.	285. 296 seq.
					326.
			XIV.	16.	311. 312.
					I. T I M.
			V.	10.	304.
					I. P E T.
			I.	19.	301.
					A P O C.
			XIII.	8.	301.
					D I S S E R.

UNED



DISSERTATIO PRIMA,

De

LINGUÆ HEBRÆÆ ORIGINE ET ANTIQUITATE.

Inquestionæ Hebraæ Originem & Antiquitatem indagatur, ut à primis fundamentis rem arcessamus, & tantò solidius Thesin nobis propositionam, *eam videlicet esse Primam & Antiquissimam*, exstruamus, ad sequentia præsentem Dissertationem revocabimus Capita, ut ostendamus

I. *Hominem primum in suæ Creatianis primordio, Sermonis & Lingua certæ usum, statim habuisse:*

II. *Illum eam Linguam à Deo ipso accepisse.*

III. *Linguam illam primam fuisse Hebraam.*

IV. *Eandem tunc unicam & solam extitisse.*

V. *Cur eadem SANCTA vocetur?*

I.

Hominem primum, cùm creatus fuisset, statim certæ Linguae usum & notitiam habuisse.

I. **A**DAMUM primum Hominem, totiusque Orbis habitabilis Imperatorem, præter alias innumeras dotes, quibus à Deo Creatore suo, præ reliquis inferioris hujus Mundi creaturis, dotatus ac ditatus fuit, SERMONIS seu ORATIONIS quoque usum, in creatione sua statim accepisse & habuisse, cuius medio, tanquam non solum *Animal loquens & rationale*, sensa animi sui articulatè, di-

A

2 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

stincte, intelligibiliter ac ~~λογικῶς~~ proferre, quibusvis rebus & actionibus nomina ac verba congrua & convenientia imponere, illa deinde aliis particulis artificiosè conjungere, atq; exinde sententiam atque orationem aptam formare; sed etiam ut *ח' מ' מ' Animal politicum ac civile*, cum aliis communicare ac conversari potuerit, & *Sacra nos Historia, & Sana docet Ratio*.

2. *SACRA* namque Mosis *HISTORIA* refert, *DEUM OPT. MAX.* Adamum, statim ab ejus creatione, etiam ante lapsum, sermone allocutum esse, sermone diserto ipsi benedictionem suam uberrimam dedisse & exposuisse: præceptis & mandatis suis eum instruxisse (*Genes. 1. v. 28. & seqq. & cap. 2. v. 16. 17.*) adductis etiam ad ipsum bestiis & volatilibus, quinam illa vocaturus sit, explorasse; Adamum prompte, sapienter & dextrè singulis nomina imposuisse, atque ita non solum Dei loquentis voices percepisse & intellexisse, sed mutuas quoque reddidisse ac reposuisse: creatà denique Evā, è vestigio verissimā descriptione, & nomine elegansissimo atque convenientissimo eam designasse (*v. 23.*) Ex his enim apparet, ab ipsa Creatione per *SERMONEM*, *Deo & Homini*, familiaritatem & consuetudinem intercessisse, omniumque rerum vires, naturas & proprietates, verborum Notatione propriā designatas fuisse.

3. Huc referunt quidam illud Gen. 2. v. 7. *וְאֵת אָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה* Et factus est homo in animam viventem. Onkelos enim Paraphrastes Chaldaeus, qui circa tempora Christi vixit, transtulit illud; *וְהַזְּהָ בָּאָדָם לְרוֹחַ מִלְּכָלָא* Et fuit (anima sc. illa, quam Deus ei inspiravit) in Adamo in spiritum loquentem: Id est, Spiritus, Flatus, vel Anhelitus iste, quem Deus hominis naribus inflavit, non tantum eam vim habuit, ut hominem vivificaret, & ratione prædictum efficeret, sed etiam distinctam in eo vocem & articulatum sermonem formaret, ut ejus spiritus vi & facultate, distincte etiam & articulate loqueretur, atque ita hoc quoque Spiritu loquente ab omnibus brutis differret. Sic Jonathan: *וְהַזְּהָ בָּאָדָם לְרוֹחַ מִלְּכָלָא* Et fuit anima in corpore hominis in spiritum loquentem. Sic Rabbi Salomonis, ad ista verba, glossa est; *אָבָה מִתְּמִתָּה נִקְרָא נֶפֶשׁ חַיָּה שְׁבָכוֹלֵן שְׁתָנוֹתָךְ בָּו* Et hoc est, Etiam bestia & fera vocantur Anima vivens: Sed *Anima ista homini Vivens est præ reliquo omnibus*, quia ei prater Vitam addita quoq; est Scientia vel Ratio, & Oratio.

4. Sed & *RATIO* sana hoc ipsum nobis suggerit. Nam cum Homo *Animal loquens* verissimè ab Hebræis, & inde à Græcis *ζωον λογικόν*, definiatur; nullo modo ei hæc definitio perfectè competeteret, nisi & Ratio & Oratione prædictus esset. Quid enim est propriè? *Loquens*. Quomodo? sermone non solum interno & *ἰδιαίτερῳ* sed etiam *αὐθορεῖ*. Nam

דָבָר דָבָר

דְבָר Dayar, h.e. גָּוֹתֶר, sæpius significat *Orationem externam*, quam *Internam*; imò propriè illam, non hanc significare videtur. Et cui usui Interna Ratio, nisi medium & instrumentum, divinum hocce munus convenienter explicandi ac proferendi simul accepisset? Quodnam autem Ratio-nis expromendæ Homini convenientius medium, quam Oratio? Hinc scribit Isaacus Arama in Levit, parashá מִצְרוֹעַ, sed. 62. וְתִזְעַזֵּעַ כִּי הַחֲרוֹשׁ שָׁאַנְתָּן מְדֻבָּר אֵינוֹ מְכֻלָּם אָדוֹן בְּכָל מְשֻׁפְטָיו וְהָ לְפִי שָׁהָדָבָר הַפְנִימִי הַחֲצִין הַסְּפָקָה h.e. Certum est, quod Sermo internus & externus sunt socii & propinquui. Defectus primi, testatur de defectu secundi, &c.

5. Et cum Homo, ut antè dictum, sit non solum Animal rationale, sed & Politicum ac civile, quâ ratione cogitari potest, Deum sapientissimum, eumque optimum opificem, parentemque rerum, qui hominem ad societatem & benevolentiam mutuam produxit, Rationem indidisse, facultatem autem & organum rationis negasse? Nam quamvis Angeli quoque sint Intelligentes & inter se communicent, hoc autem externo medio sint destituti; non sequitur, Hominem quoque Oratione externâ carere potuisse. Illi enim sunt Creaturæ mere spirituales, וְתִדְרֹהָן עַם בָּשָׂרָא לְאַתָּה quarum habitatio cum carne non est, (Dan. 2. v. ii.) h.e. ab omni corporis unione liberi: Hinc illis, ut sibi mutuo loquantur, satis est mens menti ad confabulandum. Homo verò, quoad Animam quidem, etiam est Spiritualis: sed quia ea corpori est unita, & quasi inclusa & incarcera-ta, non aliter potest aliis, quæ in animo habet, communicare, nisi per orga-na corporea; ac proinde opus est nobis non solum nutibus & votis, sed maximè vocibus externis & linguae usu. Hinc adducit R. Jehudah Mu-scatus in Cosri part. 4. §. 25. fol. 242. col. 1. ex Capitulis R. Berachielis: שׁ הַפְרָשׁ בֵּין דְבָרֵי הָנוּתִים לְדָבָר הַמְּלָאכִים Est differentia inter sermonem Humanum & Angelicum. Nam Humanus sermo, quia fit per animam in corpore inclu-sum, opus habet instrumentis & sensibus. Angelicus, quia fit per animam non inclu-sam corpori, fit sine instrumentis corporeis. Uterq; autem fit per Animam rationa-lem &c. Hinc ibidem Sermo Angelorum in Cosri vocatur דבר שכל Ser-mo intellectualis.

6. Adhac cùm in summa perfectione Animæ & Corporis fuerit Adamus creatus; post Rationem autem Oratio præcipuum fit, quo à reliquis Animalibus differt, non videtur perfectio ejus absoluta fuisse, si è caruif-set. Hinc censem, non solum Hebrei, sed etiam nostri Theologi com-muniter; Adamum, non instar infantis, sed hominis justæ ætatis, corpo-

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

ris & animi facultatibus & dotibus perfecti , conditum fuisse. Unde D. Augustinus de Genesi ad literam cap. 14. *Quemadmodum creditur factus Adam, sine ullo progressu incrementorum, virili et ate continuo, &c.* Vide eundem cap. 13. Venerabilis Beda in Genesin, mihi pag. 16. Non aliter Adam factus est, cum de limo terra formatus est, nisi perfecta etatis & virilitatis, qua erat in illis causis, ubi Deus hominem in sex dierum operibus fecit. Et Pareus ad Genes. 2. §. 7. *Inspirato vita spiraculo à Deo, corpus Adæ humi jacens exanume & mortuum, mox caput sese movere, vitam & sensus exercere audiendo, videndo, loquendo, intelligendo, deniq., se hominem rationalem declarare, & quidem perfectum etate, corporis mole, rationis & sermonis usu, non infancem, sicut homo nascitur.* Hebreworum hac de re sententia legitur in Bereschith rabbah sect. 14. אָדָם זָהָן בְּנֵי עָשׂוֹת שָׁנָה נִבְרָא Dixit Rabbi Jochanan, Adamus & Eva quasi filii virginis annorum creati sunt. Sic in Bemidbar rabba sect. 12. & Schir rabb. cap. 3. §. 11. In libro Cosri part. 1. §. 95. inter varia de perfectione Adami, dicit author ille; צָרוּ כִּמְגַע לְתָכִילַת יְמִינֵיכֶם וּבְמִזְרָחֵיכֶם For mayavit eum, sicut dies juventutis perfectè asecutum, perfectum quoad omnia membra & qualitates vel facultates, corporis & animi: Idem accepit Animam & Intellectum in summa perfectione, qua in hominem potest cadere, & virtutem Divinam, quā adhæsit Deo & Spiritualibus, intellectusq., omnia sine institutione, solā cogitatione subtilissimā. Hinc vocatur apud nos Filius Dei, & omnes ei similes de semine ipsius, Filii Dei &c. In ספר האמונה R. Schem Tof, fol. 68. col. 1. 1. Adamus primus, quā primū natus fuit, fuit Sapiens magnus, & ingressus est in vias Prophetia, loquutusq. est Deus cum eo. Et necessariò fatendum est, etiam Philosophi ipsiſ, si statuant creationem mundi, לא כמ' קָטָן בְּן יוֹם quod creatus sit perfectus in intellectu suo, non vero instar parvuli unius diei infantis. Hac ratione enim opus habuisset nutritrice, qua ipsum lactasset & educasset, Praeceptore item, qui ipsum informasset &c. Et mox: Quando creatus fuit Adamus primus, non creatus fuit secundum formam vel dispositionem hanc (corporum præsentium humanorum): sed מִזְרָחָה דְּכָה אֲדָם וְכָה קָרוּב לְנוֹזָה רְחוֹנִיָּה creature subtilissima & purissima, proximè accedens ad corpus spirituale, quod etiam accedebant Scientia in perfectione sua, scivitq., & intellectus omnes mundos. Huc tendit, quod Sapientes nostri dixerunt; Statura Adami fuit à terra usq. ad cælum, vel, ab uno fine mundi ad alterum. In Schalschelet hakkabalah ab initio: אין ספק של היהת אָדָם צָר כְּפִי שֶׁל הַקָּבָה שֶׁל הַקָּבָה שֶׁל הַקָּבָה שֶׁל הַקָּבָה Nullum est dubium, quia Adamus, cum fuerit adæcum manuum Dei Benedicti, perfectus fuerit in omnibus scientiis Naturalibus & Divinis, comprehensis in Lege Mosis; ac proinde dicere possumus, quod fuerit in gradu Mosis & Salomonis, quantum possibile fuit &c. Similiter

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE. 5

Similiter volunt omnia cætera animantia perfectâ staturâ fuisse creata. Hinc legitur in Talmud Avoda sarah cap. 1. & in Cholin c. 3. שׁוֹר שַׁהְקָרִיב אָדָם הָרָא שָׂנֵן כָּרְנוֹתָיו קְרוּמוֹת לְפִרְסֹותָיו Cornua bovis, quem obtulit Adamus primus, præcesserunt ejus unguis, quo, juxta expositionem R. Salomonis, voluerunt indicare, illum creatum fuisse in perfectione sua, ut, cum è terra egredetur, conspiceretur primò caput cum cornibus, postea demùm unguis.

Sic etiam reliquæ res creatæ, in primis Terræ nascentia, Arbores una cum fructibus maturis &c. Et hinc petunt fundamentum, quod Mundus in mense Septembri creatus fit. Huc pertinet, quod Rabbini in genere de Operibus creationis scribunt in Talmud Rosch haShanah fol. 11. 1. בְּהִזְמָן זֶה זֶה עֲרָךְ כָּל מַעֲשָׂה בְּרָאָשָׁת לְקַיְמָתָן נָבָרָא לְדִעָתָן נָבָרָא Omnia opera creationis creata sunt in justa statuta sua, in scientia sua, & decoro suo. Quod R. Moses in More part. 2. cap. 30. explicat; In perfecta sua Quantitate, Formâ, & Accidentibus. R. Asarias in Meor Enajim cap. 57. addit; בְּהִזְמָן זֶה זֶה עֲרָךְ כָּל שְׁמוּעָה לְשֻׁמּוּעָה אֱלֹהִים מְדֻבָּר אֶלְוִין עַל אֶחָד וְהַדָּעָה Cùm etiam unicus fuerit, necessum fuisse ipsi audire & intelligere Vocem Dei alloquenter ipsum, de Arbore Viræ & Scientia.

Quærunt verò hīc etiam; Utrum Adamus & Eva eodem perfectionis gradu creati fuerint? De perfectione corporum non dubitant: sed de perfectione mentis & intellectus videntur differentiam statuere. Hinc scribitur in Tzeror hammor sect. בְּרָאָשָׁת: Creato Adamo simul etiam Mulier fuit creata in potentia: Hinc Mulier non peculiari opus habuit Lege vel mandato: (quæsivit enim author prius; Cur Gen. 2. 16. 17. præceptum illud Adamo tantum sit datum, & in singulari numero conceptum?): nam præceptum datum Adamo, illam quoq; comprehendebat, quia erat ejus pars. Sic non opus fuit, ut Deus peculiariter animam in nares ejus insufflaret; quia, dum non creata fuit è terra, sed ex costis Adami, Deus autem jam antea animam viventem ipsi insufflarat, partem ejus jam accepit in illa costa, qua tamen fuit exigua: Hinc mulieres manferunt imperficiiores, unde & Rabbini nostri ajunt, בְּלֹא נְשָׁמָה Mulierum scientia est exigua. Pluribus hanc quæsitionem tractat Abarbenel in Legem fol. 20. col. 3. Causa, inquit, cur Scriptura Genes. 1. v. 27. bis dicat, בְּלֹא נְשָׁמָה Ad imaginem suam creavit Deus hominem; ad imaginem inquam Dei creavit illum; hac mihi videtur esse, quod voluerit indicare, quamvis Deus creaverit Hominem marem & fœminam, tamen ambos non creatos esse in eodem perfectionis gradu: neg, de ambobus aequaliter dicitur; Et creavit Deus hominem: quamvis enim ejusdem fuerint speciei, tamen non ex aquo fuerant ad imaginem Dei. Ideò dicitur; In imagine Dei creavit eum: masculum & fœminam creavit illos; vult quippe indicare, Adamum solum creatum fuisse in

6 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

imagine Dei: ille enim fuit intentio & finis primarius in creatione; quamvis propter conservationem speciei masculum & foeminam illos creavit. Virilitas autem & Fœmineitas, non sunt de imagine Dei, sed pertinent ad conservationem & propagationem sui similis. Et in hoc convenienter cum ceteris animalibus, non in Imagine Dei. Hinc cognoscere potes, quare non dicatur de Adamo, Secundum speciem suam; sed; Masculum & foeminam creavit eos: quia longè alia fuit ratio Adami, quam ceterorum Animalium, in quibus foemina in eodem gradu est quo Mas, & equalis ipsi in natura & existentia; hinc de illis dicitur; Secundum speciem suam; sine ulla prærogativa viro supra foeminam concessâ. In homine vero prima- ria creationis ratio fuit in Viro, qui solus dicitur creatus in Imagine Dei, sicut in singulari numero dicitur; In Imagine Dei creavit eum; quia nimis illi est, qui videt abscondita Sapientia, non foemina, quæ non habet sapientiam nisi in colo. Mulier enim creata duntaxat est propter finem secundarium, ut Viro esset adju- rium, & ad conservationem speciei, prout postea Scriptura explicat in modo Crea- tionis ejus. Summa: Adam solus à principio creatus est in perfectione sua: mulier postea facta est, tanquam instrumentum ejus &c. Lambertus Daneus, in Antiquitatibus pag. 42. scribit; Dico, Marem quidem & foeminam, ad ean- dem unius & ejusdem Dei veri imaginem conditos esse; ejus tamen Imaginis radios, vivacitatem, splendorem, aciem & vim, in Adamo, quam in Ischa, id est, in Mare quam Foemina majorem, efficaciorum & potentiorum fuisse, uti in eodem corpore fortior manuum est dextera. Unde & per Maritum Uxor præceptum Dei didice- rat, etiam ante peccatum: & eam Satan per serpentem, potius quam Adamum, adortus & aggressus est, tanquam infirmiorem: & prima peccavit Eva, non autem Adam, Gen. 3. 1. Tim. 2. 14. Nam & in Angelis quoq; ipsis alii alii à Deo conditi sunt excellentiores, quanquam omnes ab initio sue originis erant ad Dei imaginem, & eam quidem lucidiorem, quam Homo, creati.

7. Præterea, quomodo absolute simulachrum conditoris Dei expressum fo- ret in homine, si non Divine mentis, sese per Verbum ab eterno generantur, imago fuisset expressa? scribit Theodorus Bibliander, De ratione communis omnium linguarum p. 36. Plura, quæ ad hanc rem confirmandam fa- ciunt, ex seqq. quoque haurire licebit,

Facesant proinde hinc illi rerum Sacrarum imperiti Gentiles, ex quo- rum sententia Vitruvius lib. 2. Architekturæ cap. 1. scribit; Primos homines, sine sermonis articulati usi, diu in cavernis terra, ferarum instar habitasse, ac cre- bris nutibus, spiritu vocali, ac voce rudi, animi sensa designasse, & sic demum ex ea- dem voce, de eadem re sapiens repetitâ, vocem articulatam, vocabula significativa, ac sermonis usum ortum esse. Et Diiodorus Siculus de primorum hominum vita; Illos, inordinatâ & belluiniâ vitâ utentes, sparsim ad pascua exivisse, herbas suavissi-

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE.

7

suavissimas quaq; & sponte nascentes arborum fructus devorasse. Et opugnatos à feris, mutuo sibi auxilio succurrisse, utilitate commotos: atq; ita per timorem congregatos, paulatim suam inter se formam agnovisse. Cùm autem vox inarticulata & confusa esset, paulatim flectendo verba, & de rebus singulis mutua inter se signa fingendo, notam sibi ipsis effecisse omnium interpretationem. Ejusmodi conviculus in universo orbe factis, non habuisse omnes eandem linguam, cùm singuli fortitud nominas fingerent, &c. Vide & Euseb. de Præparat. Evangelicā lib. 1. cap. 4. & illic pii & incomparabilis quandam Theologi nostri Joh. Jacobi Grynæi Scholia. Hæc & similia, ceu mera cerebri humani commenta, meritò explodimus, & rejicimus. T. Livius inter prodigia non semel refert, bovem loquutum fuisse: Nos inter prodigia referamus eos, qui Primum Hominem statim loquutum fuisse negant.

9. Cùm ergò nefas sit dubitare, Primum Hominem Sermonis certi facultatem & usum habuisse, porrò de *Causa Efficiente illius Sermonis sive Linguae quæritur?*

10. Variantes de hac quæstione sunt sententiæ. Quidam Originem primæ Linguæ adscribunt *לְטוּבָה Natura*: Alii *הַסְכִּימָה*, h. e. *Consensu*, seu *Placito & Arbitrio seu Instituto humano*: Alii denique ad *Deum ipsum*, ejusque sapientissimum institutum, eam referunt.

11. *Prima* sententia est eorum, qui existimant, Linguas esse *תְּבוּאָה Naturales*, non vel *בְּהַסְכִּימָה*. *Ex instituto & consensu*; ita ut, licet Homo nullam disceret linguam maternam; tamen Linguam naturalem, & naturæ ejus infitam ac implantatam, loquitorus esset. In hac opinione fuerunt olim Ægyptii atque Phryges, qui, cùm noscere vellent, quinam primi hominum extitissent, pueros duos recens natos pastori tradiderunt, inter pecora educandos, jubentes neminem coram eis vocem ullam edere; ut nempe, quæ vox prima ex his pueris erumperet, ubi inarticulatè vagire desüssent, hanc dirimeret litem. Cùm ergò, bimatus exacto tempore, infantes *Bec Bec* identidem clamantes audiarent, quomodo tunc Phryges *Panem* appellabant, suam linguam primam & naturalem esse sibi persuadebant, uti refert Herodotus lib. 2. à principio.

12. Hæc sententia verò aliis, cùm ob alias causas, tūm etiam ideo non arridet;

1. Quia si certa quædam Lingua hoc sensu esset naturalis, eam procul dubio omnes facilius, quam alias addisceremus. Atqui hujus rei nulla deprehendimus indicia. Nam cùm Lingua Hebræa, quemadmodum paulò post videbimus, prima sit Mundi Lingua, illa procul dubio quoque *natura*—

LINED

8 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

naturalis, ac proinde etiam facillima omnium nobis videretur ac esset. Sed contrarium docet experientia, illam, ut & omnes Orientales, Occidentalibus difficiles admodum videri.

2. Adducit R. Jehuda Muscatus in קול הוהה sive Commentario libri Cosri part. 2. ad §. 56. sequentem rationem: שאלו היה טנע' לא היה אפ' העתקם ממנה כבלת' אפשרות האבן לעזוב טבע רוזחה אל הארץ בהיותה נורקת *Quod si Lingua esset naturalis, impossibile esset ut homines avellerentur ab ea, sicut impossibile est, ut Lapis sursum projectus deserat naturam descendendi terram versus,* וגם כי תרגינה בה אלפ' פעם' למען שור מושא מטה neg, si millesies millies eum sursum projicendo aliter velis assuefarcere, illud efficere poteris, ut Philosophus scribit lib. 2. Ethicorum ab initio; & juxta id quod Rabbini dicunt, וריך חוטרא אוירא אעקריה קא Projice virgam in aërem, semper in fundamento suo consistet. Sic seres habet in reliquis rebus naturalibus. Et quamvis fateamur, homini quidem naturalem esse linguam unam; sed posse eum doceri etiam linguam aliam, èò quod dispositionem ad hoc habeat; attenuamen non magis poterit derelinquere linguam sibi naturalem, quam Aethiops potest mutare pellem suam. Non enim hic est quaestio de eo, ad quod apprehendendum homo naturâ suâ aptus est ex usu; sed quaestio est, cum Lingua dicuntur Naturales, de proprietate naturali, ut est Risus, qui non potest separari ab homine, &c. In hunc sensum scribit Francisc. Vallesius de Sacra Philosoph. cap. 3. Si sine doctore, ut alia quamplurima, innaseretur sermo iste hominibus, innaseretur profecto, etiam si alium sermonem discerent, essentq; omnes duplicitu sermonis. Si enim sermo, quem prius homo didicit, non prohibet quod minus discat alium denuò, sed sciunt multi bifariam, trifariam, aut etiam quadrifariam loqui, multò minus prohiberi posset, qui ex ipsa natura pullularet, ab eo, qui comparatus esset studio; quin potius, si ullus sermo hominibus esset naturalis, non possent esse ad alios dociles, quia quod intus manet, prohibet extraneum, &c.

3. Quod impossibile videatur, ut sine certo consilio & electione, & quasi casu & fortuito, ea emanata siet lingua, quæ certas habet radices, unde plura alia nomina, quasi quidam rami, sub certis formis derivantur: cuius nomina pleraque tam sunt ἐνεργεία, &c.

4. Quod varietas illa verborum, nominum, & particularum variarum, quibus oratio perficitur, non videatur à natura, sed ex certo instituto provenire. Hinc cum in libro Cosri parte i. §. 53. Judaeus quereret ex Cusare Rege, ad Creationem mundi probandam, & æternitatem ejus destruendam, רואה שהלשנות קדומות אין להם תחוללה Num tibi videtur, Linguis esse eternas, ac nullum principium habere? Cusari illi sic respondens introducitur; אבל הם חשות מוסכם עליהם טורה על זה חכום טן השפויים והפעלים

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE. 9

וְהַמְלֹת וְהַפָּلִים וְהַמְלֹת וְהַמְלֹת מִן הַאֲוֹתִיתָה הַלְּקֹחוֹת מִמּוֹצַא הַדָּבָר
Non: sed sunt nova, ex instituto & consensu vel consilio certo orta, quod docet seu evincit compositio illarum ex Nominibus, Verbis, & Particulis, quae constant ex literis desumptis ex organis proferendi sermonem. Ad quem locum R. Jehudah Muscatius in Comment. suis notat; הנזונה בו שאלות זו בביעות נמצאה הדבורה מכל אמצעי רק קולות בחוץ תרונה להורות על כוונת משמע: ובמקום אמרו רעב אנכי ללחם היה נזון בז' h. e. Mens & intentio horum verborum est, quod si Linguae essent Naturales, essent desumpta ex organis sermonis absq; omni medio; At voces foras prolate, intentionem edentis voces illas exprimunt: Et pro eo quod dicere solemus e. g. **רַאֲכֵנִי לְלַחַס** Esurio ego ad panem; **voce suā fortassis sonaret,** A i o, vel simile quid (uti aves sc. vel animalia irrationalia) אבל בהיות הלשונות טורכיות ומכברות כן השמות והפְּלִים והמלות שאן (מוצאים מכל הדיבור כאשר הם שם בז' אמצעי רק חבורות מן האותיות הלקחוות מוצאיהם בפניהם מפניהם שונים ראה מנו באופן מה על היזון מוסכמתה h. e. At, dum lingua composite & conjuncte sunt ex Nominibus, Verbis & Particulis, quarum prolatio non est ex Instrumentis sermonis sine medio vel immediata; sed composite sunt ex literis desumptis ex prolatione illarum modis variis; hinc aliquo modo concluditur & probatur **לְלַחַס** **שְׁהִלְשֹׁנוֹת הַסְּכָמִית לֹא טְבֻעַת** **quod** **Lingua** **sint ex consensu & instituto, non naturales.** Qui plura volet, videat etiam, quae hoc de re differit insignis Philosophus R. Levi ben Gerson in libro **מִלְחָמֹת הַשְׁמָא** **Bellorum Domini**, lib. 6. cap. 15. & Ephodeus cap. 1.

13. Nec quicquam patrocinatur huic sententiæ, quod primi nostri parentes Deum, certâ linguâ loquentem, statim à creatione intellexerunt, omnesq; res suis proprii vocabulî appellarunt. Nam illa cognitio in illis non fuit naturalis, h. e. ex naturæ principiis orta, sed præternaturalis, h. e. singulari Dei gratiâ illis concessa, ut mox videbimus. Ideoque neque in liberos suos per naturalem generationem potuerunt eam propagare; sed oportuit eos Linguam illam à parentibus suis discere, non secus ac nostri infantes. Neque etiam ex eo, quod ante turris Babylonica adificationem solius lingua Hebraica fuit usus, sequitur ejus cognitionem fuisse hominibus illius ætatis innatam; cum non minus, ac nos jam, discedo ex auditu illam compararint.

14. Altera ergo de Primæ Linguae Origine sententia est illorum, qui censem, eam **בְּהַסְכָּמָה** **Ex consensu, placito, & instituto esse ortam.** Sed & hi diversimodo illud interpretantur. Quidam enim illud adscribunt **הַסְכָּמָה** **Consensui seu Placito humano:** Alii **לְהַסְכָּמָה אֱלֹהִית Consensui & Instituto Divino.**

10 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

15. Qui Consensui & Instituto Humano primæ Linguæ Originem adscribunt, Adamum הַפְּעָלֵל והמציא הרשות Efficientem & Authorem ejus primum statuunt, quasi illam ex proprio arbitrio & voluntate effinxerit & instituerit. Hi sententiae suæ fundamentum ponunt in eo, quod Genes. 2. ¶ 19. legitur: *Formaverat ergo Deus è terra omnem bestiam agri, & omne volatile cœli, וַיֹּבֶא אֶל־הָדָם לְרֹאות מָה יִקְרָא לוֹ וְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָא לוֹ תְּחִיה הוּא :* Et adduxit ea ad Adamum, ut videret, quomodo vocaret ea; Et quicquid vocabat illi Adam, id nomen ejus erat. Hoc illi accipiunt & intelligunt de Lingua, quâ Adamus loquebatur, & quam instituerit.

16. His respondet Ephodeus in cap. 3. Grammaticæ suæ, his verbis: יְדֹעַ כִּי חָלָשׁוּ לְאַיִלִים בְּחַנְחַת שְׁמוֹת לְמַה שִׁינְנָס תְּחַת סִגְנָן הַדָּבָר וְכֹל הַם עַצְמִים קָצַת אֶבֶן חָלָק קָטָן מֵאֶתְמָה : וְגַם בְּקַרְיַת הַשְּׁמוֹת לְכָל הַעֲצָמִים לְאַיִלִים הַלְשׁוֹן הַזֹּה כִּי שְׁמוֹת הַכְּקָרְבָּנִים הַת' וְהַפְּעָלִים הַיְאָאִים מֵהֶם וְמִלּוֹת הַטְּעִים הַמִּכְלָל הַלְשׁוֹן Et adduxit ea ad Adamum, ut videret, quomodo vocaret ea; Et quicquid vocabat illi Adam, id nomen ejus erat. H. e. Notum est, quod Lingua non perficiatur & absolvatur, imponendo nomina iis duntaxat, quæ ingrediuntur sub speciem animalium, & sunt substantia quadam, & quidem minima illarum pars; quin imò vocando nomina omnibus substantiis non absolvitur Lingua ista. Nam nomina novem accidentium (prædicamentorum) reliquorum, & actionum egredientium seu provenientium ex illis, ut & particula inflexiles, etiam pertinent ad Linguam. Non autem videmus, Adamum vel unicum horum nomine vocasse. Deinde addit, mentem & scopum Scripturæ in hoc versu non fuisse docere, Adamum esse המליך הארץ וְאֶת־עַמּוֹן Impositorem & authorem primum; eo quod hoc sensu verba ista versus 20. וַיִּקְרָא הָאָדָם שֶׁמֹּוּן Et vocavit Adam nomina; non cohærent & respondeant cum sequentibus, וְלֹא־וְכֹל אֶת־אָזְרָא עַזְרָא בְּנֵנְדּוֹן Et homini non invenit adjutorium aequale ac proportionatum. Hæc enim videntur docere, non in eum finem principaliter ac primariò fuisse adducta animalia ad Adamum, ut eis nomina inderet ac imponeret, sed ut videret, num fæminam sibi convenientem in illis reperturus esset. Ideo tantum Animalia, non etiam aliæ creaturæ, ad illum adducta fuerunt, ut ea nominibus vocaret. Insuper ostendit, quomodo hæc ipsa verba, ritè exposita, tertiae potius sententiae faveant, ut mox videbimus. In etundem sensum respondet R. Jehudah Muscatus in Cosri par. 2. ad §. 72. Sed de hoc loco plura dicentur infrà th. 21. 22. Addunt alii, ideo etiam non sufficenter hinc probari, Adamum primum & immediatum esse primæ Linguæ authorem, quod priusquam ~~וְיָמָת~~ ista ab Adamo facta esset, Deus jam loquutus cum ipso fuerit, & quidem eâ ipsâ procul dubio linguâ, quâ Adamus postea loquutus fuit; Adamus etiam sermonem ejus intellexerit. Ob has ergo, & alias fortè rationes, neq; hæc sententia plurium calculum mereri potuit.

17. Alii

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE. II

17. Alii itaque *Consensu & Instituto Divino* hoc beneficium attribuentes, statuunt, DEUM OPT. MAX, solum & Immediatum esse Linguæ primæ Authorem, qui eam creârit, suo arbitrio instituerit, ac, ut alia dona, Primo Homini tradiderit. In hanc sententiam inclinant communiter Hebrei. Hinc scribit Ephodeus modò citato loco: **לֹכַן יְרָאֵה וְהֹו יְתַר נִכְזָבֶן:** **שִׁיחָה הַשֵּׁם יְתַפְּעֵל וּמְסֻכִּים עַל הַלְּשׁוֹן הַחֲאָה וְלִמְדָה לְאָדָם וְהַנְּחָשׁ אָוֹת וְאָדָם לְחוֹה כִּי שְׁלַשְׁתָּם הַבְּינוֹ הַלְּשׁוֹן הַחֲאָה בְּבוֹרָא קָצָם עַם קָצָם וּבְבוֹרָא הַשֵּׁם לְהָם h. e. *Idcirco videtur rectius esse, quod Deus Benedictus sit Efficiens & Author illius lingue, quodq; Ille eam Adamum, Eam & Serpentem docuerit, vel saltem Adamum, & Adamus Eam.* Tres enim illi eam linguam intellexerunt, tūm cūm ipsimet mutuò inter se colloquebantur, tūm quando Deus cum ipsis loquebatur, eusq; vel imperaret, aut benediceret aut malediceret.**

Hinc etiam vocat author libri Cosri, Linguam Hebræam, cui primum defert, **לְשׁוֹן הַגּוֹטָרָה וּבְרוֹאָה** *Linguam formatam & creatam* (scil. à Deo) Parte 2. §. 72. Sic enim R. Jehudah Muscatus verba illa explicat; **שָׁאַנְהַ** טוסכמת מַבְנֵי אָדָם כִּשְׁאָר הַלְּשׁוֹנוֹת רַק חַיָּא נָצָרָת וּבְרוֹאָה מַתָּוִי ת' אֲשֶׁר רָאָה וּסְפָרָה הַכְּנִיה גָּסָחָרָה וּכְלָדָבָרָוּ לְאָמֵר הַנוֹּצָרָת הַבָּרוֹאָה לְמַעַן הַדְּעֵץ כִּי לֹא לְבָרֵךְ יִשְׂרָאֵל וְתַקְנָה אֶחָרָיָה הַהֲסִכָּמָה עַלְהָ מִכְחָ נְבָרָא אֶבְלָה הָא נִסְמָנָה בְּרוֹאָה מַתָּוִי ת'

וּמְאַיִן תִּמְצָא בְּרָאִיתְ דְּרִכָּה :

וְהַלְּשׁוֹן : *Vocatur sic, quia non est ex consenu & conventione hominum, ut ceteræ lingua, sed est formatæ vel effectæ, & creatæ ab ipso Deo, qui eam probavit, eā loquutus est, & eam ordinavit, &c. Duplicatæ autem vel geminatæ voce utitur, dicendo Creatæ & Formata vel Ficta, & Creatæ; ad indicandum tibi, quod non solum formarit & ordinarit eam, postquam consensit de ea, sed quod etiam creatæ sit à Deo benedicta, & ex nihilo in principio creationis extiterit.* Iterum in libro Cosri par. 4. §. 25. legitur:

וְהַלְּשׁוֹן : **וְאַלְמָנִית בְּרוֹאָה** אשר לְמִידָה דְּאָלָהִים לְאָדָם וּבְלִבְבוֹ הָא מְבֵל סְפָק h. e. *הַשְׁלִימָה מִכָּל הַלְּשׁוֹנוֹת וְהַגָּוֹתָה לְקָרְאוֹת יְתַר מְכֻלָּס :*

וְהַלְּשׁוֹן : *Lingua autem Divina creatæ, quam Deus docuit Adamum, quamq; posuit super linguam ipsius & in cor ejus, est sine dubio perfectissima omnium linguarum, & maximè conveniens cum rebus vocatis & denominatis ejus, pra omnibus.* Ad quaæ verba hæc est Jehudæ Muscati glossa:

קְרָאָה בְּרוֹאָה כִּי אָגָנָה מַסְכָּמָת מַבְטָר וּמַכְתָּר הַלְּשׁוֹנוֹת : *Vocat eam Creatam, quia non est instituta à carne & sanguine, ut reliqua lingua, sed à Domino est responsum lingua sanctæ (alludit ad locum Prov. 16. 1.) & Ipse est, qui docuit Adamum primum scientiam viarum ejus (allusio ad Psal. 94. 10.)*

Huc etiam facit quod in Akédat Jizchak legitur, in Levitico, sect. 52, Portâ seu cap. 62, in hunc sensum: *Quandoquidem præstantia Hominis præ aliis animantibus est peculium vel prærogativa Orationis, sequitur ex yaliyis oris*

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

ejus nullum debere prodire verbum, nisi quod tueatur differentiam ejus. Prius (quod sc. Præstantia ac præcellentia Hominis præ cæteris animantibus sit Orationis) patet ex eo quod Scriptura dicit, Et insufflavit in nares ejus halitum vi-
tae, & fuit in animam viventem, Gen. 2. quod Onkelos translatis; Et fuit in Homine in Spiritum loquentem. *quamvis enim hoc per se & primò dicatur* אַל הָדָבָר הַפְנִימִי de Oratione interiori, qua est הַחַמְשָׁבֵב Facultas cogitativa vel rationalis, qua ipsius est propria, propter quam etiam vocatur Animal loquens, q. d. חַי שְׂכִיל Animal intelligibile vel intelligentia præditum, juxta illud; Semel loquutus est Deus, Psal. 60. 12. Item דברת' אֲנִי בְּלֹבִי, & similia; attamen דבר הַחַיצָן' הָא שׁוֹתֵפֶו רְעוֹ וּנוֹלִיא Sermo externus est interni socius, sodalis, & interpres, qui foras egreditur, quoque ea qua in corde suo habet communicat cum alio, vel interrogando, vel respondendo, vel docendo, vel corrigendo, אֲלֹעַ כְּנֻכְרָה : שְׂעִיר שׁוֹעָה מִצְאֹת הַדָּבָר וְהַלְשׁוֹן מִכָּל הַנְּרָאִים בְּשֵׁת יְמֵי הַבָּרִיאָה : ita ut propterea necessarium sit, ut existentia Sermonis & Linguae sit ex numero rerum creatarum in sex diebus creationis, quo homines inter se mutuo communicant, & significant, qua in corde suo habent, secundum id quoque quod Salomon ait Prov. 16. 1. לְאָדָם מַעֲרֵכָה לְבָבָו וּמִזְהָה בָּשָׂרָה לְשָׁוֹן Hominis sunt dispositiones cordis: Sed à Domino est responsum linguae; quo vulnus indicare, quod Homo natura sua quidem sit intelligentia, & facultate pollens faciendi dispositiones cogitativas vel rationales, qua sunt in corde; אֲמִם מָה הַתֵּה לוּ לְמוֹד הַלְשׁוֹן לְשָׁלוֹת שְׁנִי: à Deo vero accepit eruditionem lingue, (h. e. edocitus fuerit linguam) pro perfectione secundâ, qua interrogat & respondet, ut perficiatur in eo existentia ipsius. Et sic dicit Prophetæ; Dominus dedit mihi לְשָׁוֹן לְמַחְיָה lingua doctorum, ad opportunè loquendum defesso verbum, Jesa. 50. 4. Et omnes dicunt, שְׁבָרָא הָעוֹלָם וְקֹרֵשׁ כִּי הוּא הַלְשׁוֹן הַגְּבָרָה בְּמַמְוֹרָה תְּעִילָה: Sancta, quia sc. est Lingua illa, qua creata est per Verbum Dei Opt. Max. ואָשָׁר בָּו וְקֹרֵשׁ לְאָדָם הַשְּׂכִיל & in qua intelligere fecit Adamum & Eym, audiendo ex ore ipsius verbum, &c. Huc deinde refert etiam illud, quod Deus dicit Exodi 4. 11. *qui posuit os* (i. e. sermonem vel Linguam) *Adamo, vel Homini?* &c. Haec tenus Baal Akédah.

Eandem hanc sententiam approbat R. Afarias in Meor enájim parte 3. cap. 57. sub finem, scribens; לְהַעֲתֹו בַּרְיָה אֱלֹהִית בְּאָדָם הַרְאֵשׁ מִתְּבָרָאת יְמִינָה וְלֹא מִסְכָּם מִפְנֵי אָדָם בְּתַר הַלְשׁוֹנות וּכְזַבְבָּד id est, Quandoquidem lingua nostra sancta est creatura Divina in Adamo primo, inde à tempore dierum creationis, uti jam commemoravimus, neq; instituta ex consensu vel arbitrio hominum, ut alia lingua, quamvis & cum illis conjunctum sit auxilium Divinum, &c. Huc etiam videtur respexisse Aben Esra, in carmine Rhythmico, Biblii majori-

majoribus præfixo, in quo de literis Ebevi אֶחָד seu Quiescentibus inter cætera scribit; יְמִין בָּרוֹא אֱלֹה אֱבוֹתָה נָבָרָא; Eopse die, quo Adam creatus fuit, creati sunt & bi quatuor, &c. Vult enim indicare, unà cum Homine creatam quoque esse linguam. In libro נַחַת, quem haud ita pridem, unà cum aliis quibusdam opusculis, Hanoviæ edidit Joseph del Medico Creensis, ab initio: זֶה בְּנֵי שְׁלֹשָׁנוּן הָעֲבָרִי הָאָמָתָמָצָאָה שְׁהָמָצָא אֶחָד בְּנֵי שְׁלֹשָׁנוּן הָעֲלָמָת אָוְ קָוָם לְהַמְּלֹת שְׁמוֹת וּפְאָלָם שְׁנוֹן לְאֶחָד עַל זֶה. הַקְּבָ' בְּבִרְאַת הָעֲלָמָת אוֹ קָוָם לְהַמְּלֹת שְׁמוֹת וּפְאָלָם שְׁנוֹן בְּהַסְכִּימָת שָׁאָר טְמָצָאָה חָלָשָׁנוּת וּכְךָ. Scito, mi fili, quod lingua nostra Hebraea sit ex productionibus Divinis, quas existere fecit Deus benedictus in creatione faculorum, vel ante illa, & verba quæ sunt in ea, non sunt per accidens & fortuitò, ut in aliis linguis, &c. Sic alii.

18. Rationes ad sententiam hanc adstruendam afferuntur variæ:

1. A' natura Hominis; quod, cum homo animal sit μηνορευτικός, seu memorativum, & per se, nisi ex auditu non loquens; inde sequatur necessariò, ut primus homo, ante quem nullus alius homo, nulla etiam alia lingua, quam audiret, fuit, nisi ipsius Dei, à Deo ipso edoctus sit, animi sui sensa sermone intelligibili exprimere, & talia primum nomina rebus creatis imponere, in quibus & natura & gratia, authoritas & naturalis ratio omnino convenienter. Hinc scribit Guilelmus Postellus in libro de Originibus cap. 4. Sicut rerum fides ex auditu est (nam rei nullius unquam habebitur cognitio, nisi prius nominis credas, quam rem concipias) sic loquatio ex auditu est. Nunquam enim loqui posset homo, nisi ab alio prolatâ auditu capiat. Quum ab uno omnes ducamus originem, necesse est, ut Primus parens cælitus sit edocitus de universarum rerum nomine. Quum autem ante primum hominem nullus esset homo, qui voce exteriore loqueretur, necesse est, ut voce interiori omnia rerum conceperit vocabula. Quare ab ipsissima Dei sapientia fuisse infusa nomina rerum, secundum veritatis aeternæ omnia ordinantis rationem, est omnino necesse. Divinitus itaq; Adam accepit vocabula à Sapientia, &c. Haftenus ille.

2. A' Providentia Dei circa Creationem Hominis; quod illa requisiverit, ut Homo omnibus numeris absolutus, in primis quoad ea quibus à reliquis animalibus differt, ut est Ratio & Oratio, crearetur. Hinc scribit Ephodeus cap. 3. היה זה טהוּב בזאת ההשנה והאליה כ' אחר טהה אָרָם תכלית בריצתו השפלה והירח והלטת בלחתי אפרוחית אם לא בחרנות לשון כמ' זהה הוה מטהוּב שינץ לו לשון ישם בו מציאתו והשנהתו וחכמתו וכו'; hoc est, Necessarium fuit hoc ex parte Providentia Divina. Nam cum Homo fuerit perfectissima omnium creaturarum Divinarum, & perfectio ejus impossibilis fuerit, nisi per usum Lingue, ut i demonstravius cap. 2. sequitur, indendam fuisse à Deo ipsi linguam, quæ ejus existentia, prudentia & sapientia perficeretur. Et ite-

rum Postellus in Notis ad Zoharem in Genesin, ad columnam 119. Quum ab uno simus, tam inferius, quam superius, necesse est, ut illa Divina providentia Jesu dedisset Adamo orbis Imperatori perfectiones suâ posteritate & ipso possessore dignas, cum in aliis omnibus, tum maximè in illis rebus, quibus à ceteris differt homo creaturis; uti in Mente, summam rerum omnium intelligentiam infundendo, & in Loquitione, summam & rerum veritati naturali supernaturaliq; accommodatam vocum. Sic itaq; necesse est, ut qua est in primis adæquata, aut adæquabilis intellectui veritas, sicut illam cognoscit Deus, Angelus, & Homo, perfectissimo intellectu defecatismoq; illam Creator tali vocabulo significari in auditu & prolatione Adami curaverit, &c.

3. Ab experientia. Quia enim Deus, ut suprà dictum, antè loquutus est cum Adamo, quam Adam nomina rebus imposuerit; quia etiam Deus, antequam creatus fuisset Adamus, *Lucem, Tenebras, Expansum, Terram, Maria*, nominibus vocavit, concludi hinc posse volunt, Linguam quoque primariò & principaliter à Deo, non ab Adamo, originem suam ducere.

4. Quæ suprà Baal Akeda, ex duobus locis Scripturæ, ad probationem hujus rei attulit, Proverb. 16. 1. & Jes. 50. 4. ea minus solida nobis videntur. Cæterum ex libris Apocryphis huic sententiæ favére quibusdam videtur Ecclesiastici cap. 7. versus præsertim 6. Septimò (dedit sc. Deus Homini in ipsius creatione) sermonem ad interpretationem efficacitatem ejus.

19. Porrò cùm in hoc plerique Hebræorum consentiant, Primam Linguam, à Deo ipso, Adamo primo fuisse communicatam; in Modo tamen communicandi nonnihil differunt & dissentunt.

20. Quidam sentiunt, illud *Modo singulari ac speciali* esse factum, ita ut Deus Adamo omnia ac singula verba, voces, modosque loquendi in specie ac sigillatim suggesterit, ac quasi in linguam ejus posuerit: Alii volunt, illud *Modo communiori ac universaliori* esse factum, quoad שֶׁרְשׁ *principia* fundamenta & radices linguæ. Videamus autem authores ipsos.

21. Priorem sententiam, de *Modo singulari ac speciali*, approbarunt R. Jehuda Hallevi Hispanus, in libro Cofri, & ejus Commentator R. Jehudah Muscatus. Hinc dicit parte 4. §. 25. quod Deus posuerit eam עַל לְשׂוֹנוֹ וּבִלְבָנָיו super linguam ejus, & in cor ejus; nempe, לכל האותיות והנקודות והטעמים לכל דבריהם ולכל משפטיהם secundum omnes literas, puncta, & accentus, item secundum omnia illorum verba & proprietates, uti supplet R. Jehudah Muscatus in Comment. Idem ferè sentit Ephodeus. Sic scribit Abraham de Balmis in præfat. Gram. יְצֵא שְׁמֵים וְאַרְצָה : וְנַתֵּן לוֹ לֹבֶר בָּה בְּפִרְטָה וְכָלִילָה Lingua Hebraea est optima

optima in oculis Dominorum suorum: Creans celum & terram & Hominem ad habitandum super ea, dedit eam ipsi ad loquendum eā secundum ejus particularia & universalia. In hanc sententiam inclinat ex Christianis Santes Pagninus, ut mox videbimus. Hi ergo censem, Linguam primam à Deo fuisse secundum omnia ejus universalia & particularia, adeoque secundum minutissimas ejus particulas, pro suo placito & voluntate, naturis tamen rerum convenienter, institutam & constitutam: & unā cū sapientia & scientia notitiarum naturalium, Adamo in prima creatione datarum, traditam quoque hanc ei fuisse Linguam, à Deo creatam, ut secundum illam, & rebus omnibus nomina vera imponere, & quævis animi sensa exprimere potuerit. Non enim volunt, ita Adamum edoctum fuisse à Deo hanc linguam, ut sine scientia & sapientia mentis illam protulerit, instar psittacorum, vel, ut Hebræi ajunt, *לְמִין* העופות המאפקפים וה מהגמים *הָאָדָם אֶךְ לְאַבְּלֵב יְדָבוֹר* *instar avium pipientium & garrientium ad similitudinem hominum, sed qua sine corde (h. e. intellectu) loquuntur.*

22. Altera sententia de Modo communiori & universaliori, est Isaaci Abarbenelis, quam fusè satis explicat in Comment. suo in Legem ad Genes. 2. ¶. 19. fol. 27. col. 4. non multum tamen à priori distat. Posteaquam enim præcedentis sententiæ mentionem fecisset, suam hac ratione exponit: אבל היותר נכון לומר הוא שהק'בה ברא הלשון והנבל סדריה מסכימים לטבע' הדברים ולדעת האלהות בהם וכאשר ישר את האור בצלמו הנה כמו שהשפ'ע בו הדעת האתניות האלהיות מבלי' למד וחקירה וחופש כלל: מכח השפ'ע והטבע בנפשו שרש' הלשון ההסמכת בטבע לאוthon ידועות אתניות אליהות ולנמצאים בעצמתו ונגן באדם כח טבעי' להזרות על כל נמצאות העולם הרשותים בנפשו בקלות ומלות הרשותים בנפשו בטבע כדי שמלך עד תסכים לשון האדם לחכמתו ת' ושניהם יסכוימו לטבע הנמצאים כלכ': ומלביד זה דבר עמו הקב'ה באותו הלשון והשם עלי' לאני קול גברא מוחש מניע אליו והוא מפני שהוא לכבר הלשון בטבע מוטבע הבין לשון האל ודבורי ונתלמד מהם לדבר בלשונו באופן שני ודברורים האלהיים שדבר אותו מוציאים אותו מן הכהח אל הפועל כי כמו שעם היהות החכמה אמתית טבעית באדם בכח כבר תגניע לו בפועל עד הלמוד וההערעה מה מלמד ככח לשון הזאת בהיותה מתחלה הכריאת מוטבעת באדם מה שמש ית' הנה הגנעה אליו בפועל עד הלמוד בדבריו אליו ית' ראשונה: כי מאותו ודברור האלקי שמע לך האדם דרכ' הלשון וסדריה והוכן לאדם אחר כן: וברצונו: והיה א'ב' מציאות ואת הלשון באדם בכח בפועל מהאל ית': Sed rectius est dicere, quod Deus Benedictus creaverit linguam, & determinaverit ordinem ejus, consentientes cum naturis rerum, & scientiae Divinae illarum: Et cum creasset Hominem in imagine sua, ecce sicut infudit ei scientias vel notitias Veras, Divinas, absq; studio, disquisitione, vel industria ullâ: sic infudit & impremit anima ejus radices vel fundamenta lingua illius, consentientis in natura cum illis notitiis veris

16 D I S S E R T A T I O I . D E L I N G U A E

veris Divinis, & entibus in substantia ipsorum; indiditque homini Potentiam naturalem ad docendum de omnibus entibus mundi, signatis in anima ipsius, per sonos & voces consignatas naturam in anima ejus, ut ex omni parte consentiret Lingua Adami cum Sapientia Dei, & ambo illa consentirent cum natura omnium Entium. Deinde prater hoc loquutus est cum ipso Deus in illâ lingua, audireque fecit eum auribus suis vocem creatam, sensibilem, pertingentem ad ipsum; & ipse (Adamus), quia lingua illa jam ipsius natura fuerat impressa, intellexit Linguam Dei, verbaque ejus, & edocitus fuit ex illis (verbis Dei) loqui linguam suam (animae ejus impressam); ita ut Sermones Dei, quos cum ipso habuit, eduxerint ipsum a potentia in actum. Nam sicuti, licet sapientia vera naturalis potentia sit in homine, in actum tamen educenda est per doctrinam & institutionem Docentis: Ita quamvis Lingua ista ab initio creationis impressa fuerit homini a Deo Benedicto; pervenit tamen in actum demum per modum quasi doctrinae & institutionis, cum Deus primò cum ipso colloquebatur. Ex illo enim Sermone Divino quem audivit, desumpit Adamus vias seu proprietates lingua & ordines ejus, & sic deinde confirmata fuit Adamo, & in voluntate ejus. Itaque, ut ipsem et porro scribit, approbat in praecedente sententia hoc; שָׁהֵת הַלְשׁוֹן נִבְרָא מִמֶּנּוּ יְת' וְשָׁהֵת לְמֹרֶא בָּרוּךְ אָתָּה קָדְשָׁךְ Lingua illa fuerit creata a Deo, & quod ipse docuerit eam Adamum, quando loquutus fuit cum eo: improbat autem in ea si dicatur; שָׁלְמֹה יְת' עַד הַסְכִּימָה וְהַחֲנִיחָה לְאמֹר לְהָ קֹרֵא כְּךָ וְיֹהֵה קֹרֵא כְּךָ בְּפִרְטִּיותָה per modum impositionis vel institutionis, dicendo, Hoc vocasic, & Istud vocasic, particulariter & in specie. Et haec est sententia Abarbenelis.

Cum ergo utrique in eo convenient, Lingua primam neque fuisse Homini naturalem, neque ex nuda voluntate, arbitrio ac placito Adami principaliter institutam; sed a Deo creatam, & vel generaliter secundum universalia Linguae principia, vel specialiter, Adamo impressam & quasi concretam; dispiciendum porro, Quomodo cum has sententia conveniat Lucas ille Genes. cap. 2. vers. 19. 20. de Nominum impositione ab Adamo facta?

Supradictum 16. jam dictum aliquid hac de re est, ubi vidimus, quomodo Ephodeus ostendat, non posse inde probari, Impositionem nominum & Institutionem primae linguae ortam fuisse ex simplici arbitrio & placito Adami; id est scilicet quia 1. illic mentio fiat tantum substantiarum, earumque non omnium, sed quarundam duntaxat, non etiam accidentium; 2. quod alias sit illius loci scopus. 3. addidimus ex aliis, quod ante hanc nominum impositionem Adamus jam Deum illâ lingua loquentem adiverit, ac proinde antea jam fuerit.

In eundem sensum ferè respondet Jehudah Muscatus in Cosri parte 2. גָּזְבָּה עַלְךָ מָאֵר הַכְּתוּב וַיֹּאמֶר הָאָדָם שְׁמוֹת וְגוּ עַם אָמְרוּ שָׁהֵת ג. 72. פְּרָאָה

ברואה כי תשובה זה קלה מאד מאשר לא אמר הכתוב שקרא שמות רק אל ח' –
השדה אל עופר השם אשר שמותם גם הם נגנו מיסודות הלשון אשר הונחל לו :
h.e. Non est autem quod existimes, dictum illud Genes. 2. Et
vocavit Adam nomina, &c. pugnare cum eo quod diximus, Lingua fuisse crea-
tam. Responso enim facilissima est; quod Scriptura non dicat, nisi de bestiis agri, &
volucribus cœli, quod iis Nomina indiderit; que ipsa tamen Nomina etiam dedu-
cta & derivata fuere ex fundamentis Lingue illius, que in possessionem tradita ei
fuit ex ore Dei, sicut dictum. Et sic ad παρεπονέα, seu alienam interpretatio-
nen illius loci respondent.

24. Sed videamus etiam illorum ἐμπνείας, & Quomodo verba illius
loci suæ menti & sententiæ convenienter exponant?

Ephodei, saepius jam laudati, interpretatio est haec; דש' ע' הכתובים לפ' ;
זאת ההנחה הוא כן ויאמר " אלהים וגו' הנה האדמה בכאן הוא שם כו' לארכ' –
ויסודות כמו הארץ בפסוק הראשון אצל המתים ואמר שכשר יציר השם י' ר' –
שנתן צורה לבמה ולחיזה מן האדמה אשר חומרה הנה הבאים אל האדם לראות
מה יקרה לו לא אמר שהפאים אלו לקרא שמות שכבר היה להם שמות אצל השם י' –
אבל לראות מה יקרה ירצה למפני ענסנו אם ישתמש בכך האלה' השכל' אשר נתן לו
בשיעור טבעי הבה' והבדלים עד שיקראם בשם נאות ומכבים לטבעם כפ' ההנחות
הלשוניות הקומות להנחת אלה השמות אשר מין נגנו השמות ה לשם להווות על
טבע' הנקרים בהם כפ' מונח הנורה החיה הקודמת והוא השם אשר להם אצל השם
י' – ואמר שכבר הגע' משלמות חכמתו אדם שככל נפש חי' שהיה קרא לו האדם שם
כפ' מהותו ותבשוו הוא שמו שהזה אצל השם י' בחרונו והסכומו על הלשון החיה
הברואת : ואמר אחר כן כי כאשר קרא האדם שמות לסוג הח' בהשינו טבעם
ומחוותם והסכים השם אל זה הנה לא מצא בטבע אחד מהם אחד מסכים ונאות לטבעו
געך ומתייחס אליו עד שישלם לו העוז ממנה בכמה ש' יצרך להשלמת מציאותו והתרמת
מציאות מינו ואלו' אמרו לאדם כיון למן האדם ר' שלא מצא עוד להשלים מציאות
המי' והתרמתו והשרותו כאחד מבצע' ח'ים על' וזה עוזר אל זולת מינו : הנה
נראה מזה שלשון היה היתה ברואה ממן י' ומסורה לאדם הראשון ולמדה אליו
הו הוא היה הסבה הקרה דפיullet אודה' : h.e. Et explicatio illorum versuum, se-
cundum hanc sententiam, est talis; Et formaverat Dominus Deus min haada-
mah de terra, &c. Hic vox haadamah (Terra) nomen est generale, compre-
hendens quatuor elementa, ut vocabulum haarez Genes. 1. 1. secundum saniores
interpretes. Dicit ergo; quod cum Deus benedictus formasset vel creasset, b. e.
dedisset formam jumentis & bestiis de terra, tamquam materiam ipsorum, adduxe-
rit ea ad Adamum, ad videndum quomodo vocaturus esset ea: Non dicit; quod
adduxerit ea, ut nominibus ea vocaret, vel nomina illis inderet: Apud
Deum enim jam nomina habuerunt; sed, ad videndum quid vel quomodo
vocaturus esset, hoc est, ut tentaret eum, num usurus sit potentia illâ Divinâ

intellectualis, quam ipsi indidit, ut apprehendere posse naturas animalium & differentias illorum eò-usque, ut etiam nominibus congruis & convenientibus ea vocare posset, secundum positiones seu principia *νωτικα*, praecedentia impositionem istorum nominum, ex quibus etiam decisa vel derivata fuerunt nomina illa, ut docerent de naturis earum rerum, quæ illis vocata fuere juxta presuppositum notationem seu etymologie illius præcedentis, quæ nil aliud est quam Nomen ipsorum apud Deum Opt. Max. Porro ergo ait, quod ex perfectione sapientie Adami profluxerit, ut illud nomen, quod unicuique bestia vocavit Adam secundum quidditatem & naturam ejus, ipsum illud fuerit nomen, quod apud Deum erat, in Ejus impositione & consensione, secundum linguam illam creatam. Denique dicit, quod posteaquam Adam vocasset nomina, speciei animalium, & apprehendisset naturam & quidditatem illorum, Deusque assensum suum eis junxit; non invenerit in natura ullius ex illis vel unum quod congruum & conveniens esset naturæ sua, sibique ad equatum & appropriatum, unde videlicet perficeretur auxilium sibi necessarium ad perfectionem existentia sua, & conservationem existentia speciei sua. Et forsitan, quando dicatur, Et Adamo vel Homini, respicitur ad speciem Hominis, ut sensus sit; quod non invenerit auxilium ad perficiendam speciem, eamque conservandam & propagandam, prout unumquodque animal ad hoc opus habet auxilio alterius. Ex his ergo videtur vel appareat, Linguam illam fuisse à Deo Opt. Max. creatam, & Adamo primo datam; Ipsumque esse Causam proximam efficientem ejus. Hactenus Ephod.

Convenit cum hac sententia, quod Santes Pagninus scribit in Instieut. Hebraicis cap. I. Hujus verò, inquit, Lingue author fuit Deus Opt. Max. qui eam creavit, qui eam primum docuit hominem, cunctis linguis (in quas deinde fuit divisa) & perfectiorem, & ad legendum aptiores. Quippe primus ipse rebus omnibus nomina indidit & imposuit: quanquam sint, quin Adam proto-parentem hoc referant, quoniam Genes. 2. 19. scriptum est, Et vocavit Adam nomina omni animali: & omne quod vocavit ipsum Adam animæ viventis, est nomen ejus. Sed quod ait; Et adduxit ad Adam, ut videret quid vocaret illud; huius ostendit, primum illum non fuisse authorem: perinde ac si dixisset, Quum Deus congrua imposuerit singulis rebus nomina, ut primi hominis, quem creaverat, sapientiam ostenderet, adduxit ad eum catera quæ creaverat viventia, ut videret, an ille iisdem nominibus, quibus ipse appellarat, animantia vocaret. Qui cum iisdem ea vocasset nominibus, quæ ipse imposuerat Deus, ostendit eam, quæ oppletus fuerat, sapientiam. Et Adam quidem viventibus duntaxat nomina indidit, quæ Deus primum imposuerat: caterarum verò rerum omnium, substantiarum, accidentiumque nomina Deus ipse imposuit.

Isaaci Abarbenelis expositio non longè ab hac recedit: Posteaquam, inquit, formasset Dominus Deus de terra omnem bestiam agri, &c. quod factum die quinto

quinto & sexto, atque unicuique formam & quidditatem suam peculiarem indidisset, adduxit ea ad Adamum, ut videret, quid vel quomodo vocatus esset ea, ר' אָמַר בְּדִבּוֹר הַפָּעֵל מִתְחַדֵּשׁ מִתְחַדֵּשׁ בְּאוֹפֶן מִתְחַדֵּשׁ וְנִאּוֹת : סְכִים דְּנוּרוֹ הַפָּעֵל לְדִבּוֹר הַנּוּרָא אֲצָלוּ יְהִי כְּפִי מִתְחַדֵּשׁ בְּטַבּוּ לְמִתְחַדֵּשׁ הַדָּבָרִים : וְסִפְרַי הַכְּתוּב מִשְׁלָמָת הָאָדָם שָׁקָרָא לְבָבָּךְ : אַתָּה שְׁמַתְּשִׁיחַ רְאוּיָם אֱלֹהִים בְּאַמְתָּה בְּלֶשׁוֹ וְהָא אָמַרְתָּ וְכֵל אֲשֶׁר יִקְרָא לוּ הָאָדָם נֶפֶשׁ חַיָּה הָאָדָם שָׁמוֹ רְלִי כָל נֶפֶשׁ חַיָּה אֲשֶׁר יִקְרָא לוּ הָאָדָם שֶׁמֶן כְּפִי טַבּוּ שְׁרָשֵׁי הַלְשׁוֹן הַאֲלֵהִי וְכָבֵר אָמַרְתָּ וְכֵל בְּבָרָאשִׁית חַוֵּל כְּתַה מִחְכָּמָה הַזָּה בְּקָרְבָּתָה שְׁלָא הַתָּה קְרִיאָת הַשְּׁמָות כְּפִי הַהַסְכָּמָה וְהַרְצָוֹן אֶלָּא כְּפִי הַוּרָאת טַבְשִׁים וְהַשְּׁמָות שָׁם בְּזָה h. e. Refere itaq^{ue}, Scriptura, de perfectione Adami, quod indiderit animantibus ea nomina, que ipsis revera convenientia fuerunt in lingua. Hoc sibi vult, dum ait, Et quicquid ei vocavit, animae inquam viventi, illud nomen ejus erat. Vult enim dicere; Illud nomen, quod unicuique animae viventi dedit, illud erat nomen ejus, tum secundum ipsius naturam, tum secundum radices seu fundamenta Lingua Divina. Hinc tantopere exculerunt Majores nostri Sapientiam illam Divinam, ut dixerint; Quanta quas oportet fuisse Sapientia in vocatione nominum istorum, adeo ut etiam Angeli ad eam non pertigerint, &c. Locus est satis prolixus, ed tendens, ut doceat, Impositionem illorum nominum non suisse secundum consensionem & voluntatem, sed secundum extensionem nature illorum. Et nomina talia sunt definitiones: in hoc enim se maximè exseruit Sapientia Adami; non in nominibus liberis & voluntariis. Et mox: Quod vero dicitur postea, וַיִּקְרָא הָאָדָם שָׁבּוּעַ Et vocavit Adam nomina, &c. ¶ 20. eo non indicatur, quod Adam vocaverit nomina, sed significatur, quod posteaquam vocasset Adam nomina omnibus illis Animalium speciebus, naturasq^{ue} illorum agnoverisset, non invenerit in illis ullam naturam convenientem & appropriatam naturae humanae, quam auxilium ei necessarium persiceretur. Hæc Abarbenel.

25. Ex his itaque sententiis Ultima, quæ Deum OPT. MAX. primum primæ linguæ facit authorem, maximè videtur plausibilis, & veritati consentanea; utpote quæ & rationibus gravibus, & plurimorum tam Hebræorum quam Christianorum auctoritate est subnixa ac suffulta. Quod differentiam illam attinet de Modo quo Adam fuerit à Deo communicata vel infusa, illa non adeò magni videtur momenti. Ultraque sententia, etiam hac in parte, non solum ex Hebræis, sed & ex Christianis suis patronos habet. Quamvis enim una plus Deo ejusque dono adscribat, altera plusculum sapientiae Adami deferat; ultraque tamen, quod præcipuum est, Deo, ejusque gratiæ, gloriam inventionis & institutionis

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

Primæ linguae adscribit: utraque etiam exactissimam Adamo sapientiam, scientiam, & rerum omnium naturalium notitiam attribuit, quâ & res omnes in mundo mente cognoverit, & nominibus propriissimis, naturæque ipsarum convenientissimis, appellari ac denominarit. Utrum jam illa nominum impositio modo generaliore & universaliore, an verò specialiore, à Deo ipsi suggesta fuerit, non adeò multum fortasse referre videtur, ut nimis anxiè & scrupulosè illud sit exquirendum, vel acriùs de eo litigandum & contendendum.

26. Quamcunque ex his sententiam quis eligat, corruit simul ac profligatur impia & insana in Fausti Socini sententia, qui Libro de Statu primi Hominis cap. 4. negat, *Adamum cognovisse naturam bestiarum*. Et, *Nominum impositionem, ab Adamo factam, non aliam in Adamo arguere cognitionem, preter eam, quam quilibet quantumvis stupidus habere potuisse*, nec ad alia respexisse talia nomina, quamqua sensibus sese prodebat, & unicuique manifesta fuissent, afferere non veretur. Imò, *Adamum ante peccatum fuisse instar infantis vel pueri, non ratione innocentia tantum, sed etiam ratione cognitionis, quia nescivit, quid esset Nudum esse, &c.* Sed non est nobis propositum deliriis ejus refutandis diu insistere. Sanè cùm in aliis multis Judaicet Socinus, hic longè à Judæis recedit, qui Sapientiam Adami, in statu integritatis acceptam, & impositione Nominum comprobata, miris passim laudibus, & merito, extollunt. Huc spectat quod dicunt, שׁוֹמְתָנוּ אֶת אָדָם *staturam*, vel, *magnitudinem fuisse ab una extremitate terra usque ad alteram*, hoc est, Illum mente affecutum, intellexisse ac cognovisse omnes res, earumque naturas, quæ mundo continentur. Videat qui volet Beresch. rabba Sect. 17. Akédath Jitzchak portà 10. Cosri p. 1. §. 95. & alios.

27. Sic ergò hæc tenus vidimus, Primum Hominem certi Sermonis facultatem & usum habuisse; Originem item seu Causam efficientem primariam Sermonis illius primi indagavimus. Facultas hæc loquendi in Sacris literis vocatur 1. שׁוֹנֵן Lingua: eò quod inter quinque organa pronunciationis sit המוחד ביז'ור בחיתוך האותיות אשר בו הברל הקולות maximè appropriatum ad discernendas literas, scribit Ephodeus: 2. שׁוֹבֵב Labium, ad Gen. 10. Et fuit terra labii unius: Item; 3. שׁוֹפֵךְ Profundi labio, Ezech. 3. 5. 6. quia Labium est organum maximè conspicuum sermonis, & quasi ostium per quod egreditur, ut iterum Ephodi, & Aben Esra scribunt: 3. שׁוֹעֵב Os: ut קַיִן הַמְּדֻבֵּר אֶל־גַּסְתָּה Quod os meum loquitur ad vos, Gen. 45. §. 12. quod Onkelos transtulit: Quod linguâ vestrâ loquar vobiscum. 4. שׁוֹרֵךְ Quis posuit os Adamo, vel, Homini, h. e. Quis ei dedit facultatem loquendi? 4. שׁוֹרֵךְ Guttur: ut; קָרָא בְּרוֹן Clama gutture, Je-sa. 58.

sa. 58. i. quia Guttur præparat aërem, qui est medium & vehiculum sermonis externi. His sic prælibatis,

Proximum nunc videtur esse, ut disquiramus; *Quenam illa prima fuerit Lingua, quam Deus ab initio mundi creavit, primisq; hominibus tradidit & communicavit?*

28. Primam & antiquissimam Mundi Linguam, quâ Deus Opt. Max. cum primis nostris parentibus in Paradiso, illi vicissim cum Deo, & inter se, sunt locuti, fuisse eam, quæ, longè post hominum & linguarum distributionem, HEBRÆA, consequentibus etiam temporibus S A N C T A dicta fuit, & etiamnum hodie dicitur, sicuti communis & recepta, ita verissima est sententia.

29. Ita semper præstantissimi quique Scriptores, Hebræi & Christiani, judicarunt, huicque Linguae primatum inter omnes alias mundi linguas attribuerunt.

30. De H E B R A I S scriptoribus scribit Ephodeus cap. 3. 'הנה ראות' הַתָּוֹרָה כִּלְמָד שְׁהַסְכִּימָו עַל כִּי הַלְשׁוֹן הַחֲאָה הַנְּבָרוֹא וְהַמְּסִכָּם עַל־זֶה מְהֻבָּרוֹא: 'ת' חֹזֶק הַלְשׁוֹן הַעֲבָרִי. הנִקְרָא בְּלַשׁוֹן הַנְּבָיאִים יְהוּדִים': h. e. Vidi Interpretes Legis omnes consentientes in hoc, quod lingua illa creata, & à consensu Dei profecta, sit LINGUA HEBRÆA, à Prophetis dicta JUDAICA, 2. Reg. 18. v. 26. Nehem. 13. v. 24. Ita rem habere, fidem facient sequentia illustria Hebræorum testimonia.

Inter Hebraicæ Synagogæ Scriptores antiquiores primi occurrunt, qui Legem Mosis in Linguam Syro-Hierosolymitanam transtulerunt: illi in sua Translatione huic rei apertissimum perhibent testimonium. Nam illud Mosis, וְיַדְךָ בְּלַתְאָךְ שָׁפָה אֶחָת וְרַבְּרִים אֶחָדִים Et fuit universa terra labii unius, & verborum eorundem, Genes. ii. 1. Jonathan Paraphrastes sic reddidit: זהה כל הארץ לשון אחד וממלל אחד ועתה הארץ הזה ממשליין ממלל אחד וזהו כל הארץ דאיתבר: ביה עלמא מן שורית Et fuit universa terra Lingue unius, & sermonis unius, & consilii unius: Lingua sancta erant loquentes, in qua creatus fuit mundus ab initio. Altera ejusdem Legis Translatio, quæ absolute Hierosolymitana appellatur, in eundem sensum & iisdem verbis ibidem transfert; והוו כל דרא דארעא לשין חד וממלל חד ועתה חד ארים בלשין קודשא. והוא ממלל אין דברין אתבי. עלמא מן שורית Et erant omnes habitatores terra lingua unius, & sermonis unius, & consilii unius: Nam Lingua Sanctam loquuti sunt, in qua creatus est mundus à principio.

Cum his consentit celeberrimus apud Hebræos Scriptor, Theologiae Cabalisticæ Doctor primarius, Rabbi Simeon ben Jochai, cuius libro He-

braei primam antiquitatem à vastata Urbe & Templo tribuunt. Is in libro Zohar, qui arcanam Legis explicationem Cabalisticam continet, in fine sectionis *Toledoth Nōach*, superiorum locum declarando, ita scribit: *וְאֵת יָמָם לִישְׁנוּן אַמָּא אִתְבָּדֵר וּבְלִיל לְהַקְּבָּה אֶלָּא בְּנֵי דָכוֹלָהּוּן מִמְלֶלֶן בְּלֶשׁוּן הַקְּרֻשׁ הַחֹוָא לְשָׁנָא קָא עֲבֵד לֹן סְזָעָא בְּנֵי דְבָשְׁבָדָא וּבְמַלְתָּא דְפָומָא תְּרֵז מְלֶלֶן* אלְלִין לְאַדְבָּקָא בְּלֶבֶא וּבְרָא עַבְדִּי סְזָעָא לְהַחֹוָא אֶתְרָדְבָּעָו לְאַקְמָא וּלְדָא אַתְבָּלְבָּלְלָה לְיִשְׁנָהּוּן וְלֹא יְכִילָוּ לְאַתְקָמָא רְעוֹתָהּוּן בְּלֶשׁוּן הַקְּדָשׁ כִּיּוֹן דָאַתְחָלָף לְיִשְׁנָהּוּן לֹא אַצְלָהּוּן בְּעַבְדָּא בְּנֵי דְחֹוָלָא דְלְפָלָא לֹא דְעַיְן וְלֹא אַשְׁתְּמוֹדוּן בְּרָ לְשָׁוּן הַקְּדָשׁ: i. e. Si dicas: Lingua ipsorum cur divisafuit, & quare confudit eam Deus Sanctus Benedictus? Ideo, quia omnes illi loquebantur Linguam Sanctam, & ista Lingua prestabat ipsis auxilium, ed quodd in opere & sermone oris pendent res ista, que ad conjunctionem animorum pertinent. Et hoc ipso afferebant auxilium illi loco, quem cupiebant erigere: Hujusq; rei causā confusa fuit Lingua ipsorum, ne possent in effectum deducere voluntatem suam in Lingua Sancta. Quamprimum enim fuit mutata Lingua ipsorum, non prosperebantur in opere illo, quia Virtutes, vel Exercitus superiores (Angeli) non intelligunt, neg. noscunt, nisi Lingua sanctam. Et cum confusa fuit Lingua, debilitata fuit virtus illorum, & contracta fortitudo ipsorum. Sensus est: Homines primi post Orbis diluvium ingenti numero aucti, suisque viribus, propter unam Linguam, & communem societatem, nimium confidentes, volebant opus immane in altum exstruere: sed turbata cælitus ipsorum linguâ, quæ Lingua Sancta erat, se invicem non amplius intellexerunt, neque cælitus amplius adjuti fuerunt, unde ipsi distracti & dispersi, opus ipsum à perfectione fuit impeditum. Et mox infra ibidem: חַמְ' מָה כָּתַב הָנָן עַם אֶחָד שְׁפָה אֶחָת קְלָם בְּנֵי אָנָן בְּלֶבֶא חַד וּבְרָעָותָא i. e. Ecce quid scriptum est? En populus unus, & labium unum omnibus illis; Genes. II. I. Propterea quod ipsi fuerunt animo uno, & voluntate una, & loquebantur Lingua Sancta.

In Talmud Jeruschalmi sive Hierosolymitano, in libro Megillah כתיב ויהי כל הארץ שפה אחת ודברים אחדים ר' אליעזר ו' יוחנן: cap. I. legitur: חד אמר טהו מדברים בשבעים לשון וחורונה אמר טהו מדברים בלשון צידור של שולם לשון הקrush: i. e. Scriptum est, Et fuit universa terra labii unius, & verborum eorundem, Genes. II. I. Rabbi Eliezer & R. Jochanan super hoc disputantes, Unus dixit, ipsos loquutos fuisse 70. linguis; Alter dixit, loquutos fuisse Lingua Unica in mundo (hoc est, Dei, quem sic aliquando vocare solent) nempe Lingua Sanctam. De R. Eliezeris sententia inferius dicetur.

In Medrasch sive Commentario Legis תנחות Tanchumah, quem & Felammedenu vocant, de Lingua Hebrææ primatu sic legitur: בְּלִיל שְׁוּם וְלֹא בְּזַי אֶחָד מֵהֶם לְשׁוֹן שְׁלֵחָיו שְׁהָלָשָׁן הָרָאשָׁן הַזְּמָדָרִים בְּלֶשׁוּן הקrush

הַדָּעַת id est, Confudit linguas ipsorum, ut non intelligeret ullus ipsorum linguam proximi sui. Nam Lingua prima, quā loqui sunt, fuit Lingua sancta, in quā eadem lingua creatus fuit mundus.

בשם שנותנה תורה בלשון הקדש sicut data est Lex in Lingua sancta, sic quoque creatus est mundus in Lingua Sancta.

In libro *Berejbirh rabbah*, Sectione in *Genesin* 18. נברא העלם בלאשון הקדש והעברית בעצמה החותובה שבשליטונות כו' ר' Cosfi Orat. 2. sect. 68. מכbla וסבירא: הקבלה שהיא הלשון אשר דבר בה יה' יתרך עם אדם וחוה וכנה hoc est, Lingua Hebream per se esse praestantissimam omnium Linguarum, habetur tum ex Kabala, tum ex recta Ratione. Kabala enim seu Traditionis est, quod sit illa Lingua, in qualocutus est Deus cum Adamo & Eva, quaq; illi quoq; ambo sunt loqui, &c.

Rabbi Salomon Jarchi in Commentario suo: שפה אחת Labii-unius; id est, לשון קדש Lingua sancta.

R. Abraham Aben Esra: לשון אחת: זה קרבן אל' שהיה לשון הקדש id est, Labii unius, h.e. Lingua unius. Mihi autem videtur, fuisse eam linguaam sanctam:

R. Levi ben Gerson in Commentario in Legem ad Gen. ii. in eundem modum scribit: זמנה שוה הלשון שהוא מדברים בו תחילה לשון הקדש כי Apparet, quod iste sermo quem loqui sunt in principio, fuit Lingua Sancta. Nam Adam primus locutus fuit Linguaam Sanctam.

Eiusdem sententiae est Ramban, sive R. Moses ben Nachman ad Exod. 30. ¶ 13. cuius verba alio infra commodiore loco adducentur: R. Isaac Arama in Akédath Jitzchak, ut sup. visum thes. 15. & alii. Nam plura Hebræorum testimonia in seqq. producendi dabitur occasio, ubi Rationes quoque expendemus, quas pro hac sententia probanda in medium adferunt.

31. Sed & CHRISTIANI Scriptores, authores gravissimi, prisci & recentes, tam linguae Hebrææ peritissimi, quam de ejus dignitate, præstantia & antiquitate gravissime & prudentissime judicantes, iis quæ de primævitate ejus ex Hebræis Scriptoribus produximus, suum magno aplausu & consensu adjiciunt calculum. Hinc scribit R. Gedaljah in Schalschelet hakkabbalah: חכמי האומות בקשו לידע מה היה לשון הארץ ולובסוו h. e. Sapientes Christianorum indagarunt quænam fuerit Lingua prima: tandem totus mundus, h.e. omnes confisi sunt, ab Adamo usque ad Diluvium Lingua sancta loquutos esse.

B. Hieronymus Lingua Hebream Omnia Linguarum appellat MATERM, ac proinde origine primam. Sic enim in Commentario in Sophiam

niam Prophetam cap. 3. ad illud y. 18. 'נָגָה מִזְמֹר אַסְפָּח' quod ipse reddit, *Nugas*, quæ à Lege recesserunt, congregabo, scribens ait; *Nugas*, *sive*, ut *Aquila interpretatus est*, *Translatos*, qui à te recesserunt, congregabo. *Id quod diximus, Nugas; sciamus in Hebreo ipsum esse Latinum sermonem נָגָה Nuge.* & propterea à nobis ita, ut in Hebreo erat, possumus, ut nosse possumus, *Linguam Hebraicam omnium Linguarum esse MATRICEM*. Hæc ille. An verò vocabulum *Hebræum נָגָה Nuge*, sit etiam Latini sermonis, & an ex hoc exemplo argumentum Hieronymi confirmari possit? h̄ic non arguimus: duntaxat sententia ejus adducitur, quâ agnovit, *Linguam Hebræam omnium Linguarum esse matrem*. Illud autem argumentum millenis exemplis aliis probari posset, & peculiarem tractationem requereret, quæ non est hujus loci. Sed quod dicit, *Aquilam Græcum interpretem, vocem Hebræam נָגָה Nuge, explicasse Translatos*, id sensum habet ex alio simili loco, in quo ista *Hebraica בְּתוּלָתֵה נָגוֹת Betulothéha nûgoth*, in Græca versione translata leguntur. *Αἱ παρθένοι τῶν αὐχενάσοι ἀγάπης Virgines ejus capti⁹ abduct⁹ sunt*; Thren. 1. 4. *Translatos ergo, idem illic est, quod Deportatos, in captivitatem adductos*. Sed nechujus interpretationis veritatem h̄ic excutiemus. Tantummodò dicimus, meliorem h̄ic esse Hieronymum, qui reddit, *Virgines ejus squalidae sunt*, scilicet merore & luctu, quæ genuina est Verbi Hebraici significatio. Unde non immerit Santes Pagninus in Thesauro suo *Lingua Sanctæ*, in Radice נָגָה miratur, cur B. Hieronymus in superiori loco Sophoniæ transtulerit *Nugas*. Sed hæc extra chorum. Idem in Epist. ad Damasum: *Initium oris & communis eloquii, & hoc omne quod loquimur, Hebræam Linguam, quâ Vetus Testamentum scriptum est, fuisse, universa antiquitas tradidit*.

Origenes in librum Numer. Homiliâ undecimâ scribit: *Manserit autem Lingua per Adam primitus data, ut putamus, Hebræa, &c.*

Divus Augustinus in lib. 1. de Mirabilibus S. Scripturæ, ubi de Confusione linguarum scribit, ait: *Veruntamen cùm ad illud usq[ue] tempus (ædificationis turris Babylonicae) esset unius linguae cunctus populus, universorum, qui ad tale opus venerant, linguas in diversa verba divisiſt. Quæ autem ista Una Lingua fuerit, id docet idem de Civitate Dei lib. 16. cap. II. ubi inquit; Quia ergo in ejus (Heberi) familia remansit hec lingua, divisiſt per alias linguas cateris gentibus, quæ lingua prius humano generi non immerit creditur fuisse communis, ideo deinceps HEBRÆA est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut alia quoque vocatae sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud, quam Humana lingua, aut Humana locutio vocabatur, quâ solâ universum genus humanum loquebatur.*

D. Am-

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE. 25

D. Ambrosius in Cap. 3. Epist. ad Philippenses: *Prima enim lingua, quæ erat sine nomine, cùm huic (Hebero) redditur, ex eo nomen accepit.*

Nicolaus Lyra in Genes. c. II. Labii unius; Idiomatis Hebrei, quod usq; tunc solum fuit inter homines. Et Iesa. 19. 18. ad illud; Loquentur lingua Canaan; scribit: *Fit h̄c mentio magis in spirituali de Lingua Hebraica, quam de aliis, quod illa est Lingua prima, & fuit omnibus communis, usq; ad edificationem turris Babel.*

Johannes Mercerus Genes. II. I. ait: *Pro certo, persuaso, & indubitate habeo, primigeniam illam Linguam Hebraicam fuisse, &c.*

Santes Pagninus in Instit. Hebr. cap. I. Hujus verò linguae author fuit Deus Opt. Max. qui eam creavit, qui eam primum docuit hominem, &c.

Cornelius Bertramus in Præf. Gram. suæ: *Quod ad Hebraicam linguam pertinet, certum nimis est, eam unā cum ipso Adamo in lucem editam fuisse, & solam apud ejus familiam & posteros perdurasse, ad tempora usq; captivitatis Babylonicae.*

Benedictus Pererius libr. 5. in Genesin: *Lingua verò, quam primū habuit Adam, & secundum quam imposuit animalibus nomina, concessu omnium Hebreæ fuit, que ante divisionem linguarum non appellabatur Hebraæ: erat quippe una duntaxat lingua Communis omnium hominum, ut Scriptura testatur, &c.*

Franciscus Junius ad Gen. II. I. Hanc (unam sc. & primam) *Hebream fuisse linguam, consensione omnium ostenditur: & Augustinus argumentū probat lib. 16. de Civit. Dei cap. II.*

Plurimos alios prætero.

32. Sed ne Authoritatibus tantum & testimoniiis nudis nití, atque ita precaria duntaxat, vel e blanditis suffragiis corrogata, hæc Linguae Hebreæ dignitas, à primæva Antiquitate petita, videatur; age R A T I O N E S etiam producamus validissimas, quibus eadem confirmatur, ut appareat, nil, nisi quod summo ei debetur jure, hoc ipso ei attribui. Rationes pro sententiæ hujus confirmatione afferuntur præcipue sequentes ab Hebreis.

33. *Primū, à Natura Lingua Hebraea in genere, ejus videlicet summa Perfectione.* Quemadmodum nempe, ajunt, corpus perfectissimum perfectissimam quoque requirit formam, ut Arist. I. 2. de Cœlo c. 4. scribit, Cœli substantiæ, ceu perfectissimæ, accommodatissimam esse formam rotundam, omnium formarum perfectissimam: sic dignissimum fuit, *תְּגִזָּה וְלֹא מֵתֶן לְשִׁים* ut daretur perfectum, perfecto, à perfecto, h.e. ut Deus, tanquam creator perfectissimus, Adamo homini primo in statu perfectionis posito, linguam inspiraret perfectissimam, quæ, sine defectu & errore ullo, omnes res creates propriissimè ac perfectissimè denominaret. Hoc autem factum esse Sacrae literæ indicant per ea, ubi dicitur; *Adduxit ea (animantia terræ, & universa volatilia cœli) ad Adamum ut videret, quomodo vocare*

D

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

singula: & quo nomine vocavit Adam (animans scil. quodq;) *sic fuit nomen ejus,* Gen. 2.19. Significatur enim his verbis, non fuisse nudas, aut fortuitas & accidentarias appellationes istas, quas animantibus & volucribus, ac consequenter reliquis rebus creatis, imposuit Adam, sed ex singulorum naturis & proprietatibus peritas, quæ genuinè & propriè id expresserint & significarint, quod res ipsæ erant, ut auditio nomine statim species & res ipsa cognosceretur. *Prima enim rerum veritas ex nominum recta ratione, ceu ex sacro etymo, pender,* scribit Postellus in libro de Originibus cap. 14. Admirandæ Sapientiæ fuit, ipso aspectu naturam rerum simul perspicere, ac juxta eam convenientia singulis nomina indere: Perfectæ & absolutæ Linguæ fuit, accommodata & propria vocabula cogitanti momentis suppeditare, neq; cogitantem vel defœtualiquo destituere, aut errore ullo seducere. *Quomodo enim unum quodq; nominabat, illud erat nomen ejus;* propriè sc. & accommodatissimè, tunc, & inde ad Mosen, primum Historiæ Sacrae testem & Scriptorem Hebræum, appellationibus istis durantibus, ac deinceps ad ultimum usque hominem duraturis; Atqui sola Lingua Hebræa est, quæ laudem & gloriam hanc summæ inter omnes linguis perfectionis, præ omnibus aliis meretur, cuiq; perfectionem hanc doctissimi quique viri adscribunt, & ad quam hujus rei causâ omnes alias linguas, tanquam ad matricem, exigunt; Quocirca, cum Perfectum prius sit Imperfecto, & què ac Unum Pluribus, & Simplex Composito prius est, ut Philosophus dicto loco testatur, concludunt, hanc omnium aliarum Linguarum, quæ eam consecutæ sunt, & ab eadem Perfectione omnes absunt, origine primam esse.

34. Argumentum hoc affert R. Afarias in Meor Enajim cap. 57. ubi simul etiam aliquot argumentis Perfectionem linguæ Hebrææ probat, 1. Quòd nulla alia sit lingua, cuius voces tam efficaciter exprimant naturas & proprietates rerum significatarum, ut in Lingua Hebræa; præcipue autem ex Nominibus Divinis, & in primis Tetragrammato יהוה, cuius tam Divina est significatio ad essentiam Dei denotandam, ut nulla alia Lingua id satis explicare, nedum exprimere & imitari possit: 2. Ex ipsis literis, quòd & illæ suæ occultas significations habeant, cum rebus significatis convenientes, ut Ramban docet Genes. 2. 3. Ex locutionibus & significationibus Metaphoricis, quæ in hac lingua sint elegantissimæ & admirabiles; cuius rei exemplum adducit dictum illud Jacobi, ad mortem parati, שְׁכַבָּת 'אָבָת' Et cubabo cum Patribus meis, Gen. 47. 30. in quibus duabus vocibus tot & tanta mysteria ac doctrinas comprehensas esse dicit, אשר כנה חכמים ולבורי נלאו לכתוב ספרם ע' אמתתם ועדי' *Et quamyis multi sapientes scriptores integros jam de illis conscrip-*

scriferint commentarios, tamen nondum sufficienter illa explicarint. Nam dicit; dum primò Mortem vocat Cubationem, vel Cubitum-itionem, docet, de Vivificatione, resuscitatione & resurrectione mortuorum, prout sc. is qui cubitum it, manè iterum excitatur & surgit: deinde, quando ait, *cum Patribus meis* (cui similis est Phrasis illa, Congregari ad populos suos, Genes. 25. & alibi) docet de Immortalitate animæ, quod illa post mortem adhuc superstes sit: **כִּי תְּלַיְּ כֵּן אֶבְוֹתָיו וְעַמְּ אֲהֵה נָאָם** hoc, Patres ejus & Populi ejus ubi essent? &c. Hæc R. Asarias. Vide & Cosri p. 4. §. 25.

Non absimile est, quod scribit Samuel Arcuvolti in libro *Arugat habbæsem* cap. 8. Posteaquam enim per totum caput prolixè egisset de proprietibus Numerorum Hebraicorum, & tandem aliquid subjunxit de efficiaci significatione vocabulorum Hebraicorum, **שְׁנָה מְגֻאָמָה לְפָנָע מְפֻנָּע** בְּכָל דָּבָר וּבְנָרָqua sunt gemina naturæ unicuique rei impressæ, eamq; significatione suâ exprimunt, tandem concludit: Ex iis qua hactenus dicta sunt in hoc capite, colliget quivis cordatus, **קְדוּמָה מְעָלָה וּמְלָשׁוֹנוֹ הַקְדוּמָה**, prioritatem dignitatis & temporis Lingue nostra sanctæ, an videlicet ortus sit super eam sol à filo illo truplicato, Prudentia, Scientia & Intelligentia, (h. e. an ex humano ingenio sit inventa): imò revera cognoscet, **רַצְחָנָה בְּהַשְׁפֵּעַ וְנָתָן לְשָׁלָם גָּמְנִינוּ אָדָם הָא'** השתלים ב' השפע ונתן לשלם גמינו אדם הא' ש' **כִּפְצָצָה מִצְחָנָה כְּלָשׂוֹן הַלְּשׂוֹמָה כְּלָשׂוֹן הַלְּשׂוֹמָה** quod Deus perfectissimus insuderit Adamo primo, in specie sua perfectissimo, Linguam perfectissimam, tot perfectionum species complectentem; adeò ut etiam Nomina ex ea in ceteras Linguis translata, nullam mutationem seu additionis seu diminutionis passa sint apud gentes illas, qua illa transulerunt, ut appareat ex nominibus Adam, Eva, Schet, Schabbath.

His addunt alii & hoc, quod Linguæ Hebrææ primitivæ voces seu radices omnes, vel saltem pleræque, sint verba: quod omnes regulariter tribus duntaxat constent literis: quod nullas peregrinas & exoticas admixtas habeat voces; & similia.

Ephodeus cap. 3. existimat, hujus rei causâ vocari Genes. II. **שְׁפָחָה אַחַת** Labium unum, quando dicitur; Fuerat autem universa terra Labii unius; **לְפָנָי** Labium unum, quod sit simplicissima ac perfectissima, neq; admixtus eis sit peregrinus, (hoc est, nulla habeat peregrina vocabula) quod in Linguis aliis non ita est. Huc refert, quod Cabalistæ dicunt **שְׁפָחָה אַחַת** (Labium unum) & **לְשׂוֹן הַקְדוּמָה** (Lingua sancta) per Gematriam sive Artem Cabalisticam Arithmeticam æquivalentia esse, & in numeris inter se convenire, Unitate exceptâ, quæ in Lingua sancta (Lingua sancta) excedit: Nam literæ **שְׁפָחָה אַחַת** (Labium unum) conficiunt 794. **לְשׂוֹן הַקְדוּמָה** (Lingua Sancta) 795. Unitatem illam residuum di-

cit denotare *Unitatem authoris ejus*, De i videlicet OPT. MAX. & Unitatem ac perfectionem Lingua.

Partem illam perfectionis, respectu Efficacium significationum, cum naturis rerum convenientium, easdemque experimentium, magnificè passim extollunt Hebræi; unde inter alia in libro קְדוֹמָה Adonai legitur; וְכָל הַמְלֹתָה שְׁמוֹת וּפְעָלִים שָׁבוּ לֵא זוּ עַד מִקְרָה וְחוֹרֶן כְּסֻכָּת שָׁאָר מִמְצֵיאָה לְשׁוֹנוֹת שָׁאָן טָם לְהַטְבִּיל בְּלַשׂוֹן הַקְדָּשׁ הַכְלִיל הַחֲכָמָה נְפָרָה וּמְעָזָה שְׁמָקָה וְכָלָם מִיסְדִּים עַל סְדוֹת וּגְמוֹקִים עַמּוֹקִים וּשְׁמוֹת הַדְּבָרִים מַרְיָם אֶל עַצְמֹתָם וְהַבְּדָלָה וּסְגָלָתָה וּמְזָאִים וּמְזָאִתָּה וְזָמִינָה מְהֻבָּהָה רְה' הַלְכָה נְקָרָא לְשָׁוֹן Hujus autem Linguae Hebreæ voces, nomina & verba, non sunt accidentaria aut fortuita, secundum consensionem vel consuetudinem reliquarum linguarum, in quibus nulla subsistit appellationis ratio: sed in Lingua Sancta omnia sunt ex intentione admirandæ, & consilio profundo; cunctaq; sunt fundata super secretis & observationibus profundis. Nomina etenim rerum docent de essentia, differentiis, proprietatibus & principiis illarum, similibusq; ad quatuor causas pertinentibus. Et hujus rei causâ etiam volunt nonnulli, illam Sanctam appellari. Vide & R. Levi ben Gerson in Genes. fol. 14. col. 2. &c. Cosri p. 4. §. 25. Jehudam Muscatum in Cosri fol. 117. b. Ephod. cap. 3.

36. Sed & Christianorum scriptorum quidam argumento hoc utuntur, & perfectionem istam Linguae Hebreæ agnoscent. Huc pertinet, quod Nicolaus Fullerus in Miscellaneis Theologicis lib. 4. cap. 4. scribit: *Quemadmodum igitur in immensa rerum mundi hujus congerie, principium aliquid & eximum in unoquoq; genere produxit Deus, quod reliquorum omnium ejusdem generis mensura quadam existat, ad quam exigantur, & quam singulatim explorentur: ita in Linguarum etiam infinita varietate evenisse censeamus, unam preter ceteras à Divina providentia constitutam, cuius directione ac puritate, aliarum omnium obliquitatem & impuritatem metiremur. Ecqua vero alia, quam matrix illa Hebreæ, ad id apta & idonea existimabitur?* Theodorus Bibliander in libro de Communi ratione omnium Linguarum p. 37. Ceterum non obscuris argumentis liquet, sermonem Hebreum esse parentem ac principem Linguarum omnium, qui nature omnium rerum Divinarum simul & Humanarum aptum nomen, veluti publicam notam, imprimit, & frugalis est sine omni luxu, nec sordidus & parcus. Cujus vestigia non obscura cernuntur in linguis omnibus, &c. Postellus de Etruriæ Origine p. 59. Inter omnes mundi linguas opus est esse unam primariam, rerumq; veritatis proximam, in qua ante omnes vocabulorum elucescat veritas. Volo autem mihi ex sola autoritate illorum, qui hoc asseverarunt, concedi, quod sit ipsa Ebraica, &c. donec aut ex opere nostro de Originibus, rationibus pateat, aut si se occasio obtulerit, postea confirmare possum. Atque hoc est argumentum primum, quod Hebrei

Hebræi pro linguae sua Antiquitate afferunt, eujus pleraque, plerique nostrorum scriptorum suo calculo approbant.

37. Secundum Argumentum ducitur à *Forma externa*: vocum hujus linguæ. Quandoquidem primi Parentes in Oriente, & quidem eâ ejus parte, quæ Assyria vocatur, sunt creati, illic habitarunt, illic etiam genus humanum multiplicari cœpit; extra controversiam ponendum videtur, Linguae alicui Orientali primatum inter omnes linguas esse deferendum. Cùm verò inter has, Hebræam & Chaldæam cæteris omnibus priores esse, à nemine rerum perito in dubium vocetur, alterutram sanè illarum eam linguam esse, quâ primi parentes sunt locuti, haud absurdè concludi videtur. Quod si autem porrò inquiratur; Cui illarum iste honos debeatur? iterum convenienter procul dubio respondebitur, si dicatur, illam præferendam, quæ simplicior & planior est, & unde, sanâ cum ratione, altera deducta & derivata esse appetet. Atqui comparatione à linguarum peritis institutâ, quamplurimis argumentis, sive Vocabum ipsarum species formam, sive illarum inflexionem, liquebit, Hebræam priorem esse linguâ Chaldæâ, & hanc ab illa multum, illam ab hac nihil, mutuatam esse, sed quæcunque habet, ex suo proprio habere peculio. Hinc est, quod Josephus Scaliger scribit in Epistola quadam ad Richardum Thomsonum: *Syri Maronite antiquiorem Syriae nomen Hebraismo, quovis pignore contendunt, quæ est summa imperitia. Nam perinde est, ac si idiomâ Italicum Latino vetustius esse dicerent. Ceterè מלך prius est quam מלך Malca (Rex): & multa alia ad hanc pertinaciam expugnandam afferre possamus. Concludamus ergo, unam linguam vetustissimam esse eam, quâ Sacra Biblia conscripta sunt, &c.* Quod Scaliger de Syris Maronitis judicavit; Idem de quibusdam aliis hodiè dici potest, qui Chaldaicam linguam Hebræam antiquiorem contendunt; illos nempe, vel ex imperitia, vel certè ex novitatis & singularitatis seu studio seu amore, ita sentire.

38. Tertium argumentum petitur à *Notatione* vel *Etymologiâ* Nominum propriorum antiquissimorum primi mundi, quæ ex Lingua Hebræa, & ex eodem suæ originis themate sic deflexa sunt, & significationis causam adeò emphaticè & efficaciter explicant & exhibent, ut nulla alia lingua eandem pari flexu & energiâ imitari, multò minus assequi possit: Inde ergò *בְּמִיכָּח necessariò* sequi volunt Hebræi; eam Linguam reliquis omnibus priorem esse, & primitivæ istius perfectionis suæ vestigia palam indicare. Argumentum hoc à Notatione desumptum, Hebræi Scriptores indicant, quando dicunt, *וְלֹא נִשְׁלַׁח וְלֹא נִשְׁלַׁח Vocabulary cadit in vocabulum*, hoc est, *Vocis notatio ab eadem est Voce seu Radice; Vox à Voce depender & defle-*

ditur; Vociis ratio est, quia ejus Radix seu primitiva vox sic vel sic significat, ita vel ita denotat, &c. Interdum tamen etiam non est vera Notatio ex eadem radice, sed Explicatio per modum Allusionis seu Paranomasiæ ex voce seu Radice affini, cuius locutionis vim & usum ad eundem scopum referunt. Palmarium hoc est Hebræorum pro Linguae suæ primæva antiquitate argumentum, quod gloriösè passim jactant, & utroque brachio movent. Unde non abs re erit, si & nos paullò pressius ei insistamus, & quâ ratione Hebræi illud urgeant, videamus.

39. Vis & nervus argumenti hujus consistit in hoc; Cùm Nomina propria Primorum hominum, & Patrum antediluvianorum, teste Scripturâ, sint à primitivis suis radicibus deflexa & derivata נַחֲלָה per vocabulum cadens super vocabulum; ut vox à voce dependeat; tanquam conjugata scil. vel paronyma; illaque Nomina adhuc sint eadem quæ primo fuerunt, prorsus immutata: & verò illorum nominum talis Notatio paronyma in nulla alia lingua locum habeat, nec ex ulla alia deduci possit, quam ex Lingua Hebræâ; sequitur necessariò, Linguam Hebræam esse Linguam primam, quâ tunc usi fuerunt: quia procul dubio non Linguâ aliquâ post multa demum sæcula oritur, sed præsenti & tûm usitatâ, Nomina illa concepta & imposita fuere. Ex. Gratia:

אָדָם ADAM, dicitur ab אָדָם ADAMAH hoc est, à Terra, quia ex terra conditus est, juxta illud; וְאֶזֶר "אָדָם אֶת הָאָדָם עָפַר מִן הָאָדָם Et creavit Dominus Deus Adam (Hominem istum) pulverem ex Adamah terra, Genef. 2. 7. Hic Græcus Interpres pro Adam sive Homine dicit Αἰθερώτας, pro Adam sive Terra, r̄, etymologiâ omissa: Chaldæus, אָדָם Adam qui dem retinet, sed pro אָדָם Adamah, dicit אָרָעַ Arra. Sic & in aliis linguis denominatio ista perit.

וְקָרָא חַוָּה Eva, quasi Vivida, vel Vivificatrix dicitur, quod posteritati humanae, ut prima mater, Vitam dederit, juxta illud; וְקָרָא הָאָדָם שֵׁם אֶשְׁתָּו Et vocavit Adam (homo ille) nomen uxoris sua Chava, è quod fuit mater omnis Chaj, id est, Viventis, scil hominis, Gen. 3. v. 20. Etenim à חַוָּה Chahah Vivere, est אָדָם Chayah, q. Vivifica. Cabalisticam rationem vide in Zohar in Exodum col. 242. editionis Cremonensis. Græci ex defectu linguæ suæ dicunt Eva, quia aspirationem illam non habent, & sic vulgo Eva; sed pro חַי Chaj dixerunt ζωή Viventium: Chaldæus retinet חַי Chayah, sed pro חַי Chaj dicit כל בני אנשה Omnium hominum; perditâ utrobique etymologiâ Hebraicâ.

וְקָרָא KAIN, quasi Acquisitus, à קָרָא CANAH Acquirere, Acquisitum possedere: quia Scriptura dicit, אִישׁ אֶת קַיִן וְתָמֵר קַנִּין אִשְׁתַּחַד אֶת קַיִן Et peperit Cain

Kain *sive* Kainum, *dixit*; Kaniti *Acquisivi virum*, &c. Genef. 4. 1. Græci, Καῖνος, quia καίνων, &c. Chaldæus; קָנִיתִי Kain, quia dixit קָנִיתִי Kenéti, &c. Ubi eadem est etymologia, quia eadem voces Hebræis & Chaldæis magna ex parte sunt communes, sed diversimodè flexæ.

SCHETH vel SETH, quasi *Positivus*, vel *Repositius*, quod mater Eva, sublato è vivis Habele secundogenito (cujus etymologiam Scriptura tacet, quod ob vitæ brevitatem quasi nullus habitus fuerit) gratulabunda sibi ipsa diceret; Benè se rem habere, quod alia soboles in locum Habelis, à fratre crudeliter interfecti, *Reposita* esset, juxta illud, וְתַלְלֵ בֶן וְתַקְרֵא אֶת שְׁמוֹ שֵׁת כִּי שֵׁת לְאֱלֹהִים וְעַזְרָת הַבָּل כִּי חַרְטָקְעַן Et peperit (Eva) filium, *vocavitq; nomen ejus Scheth*: nam (dicebat) Schath *reposuit mihi Deus semen aliud pro Habele*, quem occidit Cain, Genes. 4. ¶. 25. Græci; Σέθ, λεγούσα ιχανηστε. Chaldæus **S**cheth: nam dixit שֵׁת Schavi *Posuit*; perditâ, in utraque lingua, denominatione.

PELEG, vel ut vulgò, P HALEG, quasi *Divisio*, à verbo פְּלִגָּה **P**L A G *Dividere*, quia sub eo *Divisio terræ*, & Linguarum confusio accidit, cuius nomen ipsum debebat esse symbolum perpetuum, juxta illud; פְּלִגָּה **P**ELEG, quia in diebus ejus Niphlegah *divisa fuit terra*, Genes. 10. 25. Græci; φαλέξ, ὡς σφερεγίδης *divisa est*. Chaldæus; פְּלִגָּה Peleg; quia אֲתַפְּלִגָּה Itpeligath *divisa est*: ubi rursus eadem notatio, sed diversa flexione, propter Verbum utrisque commune; Hebræis tamen primum & proprium, Chaldæis mutuatitium.

NO A C H quasi *Consolator*: Dixit enim Lemech nato hoc filio; *Hic Jenachamenu Consolabitur nos ab opere nostro*, & à dolore manuum nostrarum, Genes. 5. 29. Ergo נֹחַ Noach à Verbo נֹחָם Nacham, juxta mentem Scripturæ, abjectâ literâ Mem. In istiusmodi enim Nominum propriorum formatione non semper accurata etymologicæ Grammaticæ ratio observatur. Unde R. D. Kimchi Josuæ 5. ¶. 9. ad vocem גָּלוּת' scribit: דרך לשון הקדש בשמות הילוקחים מן הפועל להוספ' בו או לגרע טמן כמו ב' מה ניחמנו טמאל מ' כ' מה' שאלתי וג' ולפ' סור האותיות כמו ישב' מ' ע' hoc est, *Consuetudo Lingua Sancta est in Nominibus deductus à Verbo*, ut eis quandoq; addat, vel detrahat literam unam; ut Noach (Consolator, à verbo Nacham Consolatus est; per detractionem literæ Mem): Schemuel à verbo Schaal (Petuit, per additionem literæ Mem): quandoq; eriam litera transponuntur, ut עָזָב' Jaabétz à verbo Azabh (non Abhatz; per transpositionem literarum sc.).

Huc pertinet etiam nomen אִשָּׁה Ischah *Mulier*; quomodo dicta fuit Eva ab Adamo, אִזְׁבָּת לְחָקָה וְאִזְׁבָּת C' מְאִישׁ quia ex Isch Viro sumpta est, Genes

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

Genes. 2. 23. planè ut homo primus dictus *Adam*, quia sumptus erat ex *Adamah*, h. e. Terrâ. Istâ denominatione & παρανομίᾳ Græci carent: non enim dicunt, Άνηρ, Άνησσα, vel Γυνὴ Vir, Γυνία Mulier, vel Αὔρατος Αὐθεωρία. Imò ne Chaldæi quidem, utut Hebræorum linguæ maximè vicini, hanc derivationem in hac voce habent. Nam dicunt נָבוֹתָה Gafrah *Vir*; sed non dicunt גַּפְרֵתָה Gafretah *Mulier*: sed usurpant pro eo אִתְּתָה vel אִתְּתָא Ittah, vel Ittetah. Sic dicunt אִתְּתָה אִתְּתָא Itta, Ittetah *Mulier*; sed non dicunt אִתְּתָה אִתְּתָה Itb *Vir*. Latinis *Vir* usitatum vocabulum est, sed *Vira* insolens, et si à *Viris* doctis ex Festo Pompejo observatus locus, in quo dicitur; Sed Fæminas, quas nunc dicimus, antiqui *Viras* appellabant, unde adhuc permanent Virgines vel *Viraginiæ*. Sed *Virgo* παρόντις alia vox est à *Viri* voce. *Virago*, et si ex *Viri* vocabulo compositum sit, tamen aliud est, quam Hebreum אִשָּׁה Ischa. Nam *Virago* est Arhæreæ *Virum agens*, *Mulier virili animo prædicta*, unde illud Ovidii:

— Bello metuenda *Virago*.

Hæc Exempla sufficient ad declarationem hujus argumenti.

40. Quia verò dubitare quis posset, Annon fortassis Nomina ista sint mutata, & ex alia lingua sic in Hebræam translata? in quo non minimum hujus argumenti pondus & momentum consistit; respondent Hebræi, id minimè esse credibile vel probabile, èd quòd non soleant rerum gestarum Scriptores, & Interpretes, Nomina propria immutare, sed invariata prorsus relinquere, ut personæ illæ, de quibus agitur & tractatur, ipsissimis suis nominibus ab omnibus cognoscantur: Et licet alia in suam linguam transferant, hæc tamen nomina intacta relinquere, aut certè sic tantummodo ad linguæ commoditatem inflexa, ut suam originem primam minimè negent.

41. Sed majoris illustrationis causâ & in gratiam Hebraismi studiosorum, audiamus authores Hebræos ipsos, & illorum de hoc argumento verba & judicia.

Celebris & passim in Hebræorum scriptis laudata est authoritas Glossæ antiquissimæ ex libro בְּרֵאשִׁית רַבָּה Bereschith rabbah, Sect. 18. ad hæc Adami primi verba; לֹא תְּאַשֵּׁה כִּי מֵאִישׁ לֹקֶחֶת אתה Hac vocabitur Ischa *Mulier*, quia ex Isch Viro sumpta est hec, Genes. 2. 23. Ad hæc verba sic illic scriptum legitur: רְבִ' פִינְחָס ו' חֲלִקִיה בְשָׁבָט פִינְחָס שְׁנַתְנָה תּוֹרָה בְלֶשׁן הַקְדָשָׁה: ר' סִמְעָן אָמַר כֵּם שְׁנַתְנָה תּוֹרָה בְלֶשׁן הַקְדָשָׁה כֵּן נִבְרָא הָעוֹלָם בְלֶשׁן הַקְדָשָׁה: שְׁמַעְתָּן מִמִּנִּי אָמַר גַּנְגִיא אַנְתָרָופִי אַגְנָטוֹרָפִי נִבְרָא נִבְרָתָא אֶלְאָא אִישׁ וְאִשָּׁה: שְׁהַלְתָמָן Hinc (habetur) quod data sit Lex in lingua sancta. Rabbi Pineas, & Rabbi Chilkijah, nomine R. Simonis dixit; Sicuti data est Lex

est Lex in lingua Sancta, sic etiam creatus est mundus in lingua Sancta. Audivisline à diebus tuis unquam dicentem aliquem (in lingua sc. Graeca) Gine Ginea; Antrópi Antropia? aut (in lingua Chaldaica) Gafra Gafreta? sed (audis in lingua Hebræa) Isch Ischah. Quare? quia vocabulum hoc, cadit in vocabulum illud. Nempe, quia linguae Hebraicæ proprium est, tanquam linguae primitivæ & perfectioris, vocum etymologiam ex eadem voce reddere, quod in aliis linguis eadem commoditate vel paritate fieri nequit. Idem argumentum repetitur in eodem libro sect. 31. ad illa, ubi Deus edixit Mosi, ut faceret נחַשׁ Serpentem; & subjicitur, Mosen fecisse נָחָשׁ chasch nechosheth serpentem æneum, Numer. 21. v. 8. 9. vel ad indicandam notationem vocis נָחָשׁ Nechocheth, ab Ærugine & virulentis sordibus sic dictæ, quas æs exsudat, ut serpens venenum ejicit: vel per paronomasiam duntaxat.

Hinc petita est R. Salomonis glossa ad locum citatum ex Genes. cap. 2. quæ habet; מכאן שברא העולם בלבו של הלשון: vocabulum incident in vocabulum: unde habetur, quod mundus creatus est in lingua Sancta.

ונם אמר אומר מנין: שיזהו הלשון העברי: נשב ונאמר כמו שלמדונו רבותינו שכיוון שמצינו שהארם הניד שם לאשה גנור נאיש כמו שכנו שם סמן ב' נס כו לאות יקרא אשה כי מאיש לוקחה זאת ולא נמצא לשון אשר בו יתכו זה ווילת הלשון העברי לכן נאמין כי זהה hoc est, Si quis autem dicat, Unde habemus, quod ista Lingua prima sit Hebraica? Ei respondebimus, sicuti nos Rabbini nostri docuerunt; Cum inveniamus Adamum imposuisse nomen Mulieri, derivatum à nomine Viri, sicuti scriptum est Genes. cap. 2. nullam autem aliam reperiamus linguam, in qua hoc conveniat, præter linguam Hebraicam, idcirco credimus, hanc eam ipsam esse linguam, in qua Creator communicavit cum Adamo.

Huc pertinet quod Aben Esra scribit Genes. II. v. 1. ad hæc verba, לשון אחת והקרוב אליו שיחד לשון הקדש ושם אדם וזהו קין וגס אחד Labii unius; לשון Id est, Sermonis unius. Is autem mihi videtur fuisse Lingua Sancta, cuius nomina propria, Adam, Chava, Kajn, Seth & Peleg, aliaq[ue] testes sunt. Quomodo testes? etymologiæ sc. istorum nominum, sicut declaratum est. In eundem sensum scribit in libro Sapha berurah (Labium electum) circa principium; מלה קדש השפה ברורה היא הראשונה; וכל לדעת מהתורה כי לשון הקדש הוא הראשונה; ומוסד שטעם שנקרה אדם מגורת אדמה ולא כבשлон כדים וקדר וכולם צרו כי אדם רק חזה ישתו בה בשלש לשונות: והנה שת ינכח וכו': Ex Lege ipsa possumus scire, quod Lingua Sancta sit lingua prima. Fundamentum enim est in eo, quod ratio derivationis nominis Adami est ab Adamah, quod negatur in lingua Chaldaea, neq[ue] Cedarena (id est, Arabicâ) locum habet: sed omnes do-

cent t. intum, quod Adam fuerit nomen ejus (Cæterum subintellige notationem propriam non reddunt). Chayah autem seu nominis Evæ ratio aequalis dari potest in omnibus illis tribus linguis. Sed nomen Scheth idem iterum arguit, &c.

Eodem argumento utitur Jehuda Hallévi in libro Cosri part. 2. §. 68. הָא הַלְשׁוֹן אֲשֶׁר דָּבַר בָּה " יִתְבָּרֵךְ עָם וְחוֹהָה וּבָרוּ שְׁנִיהם כִּאֲשֶׁר יָרוֹה עַל זֶה
הַגּוֹן אֲדָמָה וְאַשָּׁה מַאֲשׁ וְחוֹהָה מַחְיָה וְקַיִן מִקְנִית' וְשַׁתְּ מִשְׁתָּ וְנוֹחַ מִנְחָמוֹן :
Hec est lingua, in qua loquitus est Deus Benedictus cum Adamo & Eva: in eætiam loquuti sunt ambo illi, quemadmodum de eo testatur derivatio vocis Adam ab Adamah, Ischa ab Isch, Chava à Chaj, Kain à Kanithi, Scheth à Schat, Noach à Jenachamenu, &c.

R. Asarias in Meor enajim cap. 57. primò ad probationem hujus rei adducit superiöra verba ex Bereschith rabbâ; postea subjungit: אָמַנָּם לְכָל הַפְנִים: מלבד זאת הבהירنا י'ש לנו עוד חזקה ומקובלות והיא ראותנו כי במשך הזמן והספרות תמיד נאמר אדם חוה קין שית פלג ועם שנעתקו הספרות לכל לשנות הגוים עניינו רואות כי השמות הנוכרים עצם לא נשתון אבל הבאו אצל העמים כולם בלשון הקדרש ממש אדם קין נח ודוכותען: והלא זו הוראה עצומה וודאות נאמנה מכל הגוים: id est, Verum omnino est nobis, preter hanc probationem, confirmatio alia, & quidem certa; nempe quod videamus, tracta temporis & historiarum, semper dici Adam, Chava, Kain, Seth, Peleg, &c. Et quamvis historia ista translata sint in omnes gentium linguas, tamen oculi nostri vident, nomina ista non mutata esse, sed adduci ab omnibus populis in lingua Sanctæ ipsissimæ, Adam, Kain, Noah, & similia. Hac certè est valida demonstratio & testimonium fidissimum ab omnibus gentibus, principium impositionis illorum nominum esse in lingua Sanctæ.

Sed fusè & accurate præ aliis exequuti sunt hoc argumentum R. Jehuda Muscatus, & Isaac Abarbenel, Hispani, quos & ipsos audire lubet.

R. Jehuda Muscatus, ad modò allegatum locum in libro Cosri part. 2. §. 68. fol. 116. col. 3. posteaquam verba Rabbinorum ex Bereschith rabba adduxisset, & aliqua adhuc interjecisset, sic scribit: זָהָלָם שְׁמָעַ נָא אֵיךְ תָּכֹל: להשלים נח הראה ש קידימת לשוננו ולהרבות צבאייה להיפס דעת כל מפקף עליה כי אמן העקר טחכל תלוי בו והוא שאין דרך מעתיקי ספר הקדמוניות לשנות טעם השמות העצמיים הנקובים בספריהם רק הם שומרים תמונהם בהעתיקתם ויקראו בשםיהם על אדמות לא יוציאו ולא יטירו אותם כלל ועיקר: למען ידעו המאורעותperfecte vim probationis iſius de antiquitate Lingua nostra, & multiplicare exercitūs ejus, omnibusq; satisfacere, qui eam suggillare aut vilipendere conantur. Fundamentum enim à quo omnia dependent est hoc; quod illi, qui libros & historias antiquarum transferunt, non solent immutare Nomina propria, qua in Historiis vel rebus

rebus gestis illorum occurunt; sed servant illorum formas in translatione sua, vocantq; ea nominibus suis, sine ulla prorsus mutatione; ut illi, quorum res gestae enarrantur, propriis suis nominibus cognoscantur. Et post interposita nonnulla item sic pergit; וְנַחֲזֹר לְעַנִּין רָאשׁוֹן וְנוֹאמֵר כִּי הַנָּה כִּל מַעֲשָׂה תּוֹקֶף הָרְאִיה נִשְׁעָן עַל כננה כי בראותנו שמות העצמים אשר לא יעברו זו בתוכם להעבר אורותם בהעתקה והנה הם בכתב' לשון הקדש מת'יחסים ומכוונים עם ספר גנותם בלשון נופל על לשון אין זה כי אם אותן אללים ברורה וקימת בינו ובין בני ישראל אותן היא לעולם כי זאת התורה בקולות עבריות נתנה והיא היתה אם כל ח' מראש הבריאה וכו' hoc est. Sed, ut ad propositum prius revertamur, dicimus, totum robur hujus probationis in hoc niti & consistere; quod, cum videamus, Nomina propria, super quæ non transivit peregrinus, transferendo formam illorum in translatione sua; atq; illa in Scripturis Lingua Sancta convenientiam & affinitatem habeant cum Sapphoro excisionis sua (ad imitationem Thren. 4.7. h. e. cum suo primitivo, unde decisa & derivata sunt) per modum vocabuli cadentis in vocabulum (h. e. per modum paronomasiae vel denominationis), hoc sanè signum Divinum evidentissimum est & firmissimum inter ipsum & filios Israëlis, signum, inquam, hoc est in perpetuum, quod ista Lex sit data vocibus Hebreis, & quod illa (Lingua Hebreæ) sit mater omnis viventis (matrix omnium linguarum) inde à principio Creationis. Patet hoc non solum בְּשָׁמָת הַעַצְמָמָה in nominibus propriis, ut; Adam ab Adamah; Kain à Kaniti, & aliis; sed & in nominibus aliis; ut Ischa ab Isch. Atq; hec & similia sunt supplenda in dicto illo Rabbinorum in Bereschith rabbah, quod adduximus. Non enim intentio ipsorum fuit loqui de illa unica voce (אִשָּׁה Ischa ab אִשָּׁה Isch): sed more suo abbreviarunt sermonem, & concisè loquuti sunt, reliquaq; Lectoris judicio & intellectui commiserunt supplenda, &c. Hactenus ille.

Isaac Abarbenel in Comment. suo in Genesim fol. 28. col. 3. & 4. scribit post quædam præmissa, in hunc sensum: Mibi videtur, quod argumentum hoc (à Nominum priorum Notatione) sit מופת הכרה וטחוֹב Demonstratio necessaria, ad probandum, quod Lingua Hebreæ, qua est in manibus nostris, sit illa ipsa Lingua, qua locuti sunt הָרְאִים רָאשׁוֹן primi parentes, propter Nomina particularia, propria & singularia, quæ sunt derivata à Verbis & Nominibus universalibus. Nomina enim Propria prima, quæ sunt Nomina particularia Virorum, non transferuntur ex una lingua in aliam, verum in illa formâ, quâ ea vocarunt in impositione prima, in illa ipsa forma accipiunt & relinquunt ea cetera lingue, quæ res gestas ipsorum transcribunt, sine ulla mutatione; sicuti videre est ex nominibus Caesarum & Philosophorum antiquorum. Quemadmodum enim vocati sunt in terra sua, & in gentibus suis: sic vocantur in omnibus linguis, in quas translata sunt acta & artes vel scientie ipsorum, veluti in lingua Latina, Aegyptiaca,

*Arabica, Romana. Quin & in lingua nostra Sancta vocantur nomine suo sine mutatione. Sic Nomina Patriarcharum, & Tribuum, quæ derivata sunt à Verbis in lingua nostra, quùm libri nostri in linguas aliarum gentium fuerunt translati, & Verba quoq; illa fuerunt translata; non tamen translata fuerunt Nomina particula-
laria, sed eodem modo semper fuerunt vocata, Isaac, Jacob, Ruben, Simeon, &c. sicut nos ita appellamus. Atq; hoc est commune & solenne in omnibus linguis, ut quivis metaphrastes & interpres libri alicujus transferat historias, verba & nomina universalia, sed non Nomina hominum particularia, adeò ut propter hoc non repe-
riatur cognatio & similitudo in linguis translatis, inter Nomen viri particulare, & inter Vocem à qua illud est derivatum. Onkelos Paraphrastes Chaldaeus illud Exod.
2. v. 10. וְקִרְאָ אֶת שְׁמֵנוּ מִשְׁתַּחַתְּךָ וְאֹמֵר בָּי מִן הַמִּם מִשְׁתַּחַתְּךָ Et vocavit nomen ejus Moscheb, & dixit, Quia ex aquis Meschiti extraxi eum; translulit; Et vocavit nomen ejus Mosche: & dixit, quia ex aquis Schechaltéh extraxi eum. Vides eum non translusse, sed intactum reliquisse nomen Mosche: sed trans-
lulit vocem Meschitihu (sc. per Schechaltéh): unde nulla est cognatio aut af-
finitas inter vocem Mósche & Schechalté. Sed quid opus est afferre probationes
à Metaphrastis & Interpretibus? Lex ipsa nobis testimonium fidele perhibet, dum
res peregrinas narrans & describens, meminit Nominum virorum particularium ex
gentibus peregrinis eo planè modo, sicut in linguis illarum fuerunt, ut Jethro, Re-
huel, Bileam, Balak, Sichon, Og, Pharao, Potiphar Osnatphanech, Po-
tiferah, & alia similia multa: quia Nomina virorum particularia non solent ullo
modo transferri. Cujus equidem rei causa est manifesta: quia existentia Viri ali-
cujus particularis in sua gente est propria, non vero in gente aliâ. Et dum semper
Nomine suo proprio vocatur, quod primò ipsi fuit impositum, omnes illud audientes,
cujuscunq; lingua fuerint, statim sciunt & agnoscent, quisnam sit ille, de quo sermo
habetur. Adde quod, si nomina illa transferrent, non attribuerent verbum dicenti
illud (authori suo) manifestè. Propterea, si in Lingua primâ, in qua Mundus
fuit creatus, Peleg E. gr. fuisse vocatus Cheleph, & derivationis ratio fuisse;
quod in diebus ejus Nechlephah divisa fuisse terra, & quispiam diceret, hac
in linguam Hebraam esse translata; ecce, quamvis translata esset vox Nechle-
phah, substituendo sc. pro ea Niphlegah, tanquam nempe nomen universale; non
tamen conveniens fuisse, ut transferretur quoq; nomen Cheleph particularare, per
nomen Peleg. Nam Nomina virorum particularium non solent neq; debent trans-
ferri; ac propterea remansisset, si ita res haberet, nomen Chéleph in ea lingua, in
quam ea fuere translata, & sic nominis deriyatio paronyma non constitisset. Quan-
doquidem ergo videmus in Lingua Hebræa, Nomina virorum particularia esse deri-
vata à primitivis per conjugationem sive τυπωμιαν, veluti Adam ab Adamah,
Seheth à Sehath, & sic consequenter, sequitur hinc necessariò, Linguam istam
nostram*

nostram Hebraicam esse Linguam primam, quâ loquuti fuere Adam & posteritas ejus, quâ item Lex data fuit. Et quod ratio haec sit necessaria, non autem probabilis vel verosimilis, ut Aben Efra videtur statuisse, ideo Rabbini nostri argumentati sunt à voce וְאֵשׁ Ischah (Vira) ab Isch derivatâ. Nomen enim וְאֵשׁ Ischah, (Vira) juxta impositionem suam primam, est Nomen Substantivum particulare proprium Eva, derivatum à nomine וְאֵשׁ Isch (Vir), ad designandam nobis matrem hominum, & viventium, aut aliud quid. Sensus ergo Scriptura est, Hac fœmina conveniens est, ut vocetur Ischah (Vira); non autem fœmina alius viventis. Huic enim fœmina contigit res ista magna, quod ex Isch (Viro) desumpta sit, ac propterea etiam decet, ut illa vocetur Ischa (Vira); particularis sc. & peculiaris vel propria: quia fuit pars ex Viro particulari designato (sc. Adamo), & membrum ex membris ejus, veluti Costa vel Brachium aliquod: Propterea etiam convenit, ut communicet cum ipso in nomine particulari ejus. Postea equidem omnis fœmina humana nomine hoc וְאֵשׁ Ischa (Vira) vocata fuit; sed non per modum illum etymologia (ab Isch Viro) uti impositio illius prima fuit, sed in memoriam Eve, matris omnium viventium. Et quia illa mater fuit generis vel sexus, ideo omnes mulieres nomine ipsius vocantur, licet illi non contigerit, quod ipsi contigit. Idem factum de nomine אָדָם Adam, quod impositum primò fuit Homini primo; quia ipse solus factus fuit ex Adamah terra: Reliqui vero homines originem ab ipso ducentes Adam vocantur, juxta nomen Adami, primi ipsorum patris, & Patris totius generis humani, quamvis ipsi non sint facti de terra rubra sicut ipse. Idem factum de nominibus Israel & Jehudah. Sic itaq; seres habet quoq; cum nomine וְאֵשׁ Ischah (qua etiam Chavah vocata fuit): quia fuit fœmina particularis, pars ex viro particulari, ut omnes fœmina post ipsam venientes nomine ejus appellantur. Quod reliquias species animantium attinet, quorum fœmellarum nomen quoq; derivatur à nomine masculi, ut זָרָה Parah (Yacca) & זָרָה Par (Bos); id ideo fit, quia nomina illorum non sunt particularia illius animalibus indigitatis, sed specifica universalia, communia mari & fœmina, eò quod communient in substantia specifica. Ideo observabis, quod in omnibus linguis regulatis sit nomen quodpiam specificum Hominis, complectens masculum & fœminam indifferenter: & prater hoc Nomina particularia, mari humano seorsim, & fœmina seorsim, inter se differencia. Sic vides, in lingua Graeca speciem Hominis in genere, nomine Αἰθρίον vocari: & prater hoc in specie masculum Αἰθρίον, (vel Αἴθρος) & fœminam Γαῖην. Ita in Lingua Arabica vocant speciem Hominis generali أَنْسَانٌ Ansan, quod comprehendit marem & fœminam: particulariter autem Marem vocant رَاجَل Ragal, & fœminam مَرَأَة Mara, aut نِسْكَنָة Inta. Sic in Lingua Latina hominem specificum vocant Homo: & in specie masculum, Virum; fœminam, Mulier, aut Fœmina. In lingua Aramaea Hominem in genere vocant וְאֵשׁ Enasch: Vi-

DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

rum in specie גְּרָרָא Gafra; fœminam, נִתְּתָה Ittetah, aut נָקְרָא Nukra. Sic in universum in omnibus Linguis invenitur nomen generale, commune mari & fœmine, quod est in gradu Speciei; & nomina propria, Maris seorsim, ac Fœmelle seorsim, que sunt in gradu Differentia. Pariter in Lingua nostra Sancta vocant Speciem humanam nomine generali, complectente masculum & fœminam, Adam, juxta illud; Et vocavit nomen illorum אָדָם Adam, in die quo creati fuerunt, Genes. 5. 2. Sic in Animantibus vocatur פָּר Par, Parah, (q. d. Taurus Taura, vel, Juvencus Juvencia) סֹסֶת Sus Susjah, (Equus, Equa) כְּבֵשׂ Kéfes, Kiffah (q. d. Agnus, Agna), quia bac sunt nomina specierum, in quibus communicant mas & fœmella, quia non habent nomina particularia, sicut homines. Ideo distinguuntur tantum mas & fœmella mutatione aliquali, in litera videlicet unicâ nominis illius specifici. Præter hoc autem sunt in specie humana Nomina particularia unicuique viro vel individuo juxta particularitatem suam, in quibus non communicat mas cum fœmina; præterquam in Lingua Hebraea. Adam enim & Eva vocantur Isch & Ischah; quia facta fuit Vira illa ex costa Viri: Propterea enim derivatur nomen ejus à nomine ipsius (Viri) quemadmodum corpus ejus derivatum fuit ex corpore ipsius. Hac si intellexeris, perspicias Sapientiam Rabbi Phineas, & R. Simonis, dicentium; Audivisti in diebus tuis unquam dicentem aliquem, Ginea Ginea, Anthroopi Anthroopia; aut Gafra Gafreta? quod sc. non adduxerint exempla à nominibus universalibus speciei humanae, in linguis illis (Græca sc. & Aramaea); sed à nominibus peculiaribus virorum & mulierum; quod sc. in nullo loco reperiatur Nomen viri, proprium ei secundum masculinitatem suam, & secundum particularitatem suam, simile esse Nomiini mulieris proprio ac peculiari ipsi, nisi in Lingua Sancta. Nam præter Nomen generale maru & fœmina, quod est nomen אָדָם Adam, habet adhuc fœmina aliud nomen, derivatum à nomine maru, אַשְׁתָּו Ischa videlicet, ab וְאַנְחָה Isch, qualis fuit Eva ab Adamo primo. Id autem non est factum modo ordinario, & consuetudine naturali, sed propter id quod in Operc Creationis contigit, quia Eva creata fuit ex costa Adami, ac si fuisse membrum aliquod membrorum ejus, & pars corporis ipsius. Ideoq; etiam vocata fuit nomine derivato à particularitate ejus, sicut dicitur; Hac vice os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: Hæc vocabitur Vira, Genes. 2. 23. Et hac de causa docuerunt ac concluserunt hinc, Mundum creatum fuisse in lingua Sancta, &c. Ex his itaq; patet, Linguam nostram sanctam fuisse Linguam primam, quâloquuti sunt homines. Haec tenus Abarbenel.

41. Sed ex Christianis plurimi, pietate & eruditione insignes gravesq; viri, hujus argumenti pondus ac momentum agnoverunt & laudarunt.

Johannes Mercerus in Comment. suis in Genes. 2. 19. scribit: Etymologia Nominum Hebreorum, quibus Moses utitur, que alius aliarum linguarum non possint

possint accommodari, satis hujus lingua vetustatem ostendunt, & eam primam esse. Nam et si Homo quoq; ab Humo, ut Adam ab Adama (Terra) sit dictus, tamen non in ceteris ita constanter invenias nominum & etymologiarum rationem; ut וְ Ich & וְ Ichah, item חָבָה Chayah, quod esset mater omnium חָבָה Chaj viventium, in qua quæso id lingua locum habet? Sic in ceteris, quæ sequuntur nominibus, quæ origine non possunt esse nisi Hebraica. Ac animantium & rerum nomina, quæ ad naturam earum proximè in hac lingua accedunt inter omnes linguas, satis hoc idem arguunt. Quod si non omnium rationes intelligimus, id ex lingua inscitia, quæ etiam Judæi hodiè nimiùm laborant, factum esse credendum est. Sanè significantissima indidit & maximè apposita rerum natura nomina primus Homo, qui tum perfectam habebat Dei imaginem in Paradiſo, & summâ erat præditus intelligentiâ & rerum cognitione. Aliarum deinceps linguarum inventores ed, quæm proximè potuerunt, accesserunt, nec dubitarim, eos ad lingua Hebraicæ, quatenus fieri potuit, voces & proprietates respxisse, et si non id usquequaq; sint assecuti. Et ad versum 23. ejusdem capituli, ad illa; *Hæc vocabitur Ischah, quia ex Isch sumpta est*; scribit; *Hinc Hebrai Lingua sua vetustatem probant, cum in nulla alia lingua, ne Chaldaica quidem vicina, à Viro vel Marito, Mulieris vel Uxorius nomen efformetur.* Et Genes. ii. v. i. in eundem sensum ait: Non est hic querendum, *Quænam fuerit prima illa lingua, qua ante divisionem linguarum homines sint usi communiter.* Pro certo, & persuaso, & indubitate habeo, primigeniam illam lingua Hebraicam fuisse; licet quidam huic iniquiores mutata fuisse dicant Propria Nomina à Mose, & transfusa in linguam suam, cui favebat. Quasi verò paſsim Historici non soleant nomina propria, etiam barbara, illibata retinere; licet aliquando mutent, ubi successu temporis, Regionum aut Locorum, nomina sunt mutata. Sed Vixorum ferè invariata retinent nomina, tantum ad lingua sua flexionem & rationem accommodata nonnihil, detorta, aut corrupta, sed ita tamen, ut origo facilè agnoscatur. Adde, Etyma omnium Nominum propriorum ante diluvium & post, usq; ad divisionem linguarum, non posse ulli alii lingua tribui, sicut nec aliorum post illud tempus, quibus Moses utitur, quæm Hebraicæ, ut Adam ab Adama, חָבָה Chayah, quod mater omnium viventium fuerit, Cain, Habel, Seth, Mahaleel, Kenan, Noë, &c. quorum omnium & ceterorum fons non nisi Hebraicus esse potest. Quod si dixeru, potuisse Mosen Nomina primorum illorum patrum ex lingua prima transfundere in suam, qu' quæso id in omnibus potuisse, ita ubiq; certam & constantem etymologiam Nominum, ut in lingua illa primigenia, invenire, quum in paucis linguis, ut Adam ab Adama; Homo ab Humo, sic in aliis, idem inveniatur: Chaldaicum גַּפְרָא Gafra id non admittit; nec Ἀντης, aut Ἀνθρωπος apud Gracos, aut in alia lingua.

Franciscus Junius in Orat, de Lingua Hebræa: Deinde verò quid de Notatione

40 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

tatione priscorum nominum dicturi sumus? quam & libri Sacri tam dilucidè ostendunt, ut totam antiquitatem sermonis Linguae Hebreæ tribuant, &c.

Benedictus Pererius in Comment. in Genesin, libro 5. Fuisse, inquit, primam omnium linguarum Hebream, quā nempe usus sit, Adam, ceteriq; mortales, usq; ad divisionem linguarum, eo patet argumento, quod illa etymologia Nominum, quas à primavis illi hominibus traditas esse, narrat liber Genesios, non alia in lingua ulla, nisi in Hebreæ sola locum habent. Et libro 6. Ex interpretatione, inquit, Kain, satis liquet, linguam, quā primi homines usi sunt, fuisse Hebream, ut in qua sola omnium linguarum, hujusmodi vocabulorum interpretationes locum habent.

Cornelius Bertramus in Præf. Gramm. suæ: *Quis vel mediocriter literis Hebreis tinctus, cum audit ex Genes. 3. 20. Adamum appellasse uxorem suam חawah, quod videlicet ipsa mater fuerit omnium viventium, statim non deprehendat, Adamum Hebraicè loquutum fuisse, nomenq; uxori suæ ex Verbo חayah, quod Vivere significat, indidisse?*

Santes Pagninus: *Quando ergo dicitur; quod omnis terra erat labii unius; intelligendum id est de Lingua Sancta, quæ modò Hebreæ dicitur, & à priscis Judaica, ut Jesa. 36. 11. & Nehem. 13. 24. Cui adstipulantur nomina, Adam, Chayah, Cain, Seth, & id genus, quæ à nominibus aut verbis ducuntur Hebraicis, ut habes Genes. 3. & 4.*

Qui plures desiderat, consulat Commentatores Biblicos alios ad Genes. cap. 2. & præsertim Genes. cap. II. v. 1. *Et hæc de Argumento tertio.*

42. Quartò probatur Linguae Hebreæ primæva antiquitas à Reliquiis, sive vocibus quibusdam, quæ post confusionem linguarum in omnibus aliis linguis remanserunt, quæ vel puræ Hebraicæ sunt, vel originem Hebraicam non obscurè demonstrant. Et quod quisque populus Hebreis & ipsorum terræ fuit, vicinior, tanto quoque plures voces ex Lingua Hebreæ retinuit. Sic Syri vel Chaldaei plerasque voces cum Hebreis communes habent, flexione tantum variatas. Sic Arabica cum Chaldaica plurima participat. Remotiores ab Hebreis populi, remotiorem ab illis lingam conceperunt. Hebreæ tamen omnium Mater, in omnibus suis quosdam Partus reliquit, qui matrem suam referunt, ut linguarum peritis notum est, & publicis quoque scriptis demonstratum. Ita Johannes Avenarius in suo Lexico Hebraico, voces Græcas, Latinas, & Germanicas, cum Hebreis convenientes, diligenter annotavit. Sic Stephanus Guichardus, qui scripsit librum Gallicum, cui titulus, *Harmonia Etymologica linguarum*, in quo ultra duodecim linguas cum Hebreæ confert, & earum originem ac significationem ex Hebreæ lingua pulcherrimè explicat. Et novissimè Mathias Martinus in suo Lexico Etymologico Latino,

tino, passim idem quoque ostendit. Quin & Hebræos quosdam in hac materia occupatos fuisse invenio. Notat enim R. Asarias in libro Meor enajim, quendam R. David Provincialem, superiori sæculo in Synagoga Mantuana celebrem, in libro suo יור הפלגה Dor haplaga, id est, *Seculum Divisionis* (linguarum sc.) ultra mille voces explicasse, quæ ex Hebræa Lingua in Græcam, Latinam, Italicam, & alias complures dispersæ sunt. Prolixum esset exempla adducere: videantur authores nominati, & argumenti claritas lucebit ut Sol in meridie. Cùm ergo talia originem suam in Lingua Hebræa habeant, sequitur, eam reliquis omnibus priorem fuisse.

43. Argumentum hoc adfert quoque R. Asarias, sèpius jam citato libro & loco, his verbis: זהנה מן הדברים האלה יצא לנו תוכחת רבה לבד מן זה לשון הקודש קדמוני ואב לכל יתר הלשונות id est, Et ecce ex rebus dictis (de dispersione vocum Hebraicarum in alias linguas) egreditur nobis argumentum amplissimum, præter rationes præcedentes, quod hec Lingua Sancta prima fuerit, & Parens omnium reliquarum linguarum, cùm vestigia in singulis reliquis agnoscantur & supersint. Similiter concludit R. David Kimchi in Præfat. sua in librum Radicum, cuius verba sunt: לא אנטזיא לו חבר במקוא אביהו ממחשנה או מגזרה שלשון יוני או הנרי: כי כולם מלמדים על לשון עבר' כי היא הקדמון והשלם אך נתמעט אצלנו id est, Cui vocabulo non reperero socium in Scriptura, adducam illud ex Mischna & Gemara, (illustrabo illud ex usu Rabbinico & Talmudico) ut & ex lingua Græca aut Hagarena, id est, Arabica. Nam omnes istæ lingue docent de Lingua Hebraica, quod ea sit primæva & perfectissima. Diminuta autem est apud nos propter longitudinem exilii nostri, &c. In eundem sensum scribit Augustinus Steuchus Eubuginus, Genef. cap. 37. Est autem lingua Hebraica, ut ceteris linguis prior ac vetustior, ita omnibus admista, ac quasi interspersa. Ex ejus enim vocabulis in omni lingua reperies, quod & ab Hieronymo sèpius est observatum. Nam & linguam Chaldaicam, Arabicam, Syram, Punicam, & Aethiopicam fileo, quarum tantæ est cum Hebreæ similitudo, ut eadem penè esse videantur.

44. Atque hæc sunt præcipuè argumenta, quæ ab Hebræis pro Lingue Hebrææ primævitatem in medium adferuntur, quibus alii alia quoq; addunt. Verum nolumus hic omnia coacervare, & numero, sed pondere potius argumentorum agere. His enim ritè expensis, quilibet intelligere poterit, non sine causa, sed suo jure, primatum linguarum Hebrææ tribui.

45. Quemadmodum autem Lingua Hebræa Prima Mundi lingua meritissimè statuitur: ita Unicam quoque ab initio crea-

tionis fuisse, *Unicam* quoque in familia Adami & posteris ejus, per mille septingentos & amplius annos, mansisse, *Unicā* hac linguā, unoque hoc sermone omnes usos fuisse, usque ad horrendam scilicet illam & Hominum dispersionem, & Sermonis humani confusionem, non minus recte vereque statuitur. Sic enim iterum & Sacrarum literarum nos edocet authoritas, & Rationis rectæ gravitas.

46. *Sacra enim SCRIPTURA* disertè testatur Genes. II. §. 1. וְאֵת כָל הָרָץ שָׁפַח אֶחָת וּדְבָרִים אֲחָדִים Et fuit universa terra labii unius, & verborum eorundem: Et mox §. 6. וַיֹאמֶר יְהוָה חִזְקֵעַ שָׁפַח אֶחָת נָלַמְךָ Et dixit Dominus: en populus unus, & labium unum est omnibus illis. Quæ verba licet quidam ad Unitatem voluntatis & consilii duntaxat referre voluerint, præstantissimi tamen quique tūm Christiani tūm Hebrei interpres de Unitate Linguæ & Sermonis, quo ad illud usque tempus usi fuerint, semper exposuerunt.

47. D. Chrysostomus Homil. 30. in Gen. ad verba illa; *Et erat omnis terra labii unius*, sic scribit: *Non de terra loquens, sed de hominum genere, ut nos doceat, Unam linguam omni hominum fuisse naturæ*. Divus Augustinus in libro de Genesi lib. 9. cap. 12. *Unam sanè linguam primitus fuisse dicimus, antequam superbia turris illius, post diluvium fabricata, in diversos signorum sonos humanam divideret societatem*. Et lib. I. de mirabilibus S. S. cap. 9. Veruntamen cum ad illud usq; tempus esset unius lingua cunctus populus, universorum, qui ad tale opus venerant, linguas in diversa verba divisit. Et de Civit. Dei cap. II. *Quamobrem sicut lingua una cum esset omnium, non ideo filii pestilentia defuerunt; nam & ante diluvium una erat lingua, & tamen omnes, prater unam Noa justi domum, deleri diluvio meruerunt: ita quando merito elationis impietatis, gentes linguarum diversitate punita atq; divisa sunt, & civitas impiorum Confusionis nomen accepit, hoc est, appellata fuit Babylon, non defuit domus Heber, ubi ea, qua antea fuit omnium lingua, remaneret*. Sic reliqui Interpretes, veteres & recentiores. Quò & Sybillinum illud oraculum tendit: *Cum omnes mortales unâ linguâ uterentur, quidam ex hi altissimam turrim edificarunt, cælum per eam cupientes scandere. Diu verò turbines mittentes, evertire turrim, & propriam ac diversam unicuique tribuere linguam*.

In eundem sensum interpretantur hunc locum Hebræorum Interpretes faniores, quorum nonnullos videre est sup. nec necesse est plures hic convectare.

48. RATIO quoque recta eandem primi Mundi Linguæ unitatem evincit; eaque gemina,

49. Pri-

49. Prima desumitur à *Familia Unitate*; quod totum genus huma-
num ab Uno solo Patre familiā sit ortum. In creaturis enim non potest
hieri progressus in infinitum ab anteriori; et quod omnia in humanis &
mundanis his aliunde, non à se ortum habeant. Hic autem Unus Mundi
Pater familiā unam Linguam, quam à Deo Creatore sibi inditam hab-
bat, suis liberis una cum lacte materno imbibendam & cognoscendam
præbuit, & sic deinceps singulis suis posteris, quamdiu prima hæc Mundi
familia concordem Oeconomiam habuit, & convictu, societate, confuc-
tudine, conversatione, commercioque mutuo gaudebat. Liberi enim
non aliunde, quam à Majoribus suis, primum Linguæ usum accipiunt.
Ut una tunc censebatur Familia, ab una Stirpe orta: sic quoque Una lin-
guà parique sermonis conformitate contenta fuit. Hoc voluit Rabbi Mo-
ses ben Majemon in *More Nevochim* part. 3. cap. 50. ubi ait: *שְׁמַתָּחֵלָה הִזְבָּחָנָה בְּמָקוֹם אֶחָד וּשְׁפָחָה אֶחָת הַהֲלֹם כִּן רָאוּ לְהַזְרֵת בְּנֵי אִישׁ*
*Ab initio fue-
runt in loco uno: Et labium unum erat omnibus illis; Sic enim decebat, cum omnes
essent filii Viri unius.*

50. Altera ratio petitur ab unius familie in plures & diversas, diversasq;
terras, *Dispersione*, quæ Pluralitatem & diversitatem Linguarum secum
comportavit. Nam Sensui patet, & Experientia testatur, in toto terrarum
orbe esse Varietatem Linguarum permaximam, quas Majores suis quo-
tidiè infundunt posteris, qui eas, ceu domesticas & vernaculas, naturali
quodam instinctu avidius appetunt, & facilius apprehendunt. Unde se-
quitur, Primam istam mundi familiam, ab uno Adamo ortam, & usque
ad Noach & Diluvium, subsecutamque paulò post hominum Dispersionem,
in Unitate conservatam, ut unum & eundem sermonem habuit: sic
illam Sermonis Unitatem, quam Adam primus divinitis acceperat, di-
vinitus quoque per familiarum Dispersionem fuisse sublatam, & in Plu-
ralitatem Linguarum divisam. Nam Una erat, & postea factæ sunt Plu-
res: unde illa unitas, in quâ posteri Adam ante diluvium, & posteri Noæ
post diluvium, omnes conveniebant, postmodum, perpetuâ sceleris hu-
mani pœnâ sic merente, turbata sit necesse est.

51. Vanum ergo est commentum eorum, qui asserunt, Ante Confusio-
nem linguarum, cujus Sacrae literæ meminerunt, plures Linguas jam in
usu fuisse, prout legitur apud Philastrium in Catalogo Hæresium cap. 106.
his verbis: *Credendum firmiter, etiam ante edificationem Babel multis saeculis,
magnam fuisse inter homines linguarum & sermonum diversitatem, quarum ta-
men omnium linguarum scientiam, omnes homines Dei munere, usq; ad constru-
ctionem turris, & linguarum confusionem, tenuerunt. Quod autem Moses dixit,*

Terram fuisse labit unius; ideo dictum est, quia et si varia erant linguarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant, eratq; omnibus Lingua una, & idem sermo, non quidem eorundem vocabulorum usu, sed eadem hominum loquentium & audentium intelligentiâ. Sententia hæc etiam inter Hebreos jam olim fuit apud quosdam, unde in loco sup. thes. 30. ex Talmud Hierosolymitano producto, dicit R. Elieser, quod structores turris Babylonicae locuti fuerint **בשׁבעים לשׁון** septuaginta linguis. Ex recentioribus nacta est approbatorem authorem libri Chaskuni, qui ad Genes. II. v. 6. ad hæc verba, Et nunc non prohibebitur ab illis; ita scribit: **וְעַתָּה שָׁכֹלֶם יְווּם שְׁבֻעִים לְשׁוֹן אֵם עֲמֹד** Et nunc, quia omnes norunt septuaginta linguas, si substiterint in loco uno, si non prohibeantur, facient omnem voluntatem suam: Et mox ad hæc verba; Age, descendamus, & confundamus illic labium ipsorum, ut non audiant vel intelligent unus, labium vel linguam alterius, mentem suam ita explicat: **שְׁכַל אֶחָד וְאֶחָד יְשַׁחַד כָּל הַלְשׂוֹנוֹת אֶלָּא וּמְהַ** שידע זה לא ידע זה אבל כולם ביחס ידו שבעים לשון: **וְאִין לְפָרֵשׁ שְׁבָאוֹת הַמִּן** hoc est, Faciamus ut unusquisque obliviscatur omnes linguas, exceptâ unâ, & ut quam novit hic, non norit ille; sed omnes simul sciant 70. linguas. Nequaquam autem ita exponentum hoc est, quod illo tempore 70. linguæ sint creatæ. Nihil enim novi est sub sole, Eccles. I. 9. Hæc ille.

52. Verum sententiæ hujus falsitas satis, ut opinor, per ea, quæ haecenus dicta sunt, concidit, ut peculiari refutatione non indigeat.

Quod Genes. 10. v. 5. de filiis Noachi jam dicitur; *Ab his divisæ sunt regiones gentium per terras earum, cuiq; secundum linguam suam, &c.* quis non videt, usitatam esse prolepsin, five anticipationem, in sacris literis frequentissimam. Neque enim in varias terras, & gentes, eorum familiæ dispersæ sunt, & diversas linguas, nisi post Linguarum divisionem, de qua Moses agit cap. II.

Quod etiam dubitant; quomodo fieri potuerit, ut, cum momento quasi facta sit dispersio populorum, ita subito & momento quasi etiam linguam suam unusquisque, ad tam multas & varias res necessarias exprimendas, discere potuerit? levissimum est; Dicimus cum Abrahamo Genes. 18. 14. **דָבָר מִצְפָּלָא** Num mirabilis seu impossibilis est Domino res ulla? An difficile vel impossibile censendum; Deum, qui in prima creatione linguam planè novam & creavit & homini infudit, postea vel in pluribus linguis producendis, vel in una illa lingua in plures dividendâ, vel simile quid, vel idem præstare potuisse? Sumamus nos, qui Christiani sumus, exemplum Apostolorum, qui Spiritu S. donati, momento omnium gentium Linguas sunt locuti. Propterea adhuc

HEBR. ORIG. ET ANTIQUITATE. 45

adhuc sententia superior prævalet, juxta illud tritum; **תְּנִינָהּ וְעַלְהָ נָבָר** Qui
superior est, vincit.

Unde verò Multitudo Linguarum originem suam duxerit, de eo in
seq. Dissertatione, Deo favente, agemus.

53. Coronidis loco subjiciamus aliquid, ob argumenti affi-
nitatem, de eo; *Cur Lingua Hebreæ S A N C T A vocetur?*

Passim enim & à quibusvis hīc honoris titulus ei tributus legitur: sed
causam appellationis non omnes æquè considerant vel explicant. Hebræi
veteres dicunt cum epitheto substantivo **לֶשׁוֹן הָקָדֵשׁ** Lingua Sanctitatis,
communiter: recentiores etiam aliquando cum epitheto adjectivo; &
quidem interdum genere masculino, **הָקָדֵשׁ**; interdum fœminino,
לֶשׁוֹן הָקָדֵשׁ Lingua Sancta. Vocabulum enim **תְּנִינָהּ** non tantum est fœmi-
ninum, sed & masculinum, ut Thren. 4. ¶ 4. & Jobi 27. 4. ut frustrè
dubitaverit Drusius in Observat. lib. 15. cap. 12. an etiam masculinum sit.
Varias autem illi afferunt hujus appellationis rationes, neque inter se
consentiantur.

54. Primò sunt, qui eam sic dici velint ab Authore S A N C T O , qui, uti
vidimus, est D E U S B E N E D I C T U S . Et hi dupliciter suam sententiam
exponunt. Quidam id intelligunt Simpliciter; alii secundum quid.

Prioris sententiae est Abraham de Balmis Gram. suæ cap. I. ita scribens:
לְכָנָנוּ נִקְרָא לֶשׁוֹן הָקָדֵשׁ רְאֵל קָדוֹשׁ מִמְּקוֹשָׁם
וְלֹכְנוּ לוּ יְאוֹת יְוָתֵר יְחִסָּה קָדוֹשׁ סְתִמְמָלֵל קָדוֹשׁ
LINGUA SANCTITATIS, hoc est, LINGUA SANCTI, Dei
videlicet Creatoris, separati & sanctificati super omnes Sanctos: unde etiam pre
omnibus Sanctis epitheton Sanctitatis ipsi absolute tribuitur. Sic R. Samuel Ar-
cuvolti in Argas habbōsem cap. 9. ¶ 7. רְאֵל כָּנוּ אֲתָה לֶשׁוֹן הָקָדֵשׁ חַיָּנוּ
שָׁהָא קָדֵשׁ Rabbini nostri vocarunt eam Linguam Sanctitatis, hoc est,
Linguam Dei, qui est Sanctitas Sanctitatum. Sic alii.

Contra hanc rationem Excipit Ephodeus cap. 33. **וְהִיְתָ פָעֵל הָאֱלֹהִים בְּלֹא**
הַשְׁלֹמָה כִּי כָל נִמְצָא פָעֵל וְלֹא תָוֹאֵר כָּלוּ בְקָדוֹשָׁתְךָ Quod sit Opus
Dei, acquireret ipsi Perfectionis, non Sanctitatis titulum: quia quicquid existit,
Opus ipsum est; nec tamen omnia vocantur Sancta. Idem scribit Elias in Ma-
soreth Tab. 2. Orat. i. & addit; se hanc sententiam inter cæteros Balmesii
errores referre, quos in ipsius libro deprehenderit.

Alterius sententiae est R. Asarias in Meor Enajim c. 57. Ille quidem etiam à
Deo hoc nomen ipsi vult attribui, sed non simpliciter, verū secundum quid,
et to respectu; nempe respectu In corruptibilitate ejus; quod sicut Deus in eter-
num maneat sic hec quoq; Lingua sit in eternum mansura. Verba ejus sunt:

אָנָי לְחִזּוֹשׁ יַקֵּר הַנִּי מָסֶעֶן עַל דְּבָרֵי הַחֲכָמִים הַגּוֹנְרִים טָעַם בְּהַתִּיחָם תּוֹאָר קְדוֹשׁ
אֶל לְשׁוֹנוֹנוֹ הַוָּא כִּי לְהִזּוֹת בְּרִיאָה אֱלֹהִית בְּאָדָם הַרוֹאשׁוֹן מִעַט יְמִי בְּרָאָתִת כְּפִי מָה
שַׂוְכָּנוּ וְלֹא מִוסָּס מִבְּגִ' אָדָם כִּיּוֹתְר הַלְשׁוֹנוֹת עַם שַׁנְלָה לְהָם בְּסַמְךָם עַזְרָה הַנָּהָם
כָּלָם נְכוֹנִים אֶל הַהְפָּסָד כָּלְמַעַשִּׁי אָנוֹשׁ כְּמוֹ שְׁכַתְבָּנוּ בְּפַרְקָה זוּה מִטְעָם הַזּוֹהָר סָוףּ
פְּרָשָׁת נָחָן וְהַאֲלָא לְבָדוּ עַמְדוֹ עַם יְתִיר הַגְּבָרָות אֲשֶׁר עַלְיוֹם וַיָּאָרֶב אֶלְחָסָם אֶת
כָּל אֲשֶׁר עָשָׂה וְהַנָּהָם טֻוב מַאֲד וּבְכָן יָצַק בְּנוֹ מִאֶד תּוֹאָר קְדוֹשׁ הַמֹּרֶה קִים גַּזְחִים בְּאִמּוֹת
אֶל פְּקָד הַסְּנָהָרוֹן עַל הַכְּתוּב קְדוֹשׁ לְעַלְם קִים אָקָדִיקִים לְעוֹלָם :
hoc est, *Placet autem hic novi aliquid addere verbis Rabbinorum nostrorum commemorationis; Rationem videlicet elegantem, Quare nomen קְדוֹשׁ Sanctitatis linguae nostra attribuatur, hanc nempe; Cum illa sit creatura Dei in Adamo primo, inde à tempore dierum Creationis, ut diximus, neg. ex consensu humano profecta, ut cetera lingua (quamvis & illius auxilium Divinum sit conjunctum; attamen corruptioni subjecta sunt, ut omnia Opera humana, quemadmodum in hoc capite scripsimus ex libro Zohar, sectione Noach) & sola sit permanura cum ceteris creaturis, de quibus dictum est; Et vedit Deus quicquid fecerat, & erat valde bonum, Genes. i. 31, idcirco competit ei quoq; valde Nomen Sanctitatis vel Sancti, idem nempe significans, quod Permanens & Aeternum, sicut Rabbini nostri dicunt in Talm. Sanhed. cap. i. de eo quod scriptum est, Sanctus dicetur ei; Quid est Sanctus? in perpetuum permanet: sic etiam justi in eternum manent.*
Ergo R. Asariæ Lingua Sancta idem est quod Lingua incorruptibilis, æterna.

55. Secundū, volunt nonnulli Linguam Hebræam Sanctam vocari respectu Materia. Sed & hi diversimodè id explicant.

i. R. Moses ben Majemon in More Nevochim part. 3. c. 8. vult illam sic vocari à Verecundia, Puritate, & Castitate, quod nulla in hac lingua sint propria vocabula, quibus generationis membra vel actus, & alia similia minus honesta & verecunda, designantur, quemadmodum homines quoque propter hanc Virtutem Sancti vocantur, ut ibidem docet. Verba ejus וְלֹא נִסְכָּנָה בְּקַרְיאָת לְשׁוֹנוֹנוֹ הוּא לְשׁוֹן הַקְדוֹשׁ וְלֹא תָחַשׁ שַׁחַד הַפְּלָנֶגֶת מִפְנֵי אוֹ טָעוֹת אֶבֶל הַוָּא אֶמְתָּה מִפְנֵי שָׂוָה וְלֹא שׁוֹן הַוָּה נָוֶה שֶׁם כָּלְלָה חַמְשָׁל לֹא מִן הַאֲנָשִׁים וְלֹא מִן הַנְּשָׁאָר וְלֹא לְגַעַת הַמְעָשָׁה הַמְבָא לְהַולָּה וְלֹא לְזָעַם וְכַיְדָה :

Lingua nostra vocetur Lingua Sancta: non enim existimandum, aliquam hic subesse hyperbolēn, aut fallaciām, (i. e. nos eam sic vocare ex superbia, vel errore aut dolo) verū ipissima est veritas. Nam in Lingua ista Sancta nullum extat vocabulum proprium membrorum generandi, neg. viri, neg. mulieris, neg. etiam actus, &c. Horum inquam nullum reperitur proprium ac primum in Lingua nostra vocabulum, sed exprimitur vocabulis tropicis, ac metaphoricis; idq; hanc ob causam, quod talia non nominare, ac proinde nec nominibus propriis insignire, sed retinere

reticere potius expediat & conveniat, &c. Qui volet, videat locum integrum.

Contra hanc rationem Excipit Rabbi Moses bar Nachman in Coment.
suo in Legem sect. ; Illam non esse sufficientem ; primò, Negando
Hebream linguam dictis vocabulis dishonestis carere, quod probat verbo
שְׁגָל, quod proprium dicit esse vocabulum Actus venerei, & חַוִּים, quod
etiam partis obscaenae proprium dicit esse vocabulum : secundò dicit ; licet
res ita se haberet, & Majemonidi, quod sumit, concederetur ac daretur,
non conveniret, ut hanc ob causam vocaretur Sancta, sed נָקִיָּה קָדוֹשָׁה Pura, Casta, Verecunda. In eundem sensum scribit Elias in libro Masoreth
Tab. 2. Orat. 1. Ephodeus addit, ex ratione Majemonidis consequi,
שֵׁיחָה אמר מושנן רשות הדרש מרכיב הרכבת התאר והמתאר על שהמכונן בזה כ' הילשון
אמרנו לשון הקדש מרכיב הרכבת הסטוק והנסמך אליו ויהיה ממן
בעצמו קדוש ואין העניין בכך : אבל הוא מרכיב הרכבת הסטוק והנסמך אליו ויהיה ממן
לשונו הקדש כאמורנו תרומת הקדש ועבורת הקודש שם מרכיבי הרכבת הסטוק
לשונו הקדש Lingua Sanctitatis, esse constructionem compositam ex Nomine substantivo & adjectivo ; et quod intendatur, Lingua
in se & per se esse Sanctam : At qui non ita esse : sed esse constructionem duorum Sub-
stantivorum se mutuo regentium, & לשונו הקדש Lingua Sanctitatis dici, sicue
עבדת הקדש Oblatio Sanctitatis, Ezech. 45. 6. & Ministerium
Sanctitatis, Exod. 36. 1. que sunt constructa, quorum unum regit alterum.

2. Itaque aliam adfert Nachmanides appellationis hujus rationem ;
quod videlicet res Sanctae à D E O, quà Voce, quà Scripturâ, illâ sint expo-
site : וכן הטעם אצלי' במה שרובינו קורין לשון התורה לשון הקדש שהא מפני :
שדברי התורה והנבאות וכל וברוי קדושה כלום בלשון ההוא נאמרו : והנה הוא
הלשון שהקב'ה ית' טמי מדבר בו עם נבי'יו ועם ערכיו אכ' ולא היה לך ושהר
דברות התורה והנבואה ובו נקרא בשםות הקדושים אל אלהים צבאות וצד' ויה
זהם הנדרל המียวח וכו' ברא עולמו וקורא שמות שמים הארץ וכל אשר בסם ומלאכי
וכל צבאיו לכלם בשם יקרא מיכאל ובריאל בלשון ההוא וכו' קרא שמות לקדושים
: hoc est, Hinc etiam ratio est apud me, quare Rabbini nostri vocent Lingua Legis Lingua Sanctam ; nempe propterea,
quod verba Legis & Prophetarum, & omnis Sanctitatis, omnia, inquam, bac lingua
dicta sunt. Etenim bac est illa Lingua, quà Deus Sanctus Benedictus, cuius nomen
exaltetur, locutus est cum Prophetis suis, & eorum cetero ; Ego sum Deus, &c.
Non erunt tibi ; & cetera praecepta Legis & Prophetie : In ea vocatus est Deus No-
minibus suis sanctis, Deus fortis, Deus exercituum, Omnipotens, Jah, &
Nominis isto magno proprio יהוה, I. H. V. H. In ea creavit mundum suum, & vo-
cavit ea nomina Celi & Terra, & quicquid in eis est : item Angelos suos, & omnes
Exercitus suos, omnes inquam illos nominibus suis in hac lingua appellavit ; veluti
Michael, Gabriel, & similia : In ea nomina imposuit Sanctis qui in terra fuerunt,

Abra-

48 DISSERTATIO I. DE LINGUÆ

Abraham, Isaac, Salomon, & similia. Hactenus Nachmanides, quæ eadem ad verbum ferè habet Bechaj in Legem fol. 108. col. 3. Vide eundem fol. 133. col. 1. Sententiam hanc approbat Elias in Libro Massoret Hammassoreth, Tab. 2. Orat. 1.

Sed neque hæc sententia sufficiens est Ephodeo; qui sic contrà excipit: שאין דורך לאגשים להניח שם ללשון מה מחבר שיזכר בו או ספר שנכתב בו וגם לא מזאת' בכל כתוב שנקראו התורה והנבאים קושׁ עם היותם קושׁ קדשים: Non est consuetudo hominum, ut nomen imponant Lingua alicui à Libro in illa lingua composito vel conscripto: neg, etiam inveni in universa Scriptura, quod Lex & Prophetæ vocentur קדש Kodesch Sanctitas, quamvis sint Sanctitas Sanctitatum, h. e. Sanctissima.

56. Tertiò non desunt, qui à Forma interna sic dici velint hanc linguam, ob Summam ejus Perfectionem, quæ in significationum emphasi & energiâ conspicitur, quâ vocabula naturis rerum mirâ efficaciâ respondent, easque exprimunt, ut sup. visum.

כל זה ממה שיתן לו At neque hæc ratio placet Ephodeo: Dicit enim: *Cuncta hæc attribuunt quidem ipsi Dignitatem & Excellentiam supra ceteras linguas: sed non acquirunt ipsi titulum Sanctitatis, ut propterea dici debeat Lingua Sanctitatis: consensus enim ejus & convenientia cum natura entis, largitur ei duntaxat præstantiam & præcellentiam.*

57. Quarta sententia est ipsius Ephodei, qui censet, Lingua Hebræam Sanctam vocari à Subiecto, Populo sc. Sancto Israëlitico, cuius illa lingua fuit & est; & ab Adjuncto, à Terra scilicet Sancta, in qua illius linguae usus fuit: ed quod sic soleant communiter Linguae vocari à Populo, cui sunt propriæ, & à Terra, in qua sunt usitatae. Verba ejus sunt: וְלֹא־לִשׁוֹן תָּמִיד בְּכֶתֶב תִּיוֹחֵס לְעַם שִׁזְבֵּר בּוֹ אֲוֹלֶא־שִׁזְבֵּר בְּדָה: אִם־יָחֹס לְעַם אָמֹר וְלִמְדֵם סְפָר וְלִשׁוֹן כָּשִׁדים: וְאֶל־הַיּוֹדִים כְּכֻתָּם וְכְלָשׁוֹנָם: וְכָלְשׁוֹן עַם וְעַם: וְיִחְסֹן לְאָרֶץ וּבְנֵיהֶם חַצִּי מִדְבָּר אֲשֶׁדוֹת לְפִי שָׁהָוּ לִשׁוֹן אֲשֶׁדוֹת: הַהָּה מִפְנֵי זֹה אַנְיָחוֹשׁ שָׁאַמְנָם נִקְרָא הַלְּשׁוֹן הַעֲבָרִי לִשׁוֹן קָדֵשׁ לְפִי שָׁהָוּ לִשׁוֹן הַעַם הַנִּקְרָא קָדֵשׁ אֶם יִשְׂרָאֵל לֵי: וּנִקְרָא גַּם כֵּן זֹעַג קָדֵשׁ: וְהַזָּה אֲשֶׁר יִדְבֶּר בָּה בְּאֶרֶץ הַנִּקְרָא קָדֵשׁ כִּי בָּהָר קָדֵשׁ: לְהָר אֲבִי קָדֵשׁ: עָרִי קָדֵשׁ: וְלֹא־הַזָּה נִקְרָא הַלְּשׁוֹן הַהָּה לִשׁוֹן קָדֵשׁ: וְהַזָּה מָאוֹר מִרְכָּבָה מִהְסָמָךְ וּמִנְסָמָךְ אֶלְיוֹן כְּמוֹ שְׁהַתְּבָאָר: וְנִכְנַן הַזָּה לִקְרָאוֹ לִשׁוֹן יִשְׂרָאֵל אוֹ לִשׁוֹן אָרֶץ יִשְׂרָאֵל: וְלֹפֶט שְׁמַלְתָּה קָדֵשׁ כְּולַת שְׁנַיִם נִסְרָאָה: Quod Populo attribuatur, patet ex eo quod dicitur, Et ad docendum

dum eos, libros & linguam Chaldaeorum, Dan. 1. *Item*: Et ad Judæos secundum Scripturam ipsorum, & secundum linguam ipsorum, Esth. 8. 9. *Item*; Et secundum linguam cuiusq; populi, Nehem. 13. 27. Terra attribuitur, quando dicitur; Et filiorum ipsorum dimidia pars loquebatur Asdodice, Nehem. 13. 24. Lingua scilicet (terra) Asdod. Propterea existimari ego, Linguam Hebream appellari Linguam Sanctitatis; quia est Lingua illius populi, qui vocatur Sanctitas; ut; וְשָׁמֶן Sanctitas est Israel Domino, Jer. 2. 3. *Item*, Semen Sanctitatis, Jesa. 6. 13. Terra etiam, in qua lingua hanc loquunti sunt, vocatur Sanctitas: ut; In monte Sanctitatis meæ, Ezech. 20. 40. *Item*, In monte inclito Sanctitatis, Dan. 11. 45. *Item*, Urbes sanctitatis tuæ, Jesa. 64. 8. 9. Et hac de causa vocatur Lingua hæc Leschon hakkodesch, Lingua Sanctitatis, phrasí composita ex duobus substantiis qua inter se construuntur, sicut explicatum est. Rectum quidem esset, ut vocaretur Lingua Israëlis, aut Lingua terræ Israëlis; quia verò Vocabulum Sanctitatis utrumq; sub se complectitur, vocatur absolute Leschon hakkodesch Lingua Sanctitatis. Hæc ille. Hanc ob causam etiam in Targum Jonathanis & Hierosolymitano sæpiùs vocatur לִשְׁנָה קֹדֶשׁ Lingua domus sanctitatis, vel, sanctuarii. Vide Genes. 31. 47. & 32. 2. & 35. 18. & 45. 12. & 42. 22. & Deut. 25. 7. 8.

58. Atque hæ sunt Hebræorum de hac quæstione sententiae. Et sanè nemo ex Christianis, quod sciam, Scriptoribus sanis & cordatis haec tenus repertus est, qui hunc Honoris titulum Linguæ Hebrææ negaverit, vel inviderit. Causam reddunt, uti & Hebræi, alii hanc, alii illam; alii plures conjungunt: prout revera illi, qui primò huic lingua Epitheton hoc attribuerunt, non unam, sed plures simul respexisse videntur.

59. An temporibus antiquis & Prophetarum jam ita appellata fuerit, dubitari potest? Antiquitus enim dicta fuit לְשׁוֹן עֲבָרִים Lingua Hebreæ, cuius appellationis rationem aliás investigabimus: Item תְּהִימָּתְן Lingua Judaica, ut videtur ex Jes. 36. 11. Nehem. 13. 24. Anfortè tempore Captivitatis Babilonicæ demum hic titulus ei tribui cœpit, quando Judæi primùm linguam suam mutarunt, ut suo quoque loco videbimus, & aliam, Babyloniam sc. loqui didicerunt; ita ut epitheton hoc אַלְגְּרֵאַלְעָרָס quasi fuerit, quo Lingua hæc, in qua Legem Sanctam originaliter habuerunt, legerunt, preces conceperunt, sacra peregerunt, &c. distincta fuerit à lingua כְּוֹל communi, familiari & profanâ, quæ fuit Aramæa. Sic enim כְּוֹל & קְרֻבָּה Commune & Sanctum in variis rebus opponuntur. Ita habuerunt כתְּבָה כְּוֹל Scripturam communem, ad familiarem & quotidianum usum, quæ fuit Samaritana, & כתְּבָה קְדֻשָּׁה Scripturam Sanctam, ut ample videre est in Dissertatione nostra de Literis Hebræorum. Sic כְּוֹל מִן Dies communis, oppo-

50 DISSERT. I. DE LING. HEB. ORIG. ET ANTIQ.

nitur Diei Sabbathi, qui est Dies sacer, sacris destinatus. Sic fuit שְׁמַרְתָּן נֶצֶח
Siclus Sanctitatis, & לִינְדָּה Siclus communis, &c.

60. Quocunque modo res se habeat, optimo titulo hic ipsi Titulus tribuitur: idque non unam ob causam, sed plures. *Sancta* meritò dicitur hæc Lingua, quia immediatè authorem habet Deum, qui ipsa est שְׁמַרְתָּן Sanditas, qui etiam eā primò usus est in primo hominum alloquio, uti visum: *Sancta* meritò dicitur, quia *Lex Dei sancta*, *Oracula Dei sancta*, *Scripta Prophetarum sancta*, &c. hac lingua sunt conscripta; imò quia illa hodie nullibi amplius pura, quam in *Libris Sacris* existit: *Sancta* meritò dicitur, quia niveo pudore ubique verecunda, profana *sanctè*, turpia castè & verecundè profert, & vocabulis obscenis, quæ à pudoris lege abeunt, vel destituta est, vel non utitur. *Sancta* est ob summam perfectionem, quam à perfectissimo authore consecuta est, prout etiam alia ob causam *Sancta*, vel *Divina* appellare solemus. *Sancta* etiam vocari potest, propter *Populum olim sanctum*, cuius hæc lingua erat peculium, propter *Terram Sanctam*, in qua exercebatur, propter *Urbem Sanctam* & *Templum Sanctum*, ubi Sacra eā linguā peragebantur. Isaacus Casaubonus Exercit. 9. ad Annales Baronii: *Jam si linguarum inter se comparatio sit instituenda, ut qua sit omnium praestantissima dignoscatur, pessimam inveniendi veri viam inivit Baronius.* Ut enim equi aut mancipii vera laus in eo est posita, ut ad illa ministeria sint aptissimi, quibus fuerint destinati: sic illa præ ceteris magnificè lingua debet, quæ ad exprimenda sensa animi est convenientissima. Is namq; est usus linguarum, cuius tantum gratiâ à sapientibus & discuntur & usurpantur. Antiquitas præterea causa alia est, cur lingua aliqua praestare alii meritò credatur; presertim si matrix altera fuerit alterius, altera tradux & ab illa orta. Tertiam causam statuere licet, Dignitatem eorum, qui linguā utantur, vel fuerint usi: & quartam, si qua lingua usu patet latius, quam altera. Si prima ratio spectetur, lingua Græca sine dubio omnes antecellit: Si secunda, Hebraica omnium procul dubio nobilissima; Græca item nobilior Latinā: si tertiam, nulla est linguarum omnium, qua ad dignitatem Hebraicae accedit: quam Deus initio rerum formavit: quam Divina Majestas sepè usurpavit: qua oracula coelestia continent: qua Nomen Dei illud admirabile, quod priora secula sacro silentio semper sunt venerata, sola novit.

DISSER-



DISSERTATIO SECUNDA,

De

LINGUÆ HEBRÆÆ CONFUSIONE: ET PLURIUM LINGUARUM ORIGINE.

THESES I.

 U'M superiore Dissertatione non solum Primæ in mundo Linguæ Originem indagaverimus, sed etiam Argumentis & Authoritatibus sufficienter, ut opinor, ostenderimus, Linguam Hebræam Primam in Orbe Linguam, eamque Unicam, fuisse, & talem per aliquot sæcula permanisse, nunc verò tanta linguarum varietas existat, ut eæ vix numerari possint, nullaque ferè, ipsâ matre Hebræâ, rarior & ignotior existat, consideratione porrò dignissima videtur res, tum Linguarum Confusionis & Multitudinis Originem atque Historiam, tum etiam Linguæ Hebrææ in hac Confusione, & post illam, Conservationem & Propagationem, Sacrâ Scripturâ ducente & prælucente, investigare & considerare.

2. Mira etenim profecto res, cùm omnes in Spiritu, Mente, Animâ, & Corporis figura penè conveniamus, omnes ab Unius, unâ loquentis linguâ, origine dependeamus, & educati singuli sub majorum familiâ continuè simus, quî factum, quòd in illo Uno, quo maximè secundum Rationis usum pollemus, id est, in Locutione, rationi proximâ, ceu ejus nuntiâ, tanta nunc sit varietas, ut illius Unius olim Linguæ, in reliquis linguis, vix paucissima remanserint vestigia. Ubivis gentium convenient Balatus ovium, Mugitus boum, Ruditus asinorum, & cæterorum animantium voces usitatae, mutuos illis suos affectus significantes, & solus Homo ubi vis loquens nullibi loquitur, & qui erat animantium, propter loquutio- nis beneficium, excellentissimum, nunc apud ipsos homines, inque suo genere, hoc respectu animalium videtur esse unum deterrium. Dum enim extra nativam loci alicujus & Hominum linguam, ejusque affinitatem loquitur, est apud ipsissimos homines conditione brutis inferior. Ma-

gis namque voces cicurum animantium novimus, quām hominis à lingua nostra alieni. Hinc est, quod D. Augustinus scribit de Civitate Dei lib. 19. cap. 17. *Linguarum diversitas hominem alienat ab homine.* Nam si duo sibimet invicem fiant obviam, neg, praterire, sed simul esse aliquā ratione cogantur, quorum neuter novit linguam alterius, facilis sibi animalia muta, etiam diversi generis, quām illi, cū sint homines, ambo sociantur. Quando enim, que sentiunt, inter se communicare non possunt, propter solam linguarum diversitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo nature; ita ut libertius homo sit cum cane suo, quām cum homine alieno. Et hinc Plinius quoque dixit alicubi: *Tanta est linguarum varietas, ut externus alieno non sit hominis vice.*

3. Historiam hujus rei tradit nobis Divinus Moses in suo Originum Sacrarum libro Capite decimo & undecimo. Nolumus autem nunc Analyticā Methodo verba illa accuratē resolvere, & minuatum enucleare & eviscerare (hoc enim à multis aliis summa cum laude & utilitate jam est factitatum): sed quædam duntaxat, ad nostrum propositum facientia, inde excerpere, & acriore curâ, pro ingenii nostro modulo, quod præsenti & propitio fiat Numine! prosequi.

4. Ut verò & Lectoris oculis atque animo dicendorum summam subjiciamus, & nobis quoque certos cancellos, intra quos nos contineamus, circumscribamus, ad Tria principalia Capita tota nostra præsens revocabitur Dissertatio. Considerabimus enim,

I. *ORIGINEM Confusionis seu Multitudinis Linguarum.*

II. *Linguarum, in quas confusio seu divisio ista facta, NUMERUM.*

III. *Eiusdem Confusionis TEMPUS.*

I.

De Origine Confusionis, seu Multitudinis Linguarum.

5. Quemadmodum de primæ, & nunc temporis Unicæ, in Orbe Linguae Origine, varias vidimus esse sententias: ita de Multitudine quoque Linguarum non idem omnes sentiunt. Alia enim hic est iterum *Philosophorum*, alia *Theologorum* sententia.

6. *PHILO-*

6. PHILOSOPHI, & alii nonnulli, Historiæ & rerum sacrarum imperiti, *Natura* hanc varietatem adscripsere. Sed hinc varia sequuntur absurdæ; ut, quod Hominum genus non ab Uno, sed à Pluribus incepit; imò secundum pluralitatem Linguarum plures hominum simul creatæ sint species (Nam Linguae, si naturales sunt, unà cum Natura rerum cœperunt, & vice versa): aut quod Linguae pro varietate regionum & climatum variare debeant, &c. Sic impugnat hanc sententiam R. Levi ben Gerfon, in libro "Bellorum Domini", lib. 6. cap. 25. his verbis:

שהלשנות יראה מענים שהם הוכמים לא טבאים והוא שם היו טבעים כאלה-

לסום והנעריה לחומר היה מתחיב אחד משני דברים אם שיח' המין האנושי נחלק למינים לפי התחלק הלשונות מתחפ'ים או מzd'ת החלק האקלים'ם: ואולם שיח' המין האנושי נחלק למינים לפי התחלק הלשונות הוא שקר מז' שבר' מתחיב מוה שלא ישוב איש מלשון אחד מדבר בלשון אחר והוא נודע הלשון הוא אשר היה לו בטבע אחר שיח' סגלה נמצאת בmeno והוא שקר לפי מה שהתבהר מן החוש והוא שארנו נראה אנשים מלשון אחד שתקשו בין אנשי לשון אחר וישוב וועם להוית מדבר בלשון הוא וידע מהם לשון מולדיהם: ואולם שיח' הלשונות לפי האקלים'ם הוא שקר גם כן לפי שבר' מתחיב מוה שידבו בטבע בלשון הוא המיויחס לאקלים אחד כל הבאים שם מהאנש'ם: ועוד שלפי האקלים אמנים שיתחוב מהירות התנועה ואיזוזה בלשון לפי התchap' טבע אקלים אקלים לא רושם השמות והפועלים באלו האותיות הרמות אליהם: ובஹוט העניין בין הוא מבואר שהלשונות אינם טבאים hoc est, De Linguis etiam apparet, quod illæ sint ex Instituto, non Naturales. Quod si enim essent Naturales, ut Hinnitus Equo, & Ruditus Asino, sequeretur alterutrum ex his duobus: aut quod genus humanum divisum sit in species pro diversitate linguarum variarum, aut quod Linguae varient pro varietate climatum sive regionum. Quod autem genus humanum divisum sit in species secundum varietatem linguarum, id manifeste falsum est. Hinc etenim sequeretur, non posse fieri, ut Vir sive Homo unius Linguae loquatur linguâ aliâ, quin privetur illâ linguâ, qua in ipso fuit à Naturâ; cum illa (ex hac sententia) sit proprium ipsius speciei. Atqui hoc est falsum, ut ex ipso sensu & experientia perspicitur. Videmus enim nonnullos, qui sunt Lingue unius, immersos inter homines lingua alius vel alterius, quorum semen tandem loquitur linguâ illâ, & privatur linguâ progenitoris sui. Quod Linguae variant secundum climata sive regiones, id itidem falsum est. Hinc enim sequeretur, omnes naturâ loqui linguâ illâ, qua alicui climati attribuitur, quoquot illuc homines veniunt. Deinde etiam sequeretur hinc, Velocitatem & Tarditatem motionis seu pronunciationis in Lingua, consequi ex natura cuiusq; climatis, non verò ex Notatione Nominum & Verborum cum his vel illis literis, quibus scribuntur. Cum verò appareat, rem hoc modo se habere, iterum liquet, quod Linguae non sint Naturales.

7. H. THEOLOGI, authoritatem Mosis secuti, ad DEUM OPT. MAX.

54 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

Multitudinis Linguarum Originem referunt, Illumque ejus Authorem faciunt. Sic enim ille hac de re scribit Genes. ii, v. 6. 7. 8. 9. *Dixit יְהוָה
D O M I N U S, En populus unus, &c. Age, descendamus & confundamus labium eorum, &c. Dispersit itaq; D O M I N U S, &c. Propterea vocavit nomen ejus Babel, quod illic confudisset labium universa terra.* Quibus verbis disertè Deo hujus rei Causa adscribitur. Et in hoc quidem consentiunt & conveniunt plerique. Attamen in Modo efficiendi, & Forma hujus Confusionis describendā, variant sententiis. Itaque, ad pleniorē & planiorē hujus rei investigationem, duæ consideratione non indignæ expediendæ veniunt quæstiones: I. *Quâ ratione hæc Linguarum Multitudo & varietas sit effecta & producta?* II. *Quid Deum ad hanc Confusionem inducendam permoverit, occasionemq; ei præbuerit?*

8. Primam quæstionem quod attinet; *Quâ ratione à Deo hæc Linguarum varietas & multitudo seu confusio sit producta?* de ea duæ præcipuæ sunt sententiæ. Quidam enim hoc opus inter Deum, tanquam Causam primam, & Creaturas, ceu Causas secundas, partiuntur, ita ut Ille tantum primus Motor, hæ Promotores, Ille Causa principalis, hæ Adjuvantes & Instrumentales fuerint: *Alii* Deo in solidum hoc attribuunt, quod solus virtute suâ Divinâ & planè miraculosè momento id effecerit.

9. Qui Deo socios seu causas Medias intervenientes adjungunt, item duū sunt generum: *Quidam* Angelorum operam & ministerium; *Alii* Hominum placitum & Arbitrium, vel industriam ei adjungunt.

10. *Prioris* Sententia de Angelis, in hoc opere exequendo cum Deo concurrentibus, sunt non solum Hebræi, sed & nonnulli Christianorum.

11. *Hebraeorum* sententia patet ex Jonathane Paraphraste Chaldaeo, qui versum septimum & octavum cap. ii. Genes. sic transfert; אמר י' לשביעין מלאכיא דקימן קומו איתון כdon ונחית גוערבה חמן ליישנזהן דלא ישמעון איןש לישן חבריה ואתגלו מירא דיהוה עלי קורתא ועמייה שביעין מלאכיא כל קבל שבעין עמ'א וכל חד לשין עמ'ה ורווש כתבה בזיה וכדרנון מתמן על אפי כל ארעה: i. e. *Dixit Deus 70. Angelis, stantibus coram ipso; Venite, descendamus, & confundamus illuc linguam eorum, ut non intelligant quisq; sermonem socii sui: Et apparuit Verbum Domini super urbem, & cum eo septuaginta Angelii, juxta septuaginta populos, & quisq; habebat linguam populi sui, & designationem scripturæ ejus in manu sua, ac dispersit eos inde in superficiem totius terræ, in septuaginta linguas, neq; intelligebat quisquam, quid loqueretur socius ejus, &c. Mirum, cur Drusius, hanc ipsam paraphrasin adducens, in Comment. ad Loca difficiliora Genes. cap. 32. non solum rediderit, Dixit Dominus septem Angelis suis, sed & porro inquisiverit, quare Septem*

שׁובעַיִם? Septem duntaxat Angelorum mentionem faciat? cum expresse habeatur Septuaginta? In eundem sensum legitur distinctius in libro פרק' ר' אליעזר Pirke R. Eliezer, cap. 24. אמר קרא הקב"ה לשבעים מלאכים השובבים כסא כבשו ואמר לשבעים קדוש ברוך הוא ושבעים המלאכים השובבים כסא כבשו ובלב את לשונם לשבעים נois ולשבעים לשון כל אחד ואחד נוי וכתבו ולשונו ומהנה מלאך על כל שבעים: Vocavit Deus Septuaginta Angelos, circumdantes solium gloriae ejus, & dixit eis, Venite, & confundamus linguam eorum. Et mox: ייד הקדוש ברוך הוא ושבעים המלאכים השובבים כסא כבשו ובלב את לשונם לשבעים נois ולשבעים לשון כל אחד ואחד נוי וכתבו ולשונו ומהנה מלאך על כל שבעים: Et Descendit Deus Sanctus Benedictus, & septuaginta illi Angeli, qui circumdant solium gloriae ejus, & confudit Linguam ipsorum in septuaginta gentes, & septuaginta linguas; ut totidem essent Gentes, Scriptura, & Linguae: praecepitque Angelum unicuique populo: וישראל נפל בחילו ובחלו Israel autem cecidit in portionem & sortem Dei.

12. Hanc interpretationem ex Patribus Christianis arripuit Origenes, Homiliâ super Numeros undecimâ, ita hac de re scribens: Sed & illud, quod in Genesi scriptum legimus, Deum, ad Angelos sine dubio loquentem dicere, Venite confundamus linguam eorum: quid aliud putandum est, nisi quod diversi Angeli diversas in hominibus linguas operati sunt & loquelas? ut, verbi gratia, Unus aliquis fuerit, qui Babylonicam tunc uni homini impresserit linguam, Alius, qui alii Aegyptiam, & Alius, qui Grecam, & sic diversarum gentium ipsi illi fortasse principes fuerint, qui & linguarum ac loquela videbantur authores. Manserit autem lingua per Adam primitus data, ut putamus, Hebraea, in ea parte hominum, qua non pars alicujus Angelis vel Principi facta est, sed qua Dei portio permanit.

Augustinus etiam lib. 16. de Civitate Dei cap. 6. hanc sententiam, sed dubitanter & hæsitanter, profert, alterius quoque verioris mentionem faciens. Sic scribit Bibliander in lib. De communi ratione omnium linguarum: p. 52. Conditor igitur atque rerum opifex & architectus, vel nutu simpli, vel Angelorum opera, ut Origini visum est, effecit sermonis humani varietatem.

13. Fundamentum, ut appareat, hujus suæ sententiæ ponunt in eo, quod Deus unicus, in plurali numero, veluti colloquens & consultans cum aliis, dicit, Descendamus & confundamus labium eorum: cui similis est locus Genes. cap. i. §. 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; quæ verba à Deo ad Angelos dicta volunt: vel saltem, à Sacrosancta Trinitate ad Personas ipsius ad se invicem, & ad Angelos, quibus ad sua decreta exequenda utitur.

14. Verum nec neesse, nec usque adeò tam existimamus, in hac loquendi ratione ad hanc interpretationem confugere;

I. Non neesse est; I. quia nulla hic Angelorum, sed solius קוזנץ Dei mentio, tūm in Decreti Divini, tūm in ejus Exequutionis expositione.

Non

56 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

Non dicitur ꝑ. 5. *Descendit Dominus & Sancti ejus, vel Angeli ejus cum eo, &c.* sed solum; *Descendit autem Dominus, ut videret civitatem illam, &c.* Sic ꝑ. 6. *Dixit Dominus, En populus unus, &c.* Pariter etiam ꝑ. 8. 9. in narratione exequutionis hujus Decreti, sive Judicij Divini.

2. quia constat, Locutiones has impropias esse, & per ἀνθρώπος τὰ θεῖαν Deo accommodatas, ut ex præcedentibus verbis constat, ubi *Descensio, Visio, Deliberatio*, Deo attribuuntur, quæ utique propriè hīc non adhibentur. Significatur autem his, Deum non nisi maturo consilio, optimis & gravissimis rationibus, justaque de causa, cùm in omnibus reliquis suis actionibus, tūm in judiciorum suorum exequutione progredi, similitudine desumptā à Regibus & Principibus, qui rem aliquam suscepturi vel cognituri, & dijudicaturi, ipsimet eō se conferunt, eam inspiciunt, considerant, deliberant & consultant.

3. quia satis apertè liquet, μημνεῖν esse in his verbis, quâ Spirit. S. hominum stolidorum, & insanum opus aggredi conantium, vœsaniam deridere voluit: Dixerunt illi, נָנוֹ עֵיר וּמְגֻלָּא בְשָׁמִים Age, edificemus nobis urbem, & turrim, cuius caput pertingat ad cœlum. Ex opposito inquit nunc Deus: הַבָּה נָרְדָה וּגְבָלָה שֶׁ שְׁפָתָם illi linguam eorum, &c. innuens, vanum esse aliquid contra Deum, vel sine ejus auspiciis, moliri; cùm Ipse, licet unicus, tamen πάντα sit αὐτόν.

4. quia, si in his verbis consultatio cum aliis continetur, ea nequam cum Angelis poterit dici instituta; cùm illi in prima persona Deo tanquam æquales conjungantur, & in eodem dignitatis & potentiae gradu constituantur, quod de Angelis dicere absurdum. Non enim putamus, ullum locum planum, & qui sit extra controversiam, è Scripturis adferri posse, in quo Deus hoc pacto Angelos sibi adjungat. Et quomodo hoc faciet, cùm de illis testetur, quod in illis quoq; non posuerit stabilitem, neq; lucem, Job. 4.18. de Se verò, quod Gloriam suam non det alteri, Jesa. 42.8. & 48.11.

5. quia opus hoc Linguarum confusionis non est opus Angelorum, sed opus Dei; & quidem tale, in quo nullo modo videtur ministerialis Angelorum operæ esse usus. Duo enim hīc concurrunt; primò, prioris Linguæ, quam callebant & ab incunabulis noscebant, Oblivio, quæ introducenda erat; secundò, Novarum Linguarum notitia, quæ introducenda, quæ Opera sunt planè Divina, & miraculosa, non minus ac primæ linguæ creatio. Hinc scripsit Lutherus in Comment. in Genesin cap. ii. Nec moramur cavillationes Iudaicas, qui nugantur, Deum locutum cum Angelis, &c. Non enim Angeli possunt confundere linguas: est hoc Creatoris opus, is solus, sicut

sicut unitatem linguae dedit, eam mutare & tollere potest, creatura hoc non potest. Assumere linguam hominum possunt Angelii, sicut exempla plurima Scriptura testantur; sed in homine eam nec creare, nec mutare possunt.

6. Contra Judæos in specie hoc quoque obseruetur; singulos, dicunt, Angelos singulas attulisse gentibus singulis linguas: Atqui alibi dicunt, Angelos nullam, nisi Hebræam, linguam intelligere, in Zohar, sectione נס in fine & alibi. Quomodo hæc conciliabunt? An Angelii ipsi non intellexerunt eas linguas, quas hominibus illius sæculi attulerunt?

7. Cùm simile opus in die Pentecostes olim in Apostolis operatus esset Deus, non legimus Angelorum operâ id effectum dedisse Deum, sed momento & miraculosè planè, atque adeò immediate, Spiritum Sanctum esse operatum. Hujus itaque solius opus est.

II. Sed nec usq; adeò quoq; tuta hac videtur esse expositio:

1. quia & Judæi, & Judaizantes quidam Pseudo-Christianiani, qui Sacrosanctam Trinitatem negant, quam his quoque loquendi rationibus exprimi, & à Theologis probari vident, hasce in hoc & similibus locis interpretationes avidè arripiunt, & iis in suo errore magis magisque confirmantur.

2. quia hoc quoque superstitionis Judaicæ, sub hac sententiâ, fovetur fermentum, ac si Deus singulis gentibus & nationibus, in hac Linguarum Confusione & Gentium dispersione, non solum totidem certos præfecisset Angelos, sed etiam ipsis omne in illas gentes regimen tradidisset, ut quicquid deinceps, seu boni, seu mali efficere ac confiscere constituerit, non nisi Angelorum illorum medio & interventu efficeret, nullæque Influentiæ jam amplius à Deo ipso immediate, sed à Deo in Angelos Principes & præfectos, exinde ab Angelis in Homines & hæc inferiora, omnes deriventur. Sic enim hic scribit Abarbenel: אֲךָ בְּבָלֶבֶל הַלְשׁוֹנוֹת נִתְחַכֵּר בְּדָבָרִים שְׁחוֹתָה אֶחָת לְלִבָּם : וּבְבָחוּת לְשׁוֹנוֹת מְזוּלָפוֹת לְכָל אֻמָה אֲזִיכְתָה השפה שהיתה אחת לכולם : וּבְבָחוּת לְשׁוֹנוֹת מְזוּלָפוֹת לְכָל נִתְחַכְּרוֹ שְׁרֵי מְעָלה עַם הַשָּׁם כִּי שָׁהָם י' יְשִׁילָנִים מְלָשָׁנוֹ וּמְאַחֲרוֹת הַשְׁנָתוֹ הַמְקוֹדֶשׁ וּשְׁרֵי מְעָלה יְחִזְקָיו בָּהּ לְהַנְּהָגָה אֶתְמָם וְלֹאֶתְמָם מִשְׁפָעָם וּמִזְוֹנוֹת אֲלֵיהֶם וְלֹאֶתְמָם אֲלֵיהֶם עַל אֻמָה מִיחוֹדָה בְּלֹשְׁנוֹתָה לְאֶרְצֹותָם : וּבֵיאוֹר זוֹ הַשְׁפָלָה הַזֹּאת מִשְׁפָעָם וּמִזְוֹנוֹת מְהֻעָלָם הַעֲלֵין שֶׁכָּל אֶ' מְהֻשְׁפָּלִים יְשִׁפְעָץ עַלְיוֹן אֶחָד מְהֻעָלִים אֲםִם : h. e. נִכְכֵב אוֹ שֶׁר מְשִׁירֵי מְעָלה וּכְלָם מְשִׁפְעִים מִמְּנוֹ י' רַאשְׁ�נָה כְּמַשׁ וּכְו' : Ve-
rūm in confusione linguarum concurserunt duo, 1. derelictio lingua qua una erat omnibus, 2. electio linguarum variarum juxta populos varios. Idcirco conjunxerunt se Principes Superioris cum Deo, ut Deus Benedictus abjiceret eos à Lingua sua, & ab Unitate Providentie sua sanctissima, Principesq; superioris illos susciperent, ad eos regendos, & influentias illis inde & ulterius infundendas, unusquisq; sc. illo-

58 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

rum super populum peculiarem, juxta linguas ipsorum in terris ipsorum. Mundus enim iste inferior influentias accipit, & regitur à Mundo superiore: quia super unumquodq[ue] ex his inferioribus influentiam effundit unus aliquis ex superioribus, sive Stella, sive Sydus, sive Princeps aliquis superior: omnes autem primò influentiam accipiunt à Deo, juxta illud; Ne attollas oculos tuos in cœlum, & videoas Solēm, & Lunam, & Stellas, omnem militiam cœli, &c. quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus populis sub toto cœlo, Deut. 4. v. 19. &c.
 אך אָמַן מֵאָדָם לְהַזּוֹת בְּלִם אֶלְחָס הָיָה רָאֵי לְהַנְגַּת ת' מִבְּלִי:
 אֲךָ בְּנֵי אָמַץ' כָּל וְכֵן הָיָה בְּלִי סְפָק בְּהַזּוֹת וּכ' :
 Imaginem Dei erat conditum, decebat, ut peculiariter subjectum esset gubernationi Dei sine omni prorsus medio: quod ita & tamdiu procul dubio erat, quamdiu homo quarebat finem suum Intellectualem propter quem creatus erat, &c.
 והנה ביטוי הראשונים עד דור הפלגה כל המין האנושי היז מושפעם ומושנחים ממנעו ית' בכל עניהם מבלתי אמצעי אם לטוב אם לרע ולכן היז תמיד נמצאים בהם אנשים חכמים וודעים בחכמה אלוהית האמתית כאנשים ושם ועمر ומתוישלח למך נח ווזמים והוא נמצא בהם המנוג הטבעו מבלתי בקשת המתוירות והמלאות המוחות ועם זה hoc est, Et ecce diebus priscis usq[ue] ad seculum divisionis, totum genus humanum immediate, & in omnibus, suberat Influential & Providentia Divine, tam quoad bona, quam quoad mala: unde etiam continuè inter ipsos existebant Viri Sapientes & periti vera Sapientia Divina, uti Adam, Schem, Eber, Mathusalem, Lemech, Noach, & horum similes, qui etiam simplicem & puram consuetudinem naturalem observarunt, sine cupiditate verum superfluarum, quæ de causa etiam Linguam unam retinuerunt, illam videlicet, quam Deus Adamum primum docuit. Posteaquam verò à Deo, & à consuetudine naturali, in extirpatione urbis & turris recessissent, descendit Deus, ut videret opera eorum, quia ad illud usque tempus Ipse revera & reipsa eos regebat, dixitq[ue]; Quandoquidem isti non contenti fuerunt esse Populus unus, & Lingue unius, abscondam faciem meam ab eis, & à gubernatione illorum, tradimq[ue] eos in manus Principum superiorum: Nam respectu Principum superiorum ait; Age descendamus, &c. q.d. Venite cum ad curam gerendam populorum in genere humano: quilibet nostrum providentiâ suâ regat populum peculiarem: Et quemadmodum ab ipsis auferetur Providentia mea, sic auferetur quoque ab illis Lingua divinitus sanctificata, ita ut dividantur in linguas diversas, excogitandas & instituendas ab ipsis, & attributas gubernationi principum superiorum, sicut Lingua Sancta assignata & singulariter attributa est Providentie Dei Opt. Max. &c. Et mox; Dum dicit Deus; Age descendamus, & confundamus illic labium ipsorum,
 שְׁתַּי הַקְּבָ' הַזְּעַמְּן שְׁמָה
 Consociavimus seipsum Deus Opt. Max. cum illis, quia Ipse recipit profusa parte in Providentiam & gubernationem suam Populum unum, semen se-

Abraha-

Abrahami amici sui, una cum Lingua sancta, qua & penes ipsos permanserat, כמו שבן שבט עמו ולשונו מיחודה להשפטו והנהגתו ex Angelis suscepit populum & linguam peculiarem sub Influentialiam & gubernationem suam. Vide & Pirke R. Eleasaris cap. 24.

In eundem sensum legitur in Praefatione libri Schepha-tal: והנה כי קודם דור המבול היה כל בני העולם עם אחד נני אחד לשון אחד בעניין שנאמר וכי כל הארץ שפה אחת וברים אחדים ובדור הפלגה החריז וחולק להרבה אומות כל אומה ואומה בפני עצמה לשוניהם לאוצרותיהם ולמושבותיהם בכל מקומותיהם ונתנים תחת שר' צבא השמים כוכבים ומולות כל אומה ולשון תחת שר של מעלה המזוהה לה בעניין שנאמר את השם ואת הירח ואת הכוכבים כל צבא השמים וכו' אשר חלק ה' אלהיך אותך לכל העמים תחת כל השם: הנה דורה בפירוש שהאותות משלדי נתנו נס ומסורים תחת צבא השם hoc est, Scito, quod ante sacrum Diluvium omnes homines in mundo erant populus unus, gens una, & lingua una, sicut dicitur; Et fuit rota terra labii unius, & verborum eorundem, Genes. II. v. 1. Sed in saeculo Divisionis separavit & divisit eos Deus in multos populos, unumquemque populum seorsim, secundum linguas, terras, & habitationes suas, in omnibus locis suis, subjecitque eos Principibus exercitus cælorum, Stellis & Syderibus, unumquemque scilicet populum & linguam sub Principe supererno ipso appropriato vel assignato, sicut dicitur; Solem, Lunam, Stellas, & omnem exercitum cæli, &c. quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus populis sub toto cælo, Deuter. 4. 19. Ubi manifestè docetur, quod Populi sunt traditi & subjecti militia cæli seu Principibus superioribus. Hinc & in lib. Ecclesiastici, cap. 17. v. 14. 15. legitur: In distributione nationum universæ terræ, unicuique genti Duxem præfecit: Israelem autem populum peculiarem delegit sibi.

Epiphanius contra Hæreses, Lib. 2. Tom. I. hæresi 51: Nam regna & gentes, sub Angelis posita sunt, velut attestatur mihi Moses, sanctus Dei servus, juxta consequentiam interpretans ac dicens; Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando divisit altissimus gentes, velut dispersit filios Adam, constituit terminos gentium, juxta numerum Angelorum Dei: & facta est portio Domini populus ipsius Jacob, funiculus hereditatis ipsius Israel &c.

Sed de hac sententia nunc agere, vel eam prolixè refutare, non est instituti nostri. Alium loci illius, Deut. 4. 19. esse sensum, & quidem contrarium, quivis, qui non planè obesa est naris, facile animadvertis; quod nempe illic agatur, non de Dominatu & Imperio in Homines, Exercitu cœlesti tradito; sed de illius Ministerio & Usu Hominibus, ex Dei ordinatione, concesso & præbendo, prout optimè sensum verborum illorum expressit Vetus Interpres, ita reddens; Quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus; nisi quod pro Distribuit, substituit Creavit. In eun-

60 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

dem sensum exponit ex Hebræis Chaskuni addens, *stolidum & abjectum esse eum, qui adoret id quod creatum est* תְּשִׁמְךָ לְמַנְּסֵחַ ministerium suum. Et hinc etiam argumentum est deductum, &c.

15. Ut verò ad propositum nostrum revertamur; *Quomodo ergo, dicat aliquis, Verba ista sunt intelligenda & explicanda?*

Resp. Duobus modis explicari possunt; Vel sumendo Nomen Divinum קֶדֶם הַלְלוּ אֱלֹהֵינוּ; vel קָדוֹשׁ אֱלֹהֵינוּ.

1. Si קָדוֹשׁ sumatur, dicendum, Deum hic, ex consuetudine linguae, de Seipso loqui in plurali numero דָּרְךָ מַעֲלָה וְכַבֵּד honoris & magnificentia causâ, ad imitationem Regum & Principum terrenorum. In hanc sententiam abeunt multi etiam Hebraeorum. Sic videtur ex antiquioribus intellectuisse R. Ammai in Bereschit rabbah sect. 8. Nam inter plures sententias, quæ illic adferuntur, cum quibus consultarit Deus in creatione Hominis, quando dixit, אָדָם נָعָשָׂה Faciamus hominem; ipse statuit, כִּי בְּלֹדוֹ תְּלַבֵּל quod cum corde suo consultarit, i. e. cum seipso.

2. Si קָדוֹשׁ accipiatur Nomen קֶדֶם, tunc Deus Pater, tanquam prima Deitatis persona, dicit ad cæteras duas personas, Filium & Spiritum Sanctum, Descendamus & confundamus; & sic Personis hominum, in plurali numero loquentium, ac dicentium, Exstruamus Urbem; opponuntur Personæ Divinæ, dicentes; Descendamus nos & confundamus. Nam si verba hæc sunt consultantis, ad neminem referri possunt, nisi quis sit Deo æqualis; cum in prima persona קֶדֶם Deus ille essentiâ unicus, sibi eos, cum quibus consultat, adjungat; Deo autem nemo æqualis, nisi Deus ipse. Procopius ad hunc locum: *Hec verba ad Spiritum Sanctum, nec ad Angelos referuntur. Non enim Angeli creare quicquam possunt, sed creature sunt. Creatoris est novas formare linguas. Is enim hominem sermonis facultate instruatum in orbem induxit, sicuti docet Job. Spiritus Sancti opus est, linguas mutare.* Sed nullus nunc ex professo de hoc arguento agere: hoc duntaxat dicimus, si non omnino sint מופתית הַכְּרוּזִים demonstrativa, aut מזריבות & necessaria & sufficientia hæc argumenta ad convicendos adversarios, ad SS. Trinitatem probandam; tamen apud domesticos fidei non omnino nullius debere esse momenti, & adversarios quoque eò redegisse, ut variè in illis explicandis se torserint: ut vel exemplo Judæorum patet, qui in suprà allegato loco ex Bereschith rabba, diversimodè admodum ea explicant. Referunt iidem, LXX. Græcos, cum Ptolomæo Biblia ex Hebræa lingua in Græcam vertissent, XIII. loca interpolasse, & aliter quàm in Hebræo textu erant, reddidisse. Recensentur illa in Talmud, Codice Megilla c. 1. f. 9. col. 1. & in Massechet Sopherim: in Tanchuma fol. 23. col. 2. & alibi.

Inter

Inter illa loca sunt quoque duo ista; Genes. i. v. 26. ubi **וְעַשָּׂה** Faciamus, dicuntur reddidisse **אֲעַטֵּה** Faciam hominem ad imaginem & similitudinem; quare? **שֶׁלֹּא יִשְׂמַח כִּי שְׂמַתִּיעַ** **עַם אֶחָד**? & Genes. ii. v. 7. pro **גָּדוֹה וְנָבֹלָה** Descendamus & confundamus; **אֲרֹדָה וְאַבְלָה** Descendam & confundam illic labium ipsorum. Quare? **שֶׁלֹּא רָאָה כָּלֹשׁוֹן רַבִּים**? ne videatur hic de pluribus sermo esse. Senserunt nempe, absurdum esse consultationem aliquam hinc fingere cum Creaturis: quomodo verò Deus Essentia unicus in plurali consultabundus de se possit loqui, non viderunt: quia non intellexerunt, quomodo in unica & simplicissima essentia Divina pluralitas aliqua, sine multiplicatione essentiæ Divinæ, possit statui, & differentiam inter Essentiam & Personas non assecuti sunt.

Et hæc de prima sententia;

16. II. Alteram sententiam qui tenent, de *Hominum* placito, arbitrio & consensu seu industriâ interveniente, multùm in explicanda hac re variant:

17. Primo etenim sunt, qui existimant, quod à Deo Cor ipsorum immutatum fuerit, ita ut, cùm antea essent, non tantum Linguae, sed & Animi unius, seque invicem dilexerint, nunc unus alterum cuperit odire; & ex hoc odio quisq[ue] novam Linguam condidisse & excogitasse. Hujus sententiae mentionem faciunt R. Abraham Aben Esra, & Abarbenel.

Verum primo hoc præter Scripturam statuitur, quæ de hoc odio nihil prodidit: *deinde*, ut rectè Abarbenel scribit fol. 50. col. 2. **זֶה שְׁוֹנָאִים זֶה** At וְהַזְׁדַּת הַזְׁדַּת בְּנֵיכֶם innovationem lingua inter ipsos. Si tale quid statuendum esset, vel contigisset, probabilius foret dicere, odium tale confusionem linguarum consequutum esse, quam antecessisse, ut alii nonnulli scribunt.

18. Deinde sunt, qui dicunt, Deum Opt. Max. induxisse in ipsis tantum obli-
vionem lingua prioris universalis, ut necesse habuerint singuli linguam peculiarem
effingere & excogitare.

His iterum rectè respondet Abarbenel, **שְׁחַתּוּ בְּנֵיכֶם אֶלְيִי יְהִי בְּלִבְלָל הַלְּשׁוֹן**. *quod* Scriptura attribuat Deo Confusionem Linguae, non Oblivionem vel Oblivionis inductionem: Aliiquid hi dicunt, sed non totum. Confusio enim illa præterea in se complectitur Sermonis immutationem, & alterius usum seu notitiam.

וְהַנּוּ בְּעֵינֵי שְׁנָפֹוצָה: *tertio* alia est sententia Aben Esrae scribentis: **רְאִישָׁה מֵשֶׁם וְאַח' מֵלֵךְ נְמֻרוֹד בְּכָל וּמִמּוֹן מִלְּכִים אֶחָרִים אֶחָרֵזֶבֶם רַבִּים בְּמֹתָה** hoc est, *Mibi autem redum videtur, quod*

prius inde dispersi fuerint, & postea Nimrod in Babel regnaverit, aliiq. Reges post ipsum surrexerint, atq. ita longitudine & progressu temporis prior lingua oblivione deleta fuerit, & nova exorte.

Sed hæc sententia repugnat menti Scripturæ, quæ semper Confusionis linguarum meminit ante Dispersionem populorum, ex quo evidenter arguitur, quod Confusio linguæ contigerit in ipsa exstructione Urbis & Turris, antequam inde dispergerentur, non longo demum tempore post, ut iterum rectè quoque Abarabenel observavit. Unde nomen *Babel*? Annon à *Bilbul* Confusione, sc. linguarum? Et si ita est, ergo oblivione de leta quoque fuit Hebræa lingua? Contrariatur etiam hæc sententia aliis antiquissimis, ut Jonathani Paraphraſtæ Caldæo, R. Elieseri in Capitulis, & aliis.

שהאל ית' חדש בהם רצון שיבחרו בלשונות חלוקות רחוקות זו מזו כדי שיהיה זה סכת פורום כמו שפה אחת שהיתה להם מקודם quod Deus Benedictus produxerit in ipsis voluntatem, ut eligerent linguas diversas, à se invicem distantes, ut hec esset causa dispersionis ipsorum, prout labium unum, quod antea habuerunt, fuit causa ipsorum conjunctionis & congregationis. Sic ferè quoque R. Levi ben Gerson fol. 22. col. 1. in Gen.

Sed hujus rei nullum est vestigium vel indicium in Contextu: Confusio linguæ attribuitur Deo. Et quomodo tam subito, sine miraculosa operatione Divina, potuissent ipsi in illo opere novas linguas excogitare, quibus omnia animi sui sensa exprimerent, &c. Præterea, videtur hac ratione convenientius fuisse, ut primò inderetur ipsis voluntas dispergendi sese, & ab invicem separandi, sine confusione linguæ.

21. Quinto alia est sententia Abarbenelis, qui tamen & ipse ad hominum institutum, placitum & arbitrium, Multitudinis Linguarum originem refert. Audiamus, quia perspicuè satis suam mentem explicat, ipsummet sic in Comment. suo fol. 50. col. 2. scribentem: אבל אמתה זה הענין הוא שכל עוד שהו האנשים מהם משתמשים בדברים שהיו אחדים אצל הכל הוי טבותיהם ודבוריهم בלשונם הכלולין: אמנס אחריו אשר שראו לשנות מנהג הטבאי ולושות מחודש דברים אחרים מלאותיהם להשתמש מהם והוצרכו לברא מלבם שמות ופעלים לאלה הענינים אשר בחרו חדשם מקרוב באו לא שערום אבותיהם: כי הנה קין ובניו עם היה שחתטסקו במלאותיהם ויה' בונה עיר הנה כלם ספו תמו מן כלות שמותיהם במילוי ולא נשאר בידו של נח ובניו דבר מהם לפ' שבזדוקם החזיקו בדברים הטבעיים לא זולת זה והיתה לשונם תמיד לשון אדם הראשון השלימה: עד שבני המגדל בחשו בדרכיהם המלאכותיים ובشكוציהם נפשם חפאה שאו מרצונים עשו בכלל לשונם: האמנם פכב השם שלא יסכימו כלם ברצון אחת בהנחת הלשון לדברים המלאכותיים

המלוכותים והם אשר חדשו ולכז כל אחד מבני משפטנו היה מניח לכל דבר אשר
 עשה שם לרצונו מוחלט למ' שיעזרו בני משפחה אחרת : וכשהעב אל' השוטה
 המוסכמים המחוודים המתחלפים בכל משפחה וממשלה עם והלשן הראשונה שהיתה
 להם נתבללו הלשונות ונתרבו ונתחלפו כפי חלוף הסכנותותיהם : וזה הכלבול והחלוף
 : hoc est, Verum rei hujus veritas, seu, ve-
 ra ratio est hec : Quamdiu homines illi usi fuerunt rebus duntaxat naturalibus,
 quae una & eadem apud omnes fuerunt, tamdiu nomina quoque seu vocabula, &
 modi loquendi omnes, extiterunt in Lingua ipsorum commun. Posteaquam autem
 ipsis visum fuit consuetudinem suam naturalem mutare, & de novo res alias artifi-
 ciales confidere, ut illis uterentur, necesse quoq; habuerunt nomina & vocabula nova
 effingere & excogitare, ad exprimendas res illas quas de novo elegerunt, & de qui-
 bus non cogitabant Patres ipsorum. Quamvis enim Kain & filii ejus antea quoq;
 jam operam dedissent variis artibus, & ipse quoq; civitatem adificasset, omnes tamen
 illi perierunt & consumpti fuerunt aquis diluvii, nec quicquam ex illis retinuit
 Noach & filii ejus : Ili etenim, pro iustitia & pietate suâ, acquieverunt in rebus na-
 turalibus, nec quicquam aliud habuerunt, unde & lingua ipsorum perpetuò fuit lin-
 gua perfecta Adami primi. Quia itaq; Structores turris Babylonica rursum vias
 ipsorum circa res artificiales elegerunt, & in abominationibus illorum sibi placebat
 anima ipsorum, ideò tūm pro suâ voluntate & arbitrio fecerunt confusionem linguæ
 suæ. Attamen effecit D E U S, ut non consentirent omnes in voluntate una, dum
 nomina imponebant rebus illis artificialibus, quas excogitarunt ; unde unusquisq; ex
 filii familia sue imponebat rei quam faciebat nomen pro lubitu suo, differens ab eo,
 quod illi rei imponebant filii familia alterius. Sic cùm ista nomina nova, ex placito
 ipsorum instituta, & in unaquaq; familia diversa & differentia, cum lingua prima,
 quam habuerunt, commixta fuerunt, confusa simul, multiplicata & variata fue-
 runt linguae, pro varietate placiti ipsorum. Et hac confusio ac variatio linguarum
 causa fuit dispersionis ipsorum in faciem universæ terra. Et fol. 51. col. 3. Attribuit
 Scriptura Confusionem Linguarum Deo Benedicto : quod, cùm unà essent in illo adi-
 ficio, fieri facile potuisse, ut omnes consentirent in nominibus artium, instrumento-
 rum, reliquarumq; rerum ad illas pertinentium, ita ut illa lingua mixta evassisset
 una & aequalis inter omnes. Ideo, quod impositiones & placita ipsorum variarunt,
 ita ut neuter alterum intellexerit, à Deo profectum & effectum fuit, ut à se invicem
 separantur, & in superficiem totius terra dispergerentur. Hac de causa totum opus
 attribuitur Deo, sicut dicitur ; Quia illic confudit Deus labium universæ ter-
 ræ, & illic dispersit eos.

Declarationis ergo, huc redit ejus sententia ; 1. Homines post dilu-
 vium, usque ad hanc structuram molis Babylonicae, non solùm Lingua
 unâ, sed & **דברים אדומים** rebus unis usos & contentos fuisse, quas videlicet
 & qua-

64 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

& quales natura ipsis subministravit, & necessitas flagitavit, nullas artes excoluisse, nullaque superflua vel non necessaria expetivisse. 2. Posteaquam verò novas & artificiales res excogitarint, opus quoq; ipsos habuisse excogitare & adinvenire novas voces, ad illas exprimendas. 3. Initium quidem hujus rei jam ante factum fuisse à Kaino & ejus filii, qui jam ipfi quoque civitatem ædificarunt, & artes varias excogitarunt & excoluerunt, sed illos omnes aquis diluvii periisse & mortuos esse. 4. Post diluvium Noachum & posteros ejus pristinam consuetudinem naturalem retinuisse, & propterea etiam unam tantum ipsum, ut & posteros ejus, linguam, primam scil. habuisse. 5. Structores Babylonicæ urbis & turris cùm iterū artes Kaini novo conatu retentarent, cum nova urbe, turri, novis fabricis, novas quoque excogitasse voces pro suo lubitu & placito, quas illis imponerent. 6. In hac verò nova, novarum rerum, nominum impositione, mirabili judicio Deum effecisse, ut singuli singulis rebus peculiares & inter se differentia nomina inderent. 7. Ex his denique novis, variis & differentibus vocibus, cum lingua prima commixtis, Confusionem linguæ primæ ortam esse, & varietatem linguarum introductam.

In hac sententia *primò* nondum probatum est principium quòd sumit, inde à Diluvio, usque ad Linguarum confusionem & populorum dispersionem, nullas ab hominibus excultas fuisse artes, sed rebus duntaxat naturalibus, ad quemvis vitæ humanæ usum, viëstum, tectum, & amictum, fuisse usos: *deinde*, cùm statuat, rerum artificialium, tanquam illicitarum, usum hanc linguarum confusionem causatum esse; eundem autem jam ante diluvium quoque apud Kainum & ejus posteros obtinuisse velit, mirum cur non tūm jam Deus hac linguarum varietate & confusione hominum insolentiam puniverit, &c.

22. Cùm itaq; singulæ jam enumeratae sententiæ sua habeant incomoda, & vel contra, vel præter Scripturam afferantur, maluerunt alii, cum litera & simplici Scripturæ sensu, missis subtilioribus & nimis curiosis ac scrupulosis speculationibus, *Deo immediate* operis hujus exequutionem adscribere. Attamen neque hic intra terminos conquiescere potuit humana sapientia, quin ex proprio ingenio Scripturæ simplicitati, de sua subtilitate, aliquid assueret.

23. Fuerunt enim nonnulli, referente Julio Cæsare Scaligero, qui censuerunt, immediate quidem à Deo confusionem linguarum ortam esse, verū non per linguarum multiplicationem & variationem: sed ita, ut primâ & eadem linguâ manente, uni eidemque vocabulo, quod unam tantum rem primò denotabat, in mentibus & auribus aliorum atque aliorum,

rum, alia atque alia nova significatio introducta & impressa fuerit, ut cum ædificantium quis E. g. אָבִן *Lapidem* peteret, alius per hanc vocem hoc, alius aliud intelligeret, atque inde etiam alius hoc, alius illud afferret, proportione nempe significati voci illi in mente & auribus ejus impressi. Hoc modo non linguæ & voce esent multiplicatae, sed vobis unius ejusdemque linguæ significatus; ac per consequens, prima ubique adhuc extaret lingua; sed cum alienis & heterogeneis significationibus. Verba Scaligeri in Exercitatione contra Cardanum 259. sunt haec: *Puer ego ab Hebreis accepi, tot (sexaginta sc. & duas) esse linguarum differentias, in quas vox, unius antea modi, ad mirificam illam turrim, facta eset μερόπων ἀστράπαιων.* Ita illi intellexerunt: nullam additam sive Aramea, sive Chaldaea, flexionem, aut crastinam, aut tenuitatem, aut rectitudinem, aut tempus (Quippe omnia momenta, que à natura possint in explicatione vocis expediri, in sua contineri lingua jactant ipsi, nec temere) sed deletas species priorum significationum, aliasq; novas, ac varias, alias aliis mentibus, ac recordationibus introductas, atq; impressas. Sic enim ajunt: *Quod impii propositi opus illud interciperetur atq; prohiberetur, factum à Deo Opt. Max.* ut lapidem petenti alius calcem, alius sabulum, alius maltham, alius bitumen, alius aquam ferret. Fortasse etiam non defuisse arbitror, qui sibi dictam putarent contumeliam, atq; propterea manum consererent. Ubi maxima incidit occasio subtilitatis. Nam, si lapidem petenti alius aliud, multi multa, diversa omnia afferebant, videretur unius soni modus, in variis species deductus, diversis mentibus se in sinuisse. Una igitur illa prisca adhuc extaret lingua: variis vero significatus. Haec ille. Sed subtilis magis quam solida est haec sententia. Scriptura dicit, populos dispersos esse **כלשנותם** secundum linguas suas.

24. In his & aliis opera danda, & cavendum, ne quid temere, non solum עֲרֵב, sed nec עֲרֵב רַבְשָׁנָה, statuamus, quod Judæis solenne & familiare est, qui nihil ignorare volunt, tanquam ii, qui בְּתוּנוֹν וְלֶבֶא יְתֵבָ in penetratis cordis (Dei) sedent (ut scribitur in Talmud Nidda fol. 20. 2.) & sciunt, quomodo Jupiter Junonem duxerit.

25. SCRIPTURA SACRA de hac re ita ait; ¶ 7. שְׁפָתָם אשר לא יִשְׁמְעוּ אֱתָשׁ שְׂפָתֵךְ Agedum, descendamus & confundamus ibi Labium eorum, ut non audiant vir labium socii sui, h. e. alter sermonem alterius: Et ¶ 9. כִּי קָרָא שְׁמָה בְּכָל יְהוָה שְׁפָתֵךְ idcirco vocatum fuit nomen ejus Babel, quia illic confudit Dominus labium totius terre.

Primò dicitur נְבָלֵז Confundamus illic labium eorum: Et; Quia illic נְבָלֵז confudit Dominus labium universæ terre. Verbum נְבָלֵז quod hic adhibetur, significat Confundere Miserere, Commiscere, Admiserere, ex diversis rebus vel speciebus, ut Pabulum jumentorum misceri solet, Judic. 19. 21. aut ut sicca cum

66 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

humidis confundi solent: unde, *סלת בלילה בשמן* simila confusa in oleo.
 Hinc *שבלילם*, *בבליל Farrago, Pabulum*, Iesa. 30. 24. Jobi 6. 5. & 24. 6. *למאכל הבהמה השעורים והשנולות שיען* או אחד מהם עם התבונת *propterea quod pro pabulo jumentorum confundunt hordeum & avenam, aut alterutrum horum, cum palea,* scribit R. D. Kimchi Judic. 19. 21. Per Labium metonymice intelligitur Lingua vel Sermo totius terra (qui tunc fuerat Hebræus, ut vidimus) כי השפה הוא הכל' הראשון והנראה לדבר ו גם כן היא הפתח צא ממנה: *quia Labium est Instrumentum primum, & maximè apparet, imò veluti ostium, è quo sermo egreditur*, ut Ephodeus scribit. Videtur ergo indigitari, Multiplicationem hanc linguarum factam esse non simpliciter per novarum linguarum creationem, sed per admitionem & confusionem aliorum, seu novorum, seu ex Hebræa corruptorum, aut potius ratione aliquâ deductorum vocabulorum, tanquam aliarum & novarum quasi specierum linguarum, cum Hebræa, apud plerasque scil. gentes: quia Hebræa pura in una duntaxat permanit familia, cuius respectu, & apud quam nulla erat confusio. Unde etiam adhuc in omnibus linguis, maximè cardinalibus, ut vulgo vocant, aut matricibus, reliquiæ & vestigia Labii illius universalis totius terræ deprehenduntur. Hinc sunt qui putant, Babyloniam istam Confusionem nihil aliud fuisse, quam Literarum radicum Linguæ Hebrææ, vel etiam Vocalium, permutationem, transpositionem, inversionem, literæve alicujus additionem, ablationem, &c.

Cum his convenit, quod Theodorus Bibliander scribit in Commentario De optimo genere explicandi Hebraica pag. 51. 52. 53. Ut igitur conatus eorum fierent irriti, & opus aliquo usq; productum, ut videretur jam nullâ ratione impediri posse, non ulterius procederet, ac depositâ impietate homines isti discerent obsequi Divina sententia, & in diversas orbis partes migrare, quam sors Dei cuiq; assignaverat, ut Psalmographus canit, labium eorum variavit Deus, ac miscuit, non cuiq; familia novum sermonem attribuit. Aliter enim Moses indicasset illud per verbum נבל פְּרִזְׁה Divisit, aut הפרץ הביר Distinxit. Sed נבל, Confusum & permixtum est labium, ut ex uno sermone communi, plures dialecti prodirent, & primogenitus integer supereffet aeternus testis, quod aliquando una omnium fuerit lingua, propter impietatem vero Nimrodica confederationis multa differentia introducata, qua commercium sermonis tolleret, &c. Et mox pergit: Ceterum ut sermonis cuiusvis diversitas ab aliis, & idioma Vernaculum hodieq; spectatur: ita fuit etiam in illa subita confusione linguarum ad turrim Babel. Vel enim variaverunt Dialecti Mutatione integræ dictionis, & jussus porrigerere Trullam, forsan exhibebat Regulam aut Perpendiculum, & jubens Intendere funes ductarios, videbatur imperare, ut Remitterentur: petensq; Ligonem, juxta proverbiū,

bium, arripiebat Falcem: vel (sc. variarunt) In Parte dictionis, puta Literarum permutatione, additione, detractione, transpositione; in quibus tantum est virium ad mutandam significationem, ut una prosodia mutata, novum quiddam offerat menti: longè namq; divertunt Hara & Ara, Olere & Olere in eadem lingua Romanorum. Scitum est illud Fabii, quod rusticus interrogatus, ecquid nosset Amphionem? Minime, respondit: Rursum interrogatus, ecquid nosset Ampionem? Optimè, inquit, nempe vicinum & amicum meum. Vel (variant dialecti) In connexione plurium dictionum: ut Tollere pedem, aliud Hebreis est, aliud Germanis, aliud Latinis, &c. Hæc ille.

Nec ab ludit, quod Cornelius Bertramus scribit in Præfatione Grammaticæ Hebraicæ & Aramicæ his verbis: Meritò igitur Linguam Hebraicam omnium antiquissimam appellamus, quin etiam addam omnium aliarum Matrem. Ab ea enim Dominus, non confusonis sed ordinis Deus, certo quodam consilio & ratione, in mentes hominum, ad ædificationem turris Babel perturbatorum, & iusto ejus judicio perculsorum, aliarum linguarum seminaria derivavit & indidit.

Porrò autem Confusio ista seu Commixtio facta est non ab Hominibus, sed à Deo, sicut dicitur: Dominus confudit labium totius terra; & quidem repente: quia causa fuit hæc Confusio, cur à structura turris & urbis destitent, atque in diversas orbis partes dispersi & dissipati fuerint. Modus quicunque fuerit, fuit is planè arcarius & miraculosus, utpote cuius vi homines illi prioris linguæ subito sunt obliti, & momento alia & confusa Lingua eis indita & inspirata fuit, sed pro ratione populorum, quos Deus simul habitare volebat, ut ex linguæ cognatione suam quisque familiam agnosceret, sedemque aptam eligeret. Sic scribit Mercerus: Nec est quid subtilius & curiosius quaramus, Quomodo sit hæc linguarum confusio tunc facta? Ego repente id factum Dei arcana ratione putarim, & nobis ignotā, sicut & pleraq; alia in superioribus à Deo facta, quæ facta quidem scimus, sed quo tandem modo, ignoramus: fide opus est.

Secundò dicitur; Ut non audiant vir labium socii sui, h. e. Ut non audiat alter sermonem alterius.

Ergo, dicat aliquis, prater confusum & turbatum sermonem surdi facti sunt?

Resp. Minime: sed Audiendi verbum ad Intellectum traducitur. Sensus enim auditus, ea quæ auribus percipit, intellectui statim defert, ut de iis judicet. Audiebant ergo sonos, clamores & vociferationes, sed sensum non intelligebant, sic ut uno petente lapides, alter afferret lutum, ut R. Salomon scribit. Nec insolens hæc locutio est: Nam verbum אָדָם Audire & alibi eodem sensu legitur: זֶבַר נָא לְעִבּוֹד אֲדָמָת בֵּין שְׁמָעָם Alloquere quæso servos tuos Syrè: nam (audimus, id est, intelligimus) nos, nego loquitur

68 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

נוּ לֹא תַּדַּע לְשׁוֹן וָלֶּשׁ ad nos Iudaicè, id est, Hebraicè, 2. Reg. 18. 26. Item, תִּשְׁמַע Gentem cuius non cognosces sermonem, neg, audies (i. e. intelligentes) quid loquatur, Jer. 5. 15. Item; רְאֵנִי שְׁמַעֲתִי עַל־ךְ לְאמֹר תִּשְׁמַע חָלוּם לְפָתָר אֹתָהּ Ego audivi de te, quod audias, h. e. intelligas somnum, ad interpretandum illud, Gen. 41. 15. Sic. וְהַם לֹא יַעֲזֹב כִּי שְׁמַע יְסָפֵר כִּי הַמְלִיחָה בְּינֹתָם Ipsì verò non cognoscebant, quod audiret (i. e. intelligeret) eos Joseph: erat enim interpres inter eos, Genes. 42. 23. Glossa R. Salomonis, שְׁמַע, id est, In- telligebat Sermonem eorum.

Quod verò porrò dicitur; Alter alterius verba; non est ita intelligendum, quasi singuli homines separatam linguam locuti sint: sic enim nulla domus unà vivere, non frater cum fratre, non maritus cum uxore colloqui potuissent: sed quod certae hominum familiæ & classes distinctam linguam locutæ sint, quarum singulæ, ad tam vasti operis structuram adhibitæ, nullo modo eam perfecissent, unde demum factum, ut ab ædificando desistere coacti fuerint. Et sic deinceps una familia, suæ familiæ socios & consortes intelligens, cùm aliis omnibus familiis, atque adeò singulæ singulis, essent barbaræ, se mox dissociare, & in diversas terræ partes dispartire necesse habuerunt, ut ea, quæ unam loquebatur linguam, coniunctim habitaret, & se deinceps in pagos, urbes, provincias, regiones, nationes & regna propagaret.

Tantum est quod Scriptura nobis revelavit de hoc negotio, hæcque Linguarum varietatis Origo, quam illa nobis aperit.

26. Unum adhuc לְרוֹוחָה דְּמֹתָתָה hoc est, ut curioso quoque Lectori satisfiat, addo. Scripsit Scaliger in suprà adducto loco: Fortasse etiam non defuisse arbitror, qui sibi dictam putarent contumeliam, atq, propterea manum convergent, Istud quoque ab Hebræis hausisse & audivisse videtur, qui passim scribunt, ex mutatis & divisis linguis rixas & cædes inter architectos Babylonicos ortas fuisse. Jonathan Paraphrastes Chaldæus: וְלֹא הוּא חָדוֹ Neg, intelligebat quisquam quid loqueretur socius ejus, atq, occiderunt alter alterum, & desierunt edificare urbem. In Capitulis R. Eliensis cap. 24. והַי רֹצִין לְדָבָר אִישׁ אֶל רֹעֵהוּ: מה עַשׂו לְקָח אֲשֶׁר חָרְבוּ וְנִלְחָמוּ אֲלֹו עַפְלָשׁוּן הַקְדָשׁ וְלֹא מִכְרִין אִישׁ לְשֹׁון רֹעֵהוּ: מַה עַשׂו לְקָח אֲשֶׁר חָרְבוּ שֶׁ נִפְלַע בְּחַרְבָּבָן: וְלֹא יָוְלְבָאָן loqui quisq, cum fratre suo Linguâ Sanctâ, & non intelligebant alter sermonem alterius. Quid fecerunt? Accepte quisq, gladium suum, & depugnârunt inter se acriter, adeò ut mediapars mundi illic gladio ceciderit. In antiquo libro Bereschith rabba, Sect. 38. ad hæc verba, נָפְלָא (confundamus) labium eorum, scribi אמר ר' אבא בר כהנא משפטם אעשה נבלת הוה חד מנהו אמר לחכירה אית': וְלֹא קָלַב

ל קְוִילָב וְהוּא הוֹה יַחֲד לֵיה מְנוּרֶפֶי וְהוּה מְחוּלָה וְפָצָע מְזִוִּין
Dixit R. Abbae bar Cahana (h.e. exponit hæc verba) : Faciam ex lingua ipsorum Nefelah (cadaver, vel, cadavera) Si quispiam illorum dixit socio suo, Cedò mihi securim, hit porrigebat ipsi palam; itaq; percusserit eum, & perfregit cerebrum ejus. Similia vide in R. Salomone, & in libro Jalkut fol. 17. col. 1. Hæc illi, quæ suo loco relinquimus. Ex illis autem hoc saltem observari potest, veteres istos authores statuisse, Confusionem hanc linguarum in ipsa Urbis & Turris Babylonicae structura, ante dissipationem illorum, contigisse. Sed sufficient hæc de prima questione.

27. Posteaquam ergo in Origine Linguarum multitudinis investiganda, vidimus, quâ ratione illa à Deo, ex Scripturæ mente, & interpretum sententiis, sit producta, consideremus quoque, *Quid Deum ad hanc confusio- nem inducendam permoverit, & occasionem ei prabuerit?* Oportet enim magnam aliquam fuisse causam, ob quam Deus Sapientissimus, idemq; optimus, qui omnia verbo suæ potentiae produxit & formavit, ut essent perfecta, post tot centenos annos aliquid mutare voluerit in opere longè præstantissimo, in Homine condito ad imaginem & similitudinem Dei parentis omnium.

28. *Occasione* nobis iterum describit Moses. Cùm enim homines universæ terræ omnes labii essent unius, & verborum eorundem, quidam ex eis, qui, ut nomen sibi compararent, &c, quam metuerant, sui dispersionem, quantum in se, præcaverent, conspirantes, in loco, quem ad propositum suum commodum judicaverant, in terra Schinear, civitatem, & in ea arcem sive turrim immensæ, & humanas quasi vires superantis magnitudinis & altitudinis, exstruere conati & aggressi sunt. Quia verò non cum D O M I N O aedificarunt, frustrâ fuerunt laborantes in ea. Deus enim è cœlo descendens, & conatum hunc filiorum Adæ conspicans, Linguam ipsorum, quæ unica fuit, &, tûm ad concordiam, tûm ad amicam cohabitationem inter ipsos conservandam, arctissimum vinculum, confudit, plures in ipsis producendo linguas, ut singulæ familie peculiari linguâ loquerentur; atque ita se mutuo non amplius intelligentes, adversis Diis, non solum à proposito desistere coacti, sed & in diversas terræ partes secedere coacti fuerint. Mosis verba ipsa qui legere desiderat, videat ea Genes. cap. ii. versibus prioribus novem. Nos, vobum & phrasium explicatione literali nunc præteritâ, ad historiæ illius illustrationem, tria potissimum, sed breviter, persequi constituimus: 1. *Quinam Fabri seu Architecti illi Babylonici fuerint?* 2. *An in Opero illo suscipiendo peccârint.* 3. *Quodnam illorum peccatum fuerit?*

29. Primò itaque vivendum, *Quinam authores & architecti famosi illius operis fuerint?* Scriptura hīc illos non disertè & explicitè, sed implicitè duntaxat commemorat: *Erat autem universa terra labii unius, &c.* Et fuit quū profici serentur, &c. Dixerunt̄, alter ad alterum: *Descendit Dominus, ut vide ret civitatem illam & turrim, quam adificārunt filii Adami, &c.*

30. Ex collatione autem Scripturæ locorum, & circumstantiarum consideratione, plerique censem, Posteros Adami non præcisè omnes in hoc opus consensisse, sed quosdam duntaxat, Unitatem & Universalitatem quandam consensu suo facientes, Familiam scil. Chani, quorum ἐγενόμενος & Antesignanus fuerit Nimrodus; ita tamen, ut ex cæteris Japheti & Schemi familiis non paucos quoque ad se fortè pertraxerit. Colligunt hoc 1. ex eo, quod de Nimrodo, filio Cusch, filio Chami, dicitur Genes. cap. 10. §. 9. 10. *Is* fuit potens venator coram Domino: fuitq; principium regni ejus Babel, Erech, & Achad, &c. quibus verbis, Urbis Babel, & aliarum quarundam, ædificationem tribui observant ipsi, non omnibus Noachi posteris. 2. quòd non probabile sit, Noachum, Semum, Japhetum, aliasque pios Patres in tam insanum atque impium opus consensuros fuisse, vel operam suam illi locaturos; aut certè, si illi adfuerint, tamen illud omnibus modis, sed frustrà dissuasisse, & impedire conatos fuisse, ut ne sic quidem inter authores censi possint, aut debeant 3. quòd à poena, opus hoc consecutâ, posteritas Semi & Heberi immunis fuerit. Illi enim linguam Hebræam inviolatam in Linguarum confusione retinuerunt: unde probabiliter concluditur, illos quoque peccati illius non participes fuisse.

31. In hac sententia sunt, præter insigniores Christianorum Interpretes, ex Hebreis quoque authores præstantissimi.

ויהנה חם ובנוי הארץ במוודאי אוור. 1. Isaac Abarbenel in Legem fol. 50. col. 1. מסתים ומדיחים את אנשי דורם לזרדו אחר המלאכות המותירות בבניין העיר והמנדל מושך להם שורה ומנו על שאר בני אום : *Et ecce Cham & filii ejus fuerunt illi qui rebellarunt Luci (ex Jobi 24. 13. h. e. Deo) seducentes & impellentes homines faculi sui, ut persequerentur artes superfluas & non necessarias, in adificatione urbis & turris illius, ad acquirendum sibi dominium & principatum super catores homines : Item, כיו' שבני עולם קוזם המבול לזרדו כל בני עולם כל הומיניות והתאות המוניות והחמס והגונל ובverbos בא המבול :* ככה אחר המלאכות המותירות והחמס והגונל ובverbos בא המבול : ככה חם ובנוי הארץ לכל בני עולם בבניין העיר והמנדל ובverbos נתחיבו בלבול לשון והפלגה והפצה על פניהם כל הארץ : כי היה חם בבני נח תחת קיז' בני אום הראשון והפלגה והפצה על פניהם כל הארץ : *Nam sicut filii Kain impulerunt homines totius mundi ante diluvium ad res superfluas, ad turpes cupiditates, violentiam & rapinam, horumq_z causâ venit diluvium : sic Cham & filii ejus seduxerunt homines in adifica-*

ædificatione urbis & turri Babel, & propterea rei facti sunt pœna confusionis lingua, divisionis, & dispersionis in superficiem totius terra. Cham enim inter filios Noachi, fuit loco Kaini inter filios Adami primi, & Confusio linguarum fuit loco Diluvii.

In Tanchuma antiquo Commentario, fol. mihi 6. col. 2. וַיֹּאמֶר אִישׁ אֵלָיו רְאֵהוּ כַּשׁ לְפֹתַ וּפֹתַ לְכַנְעָן : Et dixerunt alter ad alterum ; Cusch scilicet (qui filius erat Chami) ad Put, & Put ad Canaanem. Similiter in Bereschith rabbah sect. 38. וַיֹּאמֶר אִישׁ אֵלָיו מַיִם ר' בְּרִכָּה אָמַר מָצָרִים אָמַר לְכַשׁ Et dixerunt alter ad alterum ; Quis ad quem dixit ? R. Berachias dixit ; Mizraim (alter filius Chami) dixit ad Cusch (fratrem suum). Ad hæc verba in Commentario מִתְנוּתָה כְּהוֹנָה scribitur : Indicari his verbis, quod mens Scriptura, quando dicit ; Et dixit unus ad alterum ; non sit significare, quod unusquisque illic præsentium sic ad alterum dixerit, sed populus unus alteri. Ex his petita est R. Salomonis glossa ad hunc locum.

In Talmud Tractatu Cholin cap. 6. fol. 89. col. 1. scribitur ; Israëlitas Deo dilectos esse, eò quod Deo ipsos extollente, se se ipsi deprimant & humiliant : contrà verò facere populos mundi : Exemplis illud deinde illustratur, & primò quidem Nimrodi : Nam, dicitur ibi sub persona Dei ; נתַתִּי גְּדוּלָה לְנִמְרוֹד אמר הַבָּה נְבָנָה לְנוּ שָׁעָד Dedi magnificientiam Nimrodo : dixit (magnificentiâ scil. istâ elatus) Age, ædificemus nobis urbem, &c. ubi verba & consilii hujus principium atque origo ipsi Nimrodo tribuuntur.

אמר נִמְרוֹד לְעַמּוֹ בָּאוּ נְבָנָה לְנוּ שִׁיר וְנִשְׁבַּת In Pirke R. Eliésaris cap. 24. Dixit Nimrod ad populum suum, Venite, ædificemus nobis civitatem, & habitemus in ea, ne dispergamur in superficiem totius terre, &c.

הוּא חַחַל לְהַיִּתְנִמְרוֹד נִבּוּר בָּאָרֶץ, לְהַמְּרִיד כָּל הָעוֹלָם עַל הַקְּבָּה בְּעֵצֶת דָּוָר הַפְּלִגָּה : Ipse (Nimrod) incepit esse potens in terra ; ad rebellionem sc. incitando totum mundum contra Deum benedictum in consilio seculi Divisionis (linguarum & gentium). Cum quo convenit, quod Josephus scribit Antiquit. lib. 1. cap. 5. Ad superbiam autem, Dei quod contemptum, excitabat eos Nimbrodes, nepos Chama filii Noe, vir audax & manu promptus : docens, non Deo, sed propria virtuti eos præsentem felicitatem debere, atq; ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat, ratus fore, ut homines ad se deficerent à Deo, si se illis ducem præberet, operam suam offerens contra novum aliud diluvium intentantem. Turrim enim se exædificaturum, excelsiore, quam quod ascendere posset, &c. vide & Zohar in Gen. col. 217.

R. Levi ben Gerson & R. Abraham Seba, Hispani, censem, Schemum & Noachum quidem etiam fuisse מבני המגדל ex structoribus illius turris ; fed non ulterius consensisse, quām quoad licitum & bonum ipsorum proposatum

72 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

situm fuerit, à cæteris abhorruisse; מִשְׁחָלָת מֵאַחֲרָתֶם הַזֹּהָר לְשֵׁם שְׂמִיכָה פְּנִים Principium enim cogitationum ipsorum, de unitate inter ipsos conservanda, fuisse bonum, ad gloriam Dei.

Sic itaque apparet, Quinam statuantur Authores operis illius Babyloni, atque ita occasionem ad Multitudinem linguarum introducendam Deo præbuerint.

32. Altera quæstio est; An in Opere illo suscipiendo peccârint? Sunt enim nonnulli, qui eos ab omni peccato in hoc negotio absolvunt, inter quos è Christianis est Alphonsus Tostatus, ex Hebræis, Aben Esra, & ex parte R. Levi ben Gerson; Dicunt enim inter alia, quod intentio & cogitatio ipsorum fuerit duntaxat להתמד חברות ולשבת צזרו conservare societatem mutuam, & unà habitare, sicut dicunt; Ne fortè dispergamur; & quod Deus ipsorum bono eos disperserit; vel scil. ut implerent terram; vel ne, si unà manerent, terra motu, vel hiatu, igne & grandine, aut aquâ & inundatione, vel aliis accidentibus, fruges & alimenta hominum corruptentibus, supervenientibus, totum humanum genus penitus consumeretur.

33. Quod verò Peccârint, ostendunt, 1. Processus Dei judicialis contra ipsos institutus, qui hîc describitur: 2. Pœna singulares & extraordinariæ, Linguarum scil Confusionis, & Populorum subitanæ Dispersionis, quibus à cæpto desistere coacti fuère.

I. Processus Dei judicialis graphicè hîc descriptus; Quid sibi enim vult, quod dicitur זְדֹה Age descendamus, &c. Item, לְרֹאֹת יְדוֹנָה Et descendit Dominus ad vivendum? Utrumque verbum, Descendendi & Videndi, ad Judicium referunt Hebræi. Hinc Jonathan Paraphrastes reddit; וְאַתָּה גָּלֵן אֶת־פְּרִעָא עַל־עֲבָדֵי קָרְתָּא וּמְגָלָא Et manifestavit se Dominus ad vindictam summandam de structoribus urbis & turris. De verbo דָּרְךָ Descendendi scribit Rambam in More part. I. cap. 10. Quando plaga super gentem vel regionem aliquam, juxta voluntatem Dei descensura est, eamq; Deus infligit, dicitur Descendere, & res ista vocatur תְּדִיזָה Descensio: ut; Age descendamus & confundamus ibi labium eorum: Item, Et descendit Dominus ut videret: Sic; Descendam nunc & videbo, Genes. 18. 21. Omnia haec significant pœnam hominum. De verbo Videndi legitur in Zohar columnâ 218. וְכִי מִזְהָר לְרֹאֹת וְלֹא הוּא יְצָר מִקְדָּמת דָּנָא : Quidnam sibi vult quod hic dicitur לְרֹאֹת Ad videndum? annos sciverat illud jam antea? Omnipotens: sed, Ad videndum significat hic, Ad videndum in judicio, vel judicialiter, juxta illud; Videbit Dominus supervos, & judicabit, Exod. 5. 21. Sic alii. Eodem tendunt verba seqq. Turrim quam edificarunt Filii hominis vel Adami. Per contemptum enim hîc nominat Giganteos istos architectos,

Filios

Filios Adam, hoc est, Terræ filios. Ejusdem commatis sunt seqq. v. 7. Confundamus ibi labium eorum, ut non intelligat vir labium proximi sui.

II. Pœna singulares processum hunc consequitæ idem docent; *Confusio scil. Linguarum, & Dispersio populorum.*

I. *Confusionem* etenim *Linguarum* quod attinet, illam tunc temporis Pœnam divinam fuisse, generi humano infictam, vix dubitari potest. Ut enim eximiæ Dei gratiæ, & maxima felicitatis humanæ pars fuit, universum genus humanum, ad sacrum societatis vinculum conservandum, unam & communem inter se linguam habere: pariter horrendæ Dei iræ, & insignis pœnae ac infelicitatis humanæ testimonium erat prodigiosa ista hominibus immissa linguarum varietas. Ut linguæ unitas naturæ fuit beneficium & societatis vinculum: sic linguarum diversitas naturæ extitit vitium, & societatis humanæ dissipatio. Hinc scribit D. Chrysostomus Homiliâ 30. in Gen. *Quia abusi sunt vocis unitate, idèo vocis diversitate castigare volo.* Et mox: *Hi quoq; honore pares, & ejusdem lingua, abusi illâ, quam graviter peccârint, ex linguarum varietate sunt experti.* Et confundamus illorum, inquit, linguas, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui: *Ut, sicut lingua unitas cohabitationem fecit, ita lingua diversitas disperget.* Nam quibus non est idem sermo & lingua, quomodo cohabitare possunt? Et D. Augustinus lib. 16. de Civitate Dei c. 4. *Genus verò ipsum pœna quale fuit?* *Quoniam dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est Superbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere ut obediret jubenti Deo.* Franciscus Georgius Venetus de Harmonia Mundi fol. 447. b. *Pœna gravissima est hac linguarum varietas, ob quam non posit unusquisq; vel contubernali, vel commeanti suos manifestare conceptus, & necessaria petere.*

Nec destruit, sed astruit hanc sententiam, quod Linguarum variarum peritia & cognitio singulare nunc sit Dei beneficium. Quæ enim hujus rei alia causa, quam quod hâc variâ in uno subiecto peritiâ & cognitione, plures illæ linguæ in unum quasi iterum jungantur, & sic unitas illa amissa aliquo modo recuperetur?

Annon pœnae loco meritò censendum, id, quod cum lacte materno quasi fugere, & à nutricibus nostris, sine tædio, molestiâ & labore discere poteramus, cum omnibus scilicet hominibus sermones communicare, omnes seu loquentes, seu scribentes intelligere, quodque primorum aliquot sacerdorum homines potuere, tantis nunc laboribus, sumptibus, periculis, temporisque pretiosissimi dispendiis, comparare oportere, imò nullâ ingenii humani vi vel mediocriter comparare posse? Quanta hinc multarum optimarum rerum inter homines ignorantia, quanta cæcitas,

dum quod unus novit, alteri, ut maximè velit, tradere non potest, neque etiam alter ab eo accipere? Quantum rerum studio decedit, dum lingua s addiscimus, & addiscere cogimur? Ut proinde vel non audiendus, vel aliter hic explicandus sit Theodoretus, Sermone 5. De natura hominis, scribens: Neq; verò linguarum atq; idiomatum differentia quicquam generi humano vitii affert: Et mox: Linguarum itaq; differentia & varietas naturam detrimento non afficit.

Annon Scriptores sacri, imò Deus ipse, metum hostilem exaggerare volens, minitatur hostem, cum quo non sit commercium sermonis? Deuter. 28. 49. Jerem. 5. 16. Sed defino plura in re manifesta accongerere argumenta.

2. Dispersionem etiam populorum in Superficiem universæ terræ, pœnæ rationem hic habuisse, certum & manifestum est. Licet enim sine dubio aliâs etiam dispergendi fuissent (cùm omnes, nimiris multiplicati, eodem uno loco agere non potuissent) alia tamen tunc fuisset Dispersionis ratio: Omnes, licet dispersi, unitate linguæ sibi fuissent conjuncti, neque ita statim repente simul ac semel omnes in ira Domini ab invicem fuissent separati in tam longinas regiones ob linguæ diversitatem, sed paulatim crescentes, novas sedes quæsivissent, & Colonias ex communi consensu deduxissent. Licet etiam hæc Dispersione commodis ipsorum inservierit, quos una terræ pars & regio ob multitudinem incommodè sustinuisset; id tamen non fuit ipsorum Virtutis & Dignitatis, sed Dei bonitatis & sapientiæ testimonium, qui hanc pœnam eò direxit, ut, ex sua gratia, tūm ad hominum salutem, tūm ad propriam gloriam converteretur; dum nempe effecit, ut humanum genus, in complures populos & terras dissipatum, universæ terræ fructus percipiendo, tanto ubiorem haberet materiam, infinitam Dei beneficentiam gloriosè prædicandi.

34. His consona sunt, quæ Isaac Abarbenel ad adducta R. Aben Esræ, & R. Levi ben Gersonis, argumenta respondet: אָבִן רְזֹקָה הַיּוֹם הַזֶּה מִכְנָתָת הַתּוֹרָה Sed longinqua, inquit, est haec sententia à mente Legis. Nam antea quoq; ex quo egressi fuerant ex area, congregati erant omnes in societate una, neq; tamen dispersi fuerunt in terra: ibi etiam quæ apti & obnoxii erant illis accidentibus, de quibus dícunt, & tamen non dispersit illos Deus, neq; Linguam eorum confudit, donec urbem hanc & turrim edificáruint: Adde quid ne in hunc quidem usq; diem tale quid contigerit in valle Sinar. Quamvis enim urbs Babel propter iniuriantes suas sit subversa instar Sodome & Gomorræ, vallis tamen illa etiamnum ab hominibus inhabitatur. Et, quando Deus voluisset, ut tota terra ab hominibus inhabitaretur & repleteatur, (sicut certè non in unum, sed ad inhabitandum, eam creavit,

creavit, Jes. 45. 18.) longitudine temporis, & multiplicatione hominum, id neces-
sariò & sponte tandem fuisset factum, ut non opus fuisset confusione Lingue, & to-
tā anxietate istā. Numquid enim vides, quod, cùm essent in montibus Ararat, &
inciperent multiplicari, inde sint profecti, eò quod illic unā habitare non possent?
Cur non idem contingere potuissest in valle? Concludit ergo;

אָנֹכִי פְּצַוֵּתִי בְּאֶמֶת יְרוּבָה שָׁהָה וְאֶל אֶת הַעֲוֹנָשׁ וְכֵן שָׁוֹא בְּהַשְׁגָּחָתִךְ

Verum sensus
literalis Scriptura docet revera, quod hoc factum fuerit per modum pæna, & ne in
peccato suo pergerent. Haec tenus ille.

Sed ulterius liquebit hoc ex tertiae, quam proposuimus, quæstionis so-
lutione.

35. Tertio loco enim quæritur, Quodnam istorum hominum peccatum fue-
rit? Varia hic Veteres excogitarunt & commenti sunt; quia Scriptura
horum hominum postdiluvianorum peccatum non tam disertè, ut ante-
diluvianorum, exposuit;

1. Alii dixerunt, כִּי דָתָה כְּנוֹתָם לְעַלְתָּה לְדָקִיעַ וְלְהַלְׁחָם בְּרוּכָב שְׁמַיָּהּ quod
voluerint firmamentum scandere, & bellum inferre Deo in cælo habitanti. Sed
quis credat, si quidam in illa multitudine tam insaní fuerint, omnes eo-
dem furore correptos? Adde quod Scriptura videatur innuere, illos rem
non impossibilem, sed possibilem fuisse ausos.

2. Alii voluerunt, quod molam hanc præaltam sint moliti, נַגְנָל בְּמַטִּים ut in eatutos se præstarent, si forte novum diluvium terram effet inundatu-
rum. At nec hoc speciem aut colorem habet; An ignorarunt omnes fo-
etus Dei cum Noacho pactum, de non excindendo ultrâ genere humano
per aquas diluvii? Genes. cap. 9. v. 8. & seqq. Si hoc quæsiverunt, ut quid
in valle humili & profundâ, inundationi opportunâ, & non potius in alto
& arduo aliquo monte, quales fuerunt montes Ararat, ex quibus sunt pro-
fecti, & in quibus omnium ad tantum opus necessariorum materialium
major, quam in valle, copia, fundamenta tanti operis jecerunt?

Alii alia excogitarunt, quæ videri possunt in Tanchuma, sectione ۱۳,
apud Abarbenelem, R. Bechaj, & alios. Nobis integrum non est nunc
illa omnia vel recensere vel examinare. Videamus paucis, quid Scriptu-
ra nobis hac de re indigit & aperiatur?

36. Rectè scribit in hunc locum R. Isaac Aramah שְׂהִיר אֶחָת מַאוֹפְנִי
תְּהִלָּת חַקְרִירָה עַל תְּכִלָּת הַנְּמִזְבָּחָות וְתוֹעֲבָתָן
quod ratio inquirendi de re vel actione ali-
qua consistat in consideratione finis. Nam finibus distinguuntur & dijudicantur
actiones. Ante omnia itaque considerandus hic est Finis, quem homines
isti sibi proposuerunt in hoc opere. Ipsimet id exprimunt suis verbis; Agite

76 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

ædificemus nobis civitatem & turrim, cuius caput pertingat ad cœlum, & faciamus nobis nomen, ne fortè dispergamur super faciem universa terra.

37. *Primò volunt sibi comparare Nomen & famam :* נַעֲשֵׂה לְנוּ שָׁם *Faci-*
mus nobis nomen, inquiunt: Nomen & famam quærere & ambire, per se non est malum aut illicitum, sed debito illud fieri debet modo. Honor & gloria Dei ante omnia, & primò omnium nobis debet esse proposita, adeò ut huc quoque omne nostræ gloriæ studium debeat esse directum. Iste verò Adæ filii, insanâ, ob continuatum prosperitatis cursum, ambitione turgidi, tantùm de sua loquuntur gloria: quinimò res ipsa nihil aliud loquitur, quàm meram, vanam & inanem ambitionem humanam. Quæ enim Divinæ gloriæ promotio in tanti & tam superbi operis susceptione, quod multum operæ & laboris inutiliter consumere debebat, & utilitatis parum allaturum erat? Non ædificabant pro templo, ut Deum illic colerent, nil loquuntur de altari, super quo Sacrificia & preces ipsi offerrent, sed *ut nomen sibi compararent*. Altum apud illos de illis omnibus silentium. Adhæc, neglecto cælo, immortalitatem quærehant in terra. Et annon aliud habebant quod agerent, quàm ut urbem ædificarent, eoque nomen famamque sibi compararent? Hujusne rei gratiâ à Deo conditi fuerunt?

38. *Deinde volunt stabilire suam conjunctionem, & præcavere Disper-*
sionem ; נִפְגַּשׁ עַל פְּנֵי כָּל הָאָרֶץ *Ne fortè dispergamur in faciem universa terra.*
Conjunctionem & societatem arctam ac unitam quærere, per se non est malum: sed & hîc modus est observandus, & attendendum, ne nostra voluntas Dei voluntati, vel nostra prudentia Dei Sapientiæ & ordinationi repugnant. Cavere illi volunt prudenter, *Ne dispergantur in faciem universa terra.* Hæc erat ipsorum voluntas & prudentia. Quid verò volebat Dominus? quod ipsius erat consilium? In ipso statim rerum primordio dixerat; *Crescite & multiplicamini*, וְמִלְאָא אֶת הָאָרֶץ *Et replete terram, & subjecite eam, atq; dominaminipiscibus maris, ac volatili cœli, & omni bestiæ reptanti super terram*, Genef. 1. 28. Et post diluvium eandem suam voluntatem repetens & renovans, ait: *Vos autem crescete & multiplicamini, generate in terra, & multiplicamini in ea.* Et postquam Canaan, minimus natu ex filiis Noæ, summâ contumeliâ parentem affecisset, Sem autem & Japhet dedecus illius operuissent, cœlesti afflatus excitatus Noachus, generis humani reparator, sententiam divinam in filios tulit, & fata eis sua, præfigâ mente, ad hunc modum præcinuit: *Maledictus Canaan, servus servorum erit fratribus suis: Benedictus Dominus Deus Sem: sitq; Canaan servus ejus.* Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculo Sem, sitq; Canaan servus ejus, Gen. 9. 25. 26. 27. Huic Numinis præpotentis fato & decreto reluctantur Babylonicæ molis conditores, suas

res, suas rationes, consilia, voluntates, opem & operam, adversus perfectissimam & supremam rationem Divinæ voluntatis & verbi conjungentes.

Varia itaque, vel ex his, peccata emergunt, quibus se homines isti contaminârunt, & Deum offenderunt, Superbia, Ambitio, Dei neglectus & contemptus, Labor irritus & utilis, aliaque.

39. Hos inanes & impios suos conatus, non solum animo apud se volverunt & revolverunt, sed & exsertâ linguâ stolidè expresserunt, atque ita superbis quoq; atq; temerariis verbis peccatum aggravarunt. Unde factum, ut, cum Sermonis unitate & conformitate, uti etiam concordi societate, ad atrox suum propositum complendum abuterentur, Deus tunc linguam ipsorum, diversos ipsis sermones immittendo, diviserit, tum societatem divulserit, ut diversas in orbem terrarum habitationis sedes quærere cogarentur. Atque ita senserunt, quod alibi Scriptura dicit; יְהוָה צְדָקָה לֹא נִגְדֵּל תַּבּוֹנָה וְאַזְכָּרָה Non est sapientia, neq; prudentia, neq; consilium, contra Dominum, Prov. 21. 30. Item, מְעוֹרָת רְשָׁעָה אֲתַבּוֹנָה Quod timet impius, evenit ei, Proverb. 10. 24. Hic etiam, ut Hebrei loquuntur, Menſuram pro mensura acceperunt, dum, quod ipsi sperabant æterni futurum nominis sui & originis symbolum, id æterni dedecoris & perpetuæ confusionis factum est testimonium: quod etiam suæ conjunctionis & cohæsionis firmum sperabant medium & vinculum, id dissolutionis ac dispersionis ipsorum promovendæ factum est organum.

Et hæc de prima hujus Dissertationis parte, de Linguarum sc. Confusione, seu Plurium Linguarum Origine.

II.

De Numero Linguarum, in quas Divisio facta fuit.

40. Secundo loco quæritur; In quot linguas ista Divisio seu Confusio facta sit?

Scriptura hoc disertè non exprimit. Conati tamen sunt Interpretes hoc ex illa elicere. Quia enim Confusio Linguarum Divisionem ac Dispersiōnem gentium antecessit, ejusque causa fuit, statuerunt, probabile esse, secundum diversitatem familiarium, unde gentes natæ, diversitatem quoq; Linguarum factam esse. Quia igitur de diversitate familiarum inter Hebræos & Græcos codices aliqua est discrepantia; hinc quoque alia est Hebraeorum, alia Græcorum & Latinorum, de numero Linguarum sententia. Unde tres de Numero Linguarum emergunt sententiæ: Prima, Hebræorum, qui Linguas 70. ponunt: Secunda, eorum, qui faciunt 72. Tertia aliorū,

78 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

qui h̄ic ~~est~~, & rem hanc non satis certam & exploratam esse volunt.

41. I. HEBRÆI simpliciter sequuntur authoritatem S. Scripturæ Hebraicæ, quæ ex tribus Noachi liberis, Septuaginta disponit nepotes, totidem familiarum & gentium capita. De Noachi filii dicit Scriptura; Erant autem filii Noachi, qui egressi sunt ex arca, Schem, & Cham, & Japhet &c. tres isti erant filii Noachi, à quibus dispersa est universa terra, Gen. 9. 18. De Ipsorum autem Propagatione, mox cap. 10. agens, inquit; Ista autem sunt generationes filiorum Noachi; Schemi, inquam, Chami & Japheti, quibus filii post diluvium nati sunt. Subjiciamus majoris lucis causâ typum illorum:

Filiii JAPHET VII. & Nepotes VII.

GOMER, Magog, Madai,	JAVAN, Thubal, Meschec,	Tiras,
Afshkenas, Riphath,	Elischa, Tharsis,	Kittim,
& Togarma.		& Dodanim.

Filiii CHAM IV. & Nepotes XXVI.

CUSCH	MITZRAJIM:	PUT CHENAAN
Seba, Chavila, Sabetta, RAHMA, Sabhteca, Nimrod.	Ludim, Anamim, Lehavim, Naphtu- chim, Patrosim, Casluchim (ex qui- bus prodierunt Phi- listæ) Capthorim.	Tzidon, Chet, Jebu- sæus, Emoræus, Ger- gasæus, Chivæus, Ar- cæus, Sinaeus, Arva- dæus, Tzemaræus, Chamatæus.
Scheba, Dedan.		

Filiii SCHEM V. Nepotes XXI.

HELAM, ASCHUR, ARPHACHSCHAD	LUD, ARAM
Sela, HEBER,	Utz Chul, Gether, Mesch.
Peleg, JOKTAN	

Almodad, Scheleph, Chatzarmáveth, Jerach,
Hadoram, Usal, Diklah, Hubhal, Achimael,
Scheba, Ophir, Chavila, Jobab.

42. Hæ familiæ, Japheti XIV, Chami XXX, Schemi XXVI. in-
ter se

ter se additæ, familias constituunt LXX. Nam *Philistai* non numerantur inter legitimos Mizraimi filios, sed dicuntur ex Casluchæis egressi, i. e. coloni quidam, certo numero & certis copiis ex Casluchæis egredientes, qui invaserunt Palæstinam, ibique sedes fixerunt, à qua terra postmodum dicti fuerunt *Philistai*. Inde S. Hieron. Quæst. in Genesim scribit: *Exceptis Labâim (לְהָבִים Heb.) à quo Lybies postmodum nominati sunt, qui prius Phutai vocabantur; & Chaslôchim, qui deinceps Philistium appellati sunt, quos nos corruptè Palæstinos dicimus, ceteræ sex gentes ignota sunt nobis &c.* Sic scribit Moses Gerundensis: *Meā sententiā secundum sensum Scripturæ literalem fuerunt Casluchi habitatores urbis ita vocatae, in terra sive regione Caphtor, ubi erant Caphtorei fratres ipsorum: Et hi Caphtorei, qui erant de semine Casluchaorum, egrediebantur inde, ad querendum requiem, & relinquentes terram suam, וּכְבוֹשׁוּ לְהָם אֶרֶץ שָׁמָה פָּלָשָׁת וּנְקַרְאֻוּ אֶחָד' פָּלָשָׁתִים עַל שֵׁם הָאָרֶץ subjecerunt sibi terram, cuius nomen erat Pelescheth, & ab illa terra deinceps vocati sunt Philistai.* Sic ergo manent præcisè LXX. capita familiarum, quæ se in totidem diversas gentes dilatârunt.

43. Numerum hunc 70 Populorum probant Hebræi etiam ex loco illo Deut. 32. v. 8. *Quando hæreditates distribuit Excelsus gentibus, quando divisit filios Adam, statuit terminos populorum secundum numerum filiorum Israëlis.* At numerus filiorum Israëlis, qui ingressi sunt in Ægyptum, dicuntur septuaginta, Genes. 46. 27. & Deut. 10. 22.

Sic explicat R. Bechai in loco qui mox producetur, & in Deuteronomio fol. 224. col. 3. כְּשֶׁהָפֵרֶז וְקָבָר הַלְשׂוֹנוֹת לְהַצֵּב גָּבוֹלוֹת הַעֲמָם שֵׁם 'עַד לְמִסְפַּר בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יְוָדֵי מִצְרָיָם שְׁחוֹן 'עַד נְפָשָׁת לֹא בָּחֵר מִכּוֹן אֶלָּא יִשְׂרָאֵל Quando divisit Deus linguis ad statuendum terminos populorum, qui sunt 70. secundum numerum filiorum Israëlis descendientium in Aegyptum, qui fuerunt 70. anime, non elegit ex omnibus, nisi Israelem. Vide & R. S.

In eundem sensum prolixè explicatur ille locus in præfat. libri ט' ש' Schépha tal: *Quando hæreditates distribuit Excelsus gentibus, quando divisit populos, statuit terminos populorum;* ח' א' כ'ש'א'ל ו'ש'ב 'ה' נ' Versus iste est instar Dialogi, interrogationem continens & responsonem; & vult dicere; *Quando Deus hæreditates gentium distribuit inter principes superiores, qui hic cognominantur voce. נ' פ' Excelsi: quando divisit filios Adami primi, ut unusquisque esset populus singularis & peculiaris, quot Principibus (Angelis) distribuit eos, & in quo terminos terræ statuit terminos ipsorum?* Respondet versus; *Statuit terminos populorum secundum numerum filiorum Israëlis, hoc est, Ita statuit terminos populorum, ut unaqueque gens esset per se, unaqueque in termino suo, secundum numerum filiorum Israëlis, qui 70. erant, sicut dicitur Genes. 46.*

80 DISSE. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

27. & Deut. 10. 22. Ut summa responsionis huc redeat; quod pro unaquaque anima, vel respectu uniuscujusque animae diviserit & determinaverit populum peculiarem, suo certo & peculiariter Principi (Angelo) subjectum, 70. sc. populos 70. Principibus (Angelis) &c.

44. Septuaginta populorum mentio quoque fit in *Midbar rabbah*, id est Glosa magna in librum Numerorum fol. 253. col. 3. ubi comparatio instituitur inter Regem Salomonem, & Regem Messiam, his verbis: *לְמַה שָׁנִים מֵשָׁקְלֵי עָם אָוֹת שָׁנָה שְׁנָתֵם עַל כֵּן* i.e. Quare pondus ejus (Crateris sc. de quo Num. 7. 13. & saepius eo capite) 70. *siclorum*? eo quod regnaturi erant ambo isti (Rex Salomon & Rex Messias) super 70. *populos*, qui sunt à fine mundi uno, ad finem ejus alterum.

בריך שם ד"ר דרבנן ר' יתר משכען נא Benedicatum esto Nomen Domini, qui dilexit nos magis, quam 70. populos

45. Quod verò totidem etiam, hoc est, Septuaginta lingue, in familiarum istarum divisione, &c. in terræ diversas partes disperzione, extiterint, & natæ sint, Hebrei rursus inde ex Scriptura sacra deducunt & derivant, quod singulis posteritatibus subjicitur; juxta linguas suas; ut, JAPHETI; Ab his divisa sunt insulae (id est regiones) gentium in terras ipsorum, quæque juxta linguam suam, & juxta familias suas in gentes suas, Gen. 10. 5. CHAMI; Isti sunt filii Chami, secundum familias suas, & secundum linguas suas, in terris ipsorum, cum gentibus suis; ibid. v. 20. SCHEMI; Isti sunt filii Schemi secundum familias suas, & secundum linguas suas, in terris ipsorum, juxta gentes suas, v. 31.

46. Septuaginta harum linguarum, earumque secundum 70. populos nativitatis, frequens est in Hebræorum scriptis mentio:

ומספר: תתק"ז בנו של דבורי רוץ שביעים כמספר האומות הנמצאים בפרשת נח שם הלשנות היה לפ' דברי רוץ שביעים כמספר האומות הנמצאים בפרשת נח שם: י"ל לפת, כ' לחתם, כ' לשם שם שביעים: fuit secundum verba Rabbinorum nostrorum LXX.; secundum numerum sc. populorum, qui inveniuntur in sectione נח Noach, Genes. cap. 10. nempe; de Japheto 14. de Cham 30. de Schemo 26. qui summarim faciunt 70.

ואלה תולדות בני נח. Sic scribit R. Bechai in sectione fol. 20. colum. 2. מה שם וחתם: מן הכתוב זה עד פרשת ויהי כל הארץ שפה אחת ודברים אחדים נמצא איש בכון כולם תולדות של נח וכתיב בסוף הפרשה אלה משפחות בני נח לתולדותם בניויהם ומאללה נפדו הגויים בארץ אחר המבול: ומכאן יש ללמד כי שביעים אומות יש בעולם וכל אומה ואומה יש לה לשון בפני עצמה שחר' הכתוב הזה בא ולמד שנתפרק אחד איש לשלשו כלומר שקבוע לחם כל אחד לשון לעצמו: ולפיכך תמצא תולדות הפרשה הוזאת שביעים כננד שביעים נפש טירדו אבותינו למצרים: ומזה אמר

אמר הכתוב בהנול עליון ניס בחריריו בני אדם וכו': hoc est, Et istæ sunt generationes filiorum Noæ; Schem, Cham, & Japhet, Genes. 10. 1. *Ab hoc versu usq; ad caput undecimum;* Et fuit universa terra labii unius, &c. *invenies 70. viros, omnes de posteritate Noachi.* Et in fine cap. 10. *scriptum est;* Istæ sunt familiae filiorum Noæ, secundum generationes suas in gentibus suis: & ab ipsis divisæ sunt gentes in terra, post diluvium: unde discimus, quod septuaginta populi sunt in mundo, & unusquisq; populus habeat linguam peculiarem. Nam Scriptura ista docet, quod unusquisq; divisus fuerit secundum linguam suam, quasi diceret; unumquemq; sibi fixisse & constituisse Linguam peculiarem. Idcirco reperies generationes Capitis hujus Decimi, septuaginta, secundum nempe septuaginta animas, quibus descenderunt Patres nostri in Aegyptum. Hinc dicit Scriptura; Quando hæreditates distribuit Excelsus gentibus, quando divisi filios hominum, statuit terminos populorum secundum numerum filiorum Israëlis, Deuter. 32. ¶ 8. Hoc est, *Quo tempore divisi sunt homines in mundo* (de quo Genes. 10. 32.) *ab eo tempore statuit terminos populorum,* h. e. statuit Deus Benedictus in mundo septuaginta populos, secundum numerum filiorum Israëlis, descendientium in Aegyptum, qui fuerunt 70. anime.

Huc etiam facit quod ex *ג' h. e. Rabbenu Nissim*, adducit Abarbenel: הספה לטה זכורה תורה תולדות קצט בני יפת ולא זכורה תולדות קצטם וכן בבב' חם ובבב' שם זכר קצט תולדות מהם והשמשת קצטם הוא לפי' שהיה חולקתם כפי' חולקות הלשונות והענין מוכיח כן לפ' שהותם בכל אחד מהם ואמר איש לשלשונו למשפחות לשונות כי לא יחולק הלשונות ועל זה הצד היה מקובל אצל חז"ל hoc est, *Causa*, propter quam Lex generationum quarundam Japheti, Chami & Schemi meminit, quarundam vero non, sed nonnullas omittit, hac est; quod illæ divisoris secundum divisionem linguarum, id quod res ipsa arguit. Nam obsignat uniuscujusq; generationem his verbis, Quisq; secundum linguam suam; secundum familias suas, & linguas suas: quia eos non aliter divisi, quam secundum divisionem & distinctionem linguarum. Hinc per Traditionem receptum fuit apud Sapientes nostros beatæ memoriae, quod Lingua sint septuaginta. Quomodo vero Septuagenarius populorum numerus ex suprà posito Schemate extrahendus & supputandus sit, peculiarem hic Rabbenu Nissim habet sententiam, de quâ hic etiam Lectorem monere placet. Putat ille, patres in his genealogiis, quia in filiis comprehenduntur, non esse numerandos: horum autem sunt 10. Gomer, Javan, Cusch, Mizrajim, Cenaaan, Rabma, Arphachshad, Aram, Heber, Joktan. His vero detractis, super sunt duntaxat 60. Ad complendum igitur septuagenarium numerum, dicit, eos, quorum nomina in plurali numero ponuntur, esse duplicandos: Ideo enim in plurali numeroponi, quod singuli duas linguas habuerint,

& duas familias; simul tamen & coniunctimponi, quod linguae illae duæ essent affines, & exiguum haberent differentiam. Horum autem sunt 10. Kirtim, Dodanîm, Ludim, Ananîjim, Lehâvîm, Naphtûchîm, Patrôfîm, Caslûchîm, Kaphtórim, Pelischtîm: qui duplicati faciunt 20. Et sic iterum habetur 70. numerus.

Hinc est, quod Postellus scribit in libro de Etruria origine, fol. 136. editionis Florentinæ: *Inde à Spiritu factum est, ut post illos duodecim Patres antediluvianos, statim à diluvio septuaginta populi & linguae in universi orbis possessionem sint assignatae.* In Targum Jonathanis & Hierosolymitano Deuter. 27. ¶ 8. מִתְקָרֵי בָּחָד חֲקֹק וּמִפְרַשׁ תְּכַתְּבָן עַל אֶבְנֵי יְהוָה פָּתַגְמָה אֲוֹרֵיתָא הַדָּא id est, Et scribetis super lapides omnia verba Legis hujus Scripturā Sculptā & explicatā, lecta lingua unā, sed explicata Linguis septuaginta, Vide & Seder olam rabba cap. II.

Hinc scribitur etiam in Talmud, quod Assessores Cameræ judicialis Hierosolymitanæ, id est, Synedrii sive Senatus magni, debebant callere 70. linguas, ut quemvis ex toto mundo coram ipsis litigantem possent audire, intelligere & judicare, nec opus haberent interprete, à cuius fide vel starent vel vacillarent. Textus est in libro Sanhedrin De Judicibus & Judiciis, cap. 1. fol. 17. col. 1. his verbis: אמר ר' יוחנן אין מושיבין בסנהדרין אלא בעלי קונה ובעלי חכמה ובעלי קונה ובעלי כשפים ובעלים כשבעים : לשון שלא תה' סנהדרי שומעת מפ' התורונן : Inquit R. Jochanan, Non constituebant in Synedrio (Sive Senatu magno ex 70. Senioribus, quibus præsidebat Moses) nisi præditos statuā, præditos sapientiā, præditos affectu reverendo, præditos senectute, præditos scientiā magicā, & peritos Septuaginta linguarum, ut non opus habéret senatus audire quemquam ex ore interpretis. Quod hic dicitur de Scientia magicā, Hebræi in bonum accipiunt, non quod malitiam artis istius penitus scirent vel exercerent, sed ut arte eā abutentes (sicut Ægyptii faciebant) artemque suam subtilis cujusdam ac laudatæ naturalis scientiæ titulo defendantes, ipsi, tanquam periti judices, possent convincere, & vi legis ac scientiā juris, justâ morte afficere.

סְרוּדֵי מִזְשָׁבֵי מַרְדּוֹכָא in Talmud Megilla fol. 13. col. 2. מַרְדּוֹכָא fuit ex Assessore Cameræ ex Lapidibus casis, & fuit peritus 70. linguarum. Idem reperitur in Targum Estheræ cap. 2. ¶ 22.

Sic scribunt de Josepho, quod & ipse noverit 70. linguas, quod ex litera illa He arguesunt, quæ ipsius nomini inseritur Psalm. 81. ¶ 6. זְדֹת בְּיְהוָה טָמֵן Testimonium in Jephoseph posuit iud. Locus extat in Talmud Tractatu Sotah cap. 7. fol. 36. col. 2. ubi inter cætera: בָּא נְבָרַיאָל וְלִמְדוֹ שְׁבָעִים לְשׁוֹן Venit

Venit Gabriel, & docuit eum 70. linguas. Vide de Josepho etiam Jalkut in lib. 1. Reg. cap. 4. fol. 28. col. 2.

Sic de Salomone, & quibusdam aliis, quos ab omnigena Sapientia commendare volunt, scribunt, eos peritos fuisse 70. linguarum.

47. Sic multa passim leguntur apud Hebræos de Septuaginta Angelis, Principibus seu Præfectis 70. populorum. Indivulso enim vinculo tria hæc conjungunt, *Septuaginta lingua*, *Septuaginta populos*, & *Septuaginta Angelos*, illis præfectos; imò etiam *Septuaginta Architectos* molis Babylonicae. Bechai fol. 20. col. 3. א בונ' המגד' ח' שבעים *Audiri structores turris Babylonicae fuisse 70.* Exempla hujus rei videantur supra ex Targum Jonathanis & Capitulis R. Eliesaris, Th. II. Turrim quoque dicunt habuisse 70. gradus versus Orientem: & totidem ex opposito versus Occidentem, Bechai ibidem.

Hinc etiam est, quod R. Bechai scribit in Exod. cap. 15. fol. 82. colum. 4. ושבעים תמרים הם ע' מלאכים הסובבים כסא הכהן וממוןיהם על ע' אומות שבעים *כל אחד ואחד ממנה ע' אמות* hoc est, *Et septuaginta palma* (de quibus Exo. 15. 7. & Numer. 33. 9.) *sunt septuaginta Angeli circumdantes solium gloria, & prepositi 70. populis qui sunt in mundo, unusquisq; scilicet populo suo.* Sic legitur in Libro Fidei R. Schem Tof, portâ 8. cap. 2. ס' לשוונ'ת האמונה *ספר האמונה* R. Schem Tof, portâ 8. cap. 2. כמנין ע' שמות ורמי' בע' תמרים משונם וככגדן נמצאו סבב כסא הכהן ע' שרים בהם: *Unde verò sunt 70. lingue?* Secundum numerum 70. Nominum (Divinorum). Et indigitata sunt per 70. palmas diversas (Exod. 15. 7.) *Ex adverso etiam illarum inveniuntur circa solium gloria 70. Principes (Angeli) quibus subsunt 70. populi &c.* De 70. Nominibus Divinis quorum meminit, scribunt Cabalistæ, ut & de 70. Nominibus Legis, & Synagogæ Israeliticæ, & recensentur ab Augustino Justiniano, Episcopo Nebiense, ad Psalmum 119.

Et hæc est sententia Hebræorum de Linguarum numero.

48. II. Altera de Linguarum numero sententia est eorum, qui Divisio nem hanc in Septuaginta duas linguis factam volunt. Causa hujus rei non ita certa. Hoc extra dubium, quod numerum hunc quoque ex numero familiarum desumant: in modo verò numerandi variare videntur. Quicquid tamen sit, numerus hic ex Bibliis Græcis originem omnino traxisse videtur.

Patet hoc ex Clemente Alexandrino (Origenis Præceptore) qui Stromatō libro I. scribit: *Euporus autem, & alii multi Historici, & gentes & lingua dicunt Septuaginta quinque, cum audissent vocem Mosis dicentis: Erant autem omnes animæ ex Jacob 75. quæ descenderunt in Ægyptum. Videntur*

84 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

autem, ex veraratione, linguae seu dialecti, ut vocant, & sermones generales esse septuaginta due, ut nostra tradunt Scripturae (Græcæ sc.) Fiant autem alia per communionem duarum, vel trium, vel etiam plurium dialectorum.

49. Græci enim, qui LXX. Interpretum nomine appellantur, familiarum capita numerant 72. Nam superiori Catalogo adjiciunt duos Cainan, unum Schemi filium, vers. 22. alterum Arphachshadi filium, Schelachi patrem y. 24 qui duo in Textu Hebræo Genes. 10. non leguntur, nec in textu Chaldæo, aut ullo alio Scriptore Hebræo. Hi autem si 70. supra recensitis addantur, fient 72. Attamen alii aliter etiam & diversimode hunc numerum 72. supputarunt.

50. D. Augustinus quomodo supputarit, explicat lib. 16. de Civitate Dei, cap. 3. In summa igitur (inquit) omnes progeniti de tribus filiis Noæ, id est, 15. de Japhet, & 31. de Cham, 27. de Sem, fiant 73. Deinde sequitur Scriptura, dicens: Hi Filii Sem in tribubus suis, secundum linguas suas, &c. Unde colligitur, septuaginta tres, vel potius, quod postea demonstrabitur, septuaginta duas gentes tunc fuisse, non homines, &c. Quod 15. de Japhet numerat, cum Scriptura 14. duntaxat nominet, in eo secutus est exemplar aliquod Græcum, quod Elifam octavum filium Japheto adjectit. Sed aliae versiones Græcæ communes & meliores hunc Elifam non agnoscunt inter Japheti filios, ut & Textus Hebræus ac Translatio Chaldaica eum excludunt. Chamo 31. assignat, Philistæos fortè quoque pro peculiari populo recensendo: Schema 27. duos illos Cainan irreptios numerando, & Phalegum excludendo. Cur autem maluerit 72. potius gentes & linguas numerare, id explicat eodem libro cap. 11. ubi Phalegum excludit, & cum Hebero patre conjungit, quod isti duo unam familiam constituerint, & unam linguam, Hebræam scil. retinuerint. Phaleg enim in divisionem non venit, quod cum fieret divisio, ipse nasceretur, ac puer existens, nec familiam habere, nec familiæ in divisione propositæ author existere poterat. Ac tandem inquit: Quomodo igitur omnes filii, qui commemorati sunt trium filiorum Noæ, fecerunt singulas gentes, si Heber & Phaleg singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilitus, quod gigas ille Nimrod fecerit etiam ipse gentem suam, sed propter excellentiam dominationis & corporis, seorsim eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium atq. linguarum. Phaleg autem propterea commemoratus est, non quod gentem fecerit, (nam eadem ipsa est ejus gens Hebraæ, eademq. lingua) sed propter tempus insigne, quod in diebus ejus terra divisa est. Hinc etiam ibidem cap. 7. scribit: Ex illis igitur tribus hominibus, Noæ filiis, septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarata est, septuaginta due gentes, totidemq. lingue per terras esse cœperunt, quæ crescendo & insulas impleverunt. Idem in libro

libro De mirabilibus S. Scripturæ cap. 9. Linguis autem illas, ait, septuaginta duas esse, plurimi authores consentiunt, quia ad edificationem turris illius in terra Senaar, quæ nunc est Babylon, tot partes congregatas (alia lectio ; tot patres congregatos) fuisse dicunt. An autem præcisè septuaginta duo, structuræ istius authores vel consiliarii fuerint (nam operarios plures fuisse, vix est dubitandum) ac propterea in tot quoque linguas divisi sint, in medio relinquisimus. Sanè Epiphanius quoque contra hæreses lib. 1. Tomo 3. hær. 39. idem asserit, inquiens : *Et quandoquidem 72. tunc turrim edificantes, linguis dissipati sunt & confusi, & pro una quam neverant, ex voluntate Dei inspirati, alius aliam habuit.* Hebrai, ut suprà visum, & horum numerant septuaginta. Revertamur ad recensionem familiarium.

51. Epiphanius contra hæreses, libr. 1. Tom. 1. sic de numero linguarum & de genealogia filiorum Noæ scribit : *Quinta igitur generatio post diluvium, quum multiplicarentur jam homines, ex tribus filiis Noæ, per successionem filiorum filii geniti sunt septuaginta duo numero, Principes & Capitanei in Mundo.* Et mox : *Exstruunt autem turrim & edificant Babylonem, & non habuit complacentiam Deus in opere dementia ipsorum.* Dispersit enim & divisit ipsorum linguas, & unam in septuaginta duas distribuit, juxta numerum virorum tunc repertum. Et eodem libro, Tomo 3. ait : *Et facta est illo tempore Babylonis exstructio in terra Assyriorum, & turris quam edificabant.* Erant autem, circa hoc tempus, omnes viri 72. numero Duces & Capitanei : de genere Cham 32. de genere Japhet 15. de Schem 25. Et sic ipsa turris & ipsa Babylon facta est, & ex his dispersa sunt per omnem terram tribus & lingue. Unde apparet, illum in suppuratione filiorum Chami & Semi ab Augustino discrepare. Augustinus filios Chami numerat 31. Epiphanius 32. Augustinus filios Semi 27. Epiphanius 25.

52. Hebrei putant, Latinos & Græcos, 72. gentes numerantes, (quia de *אַנְשֵׁי אֶלְעָמָן* nihil sciunt) in censum traxisse Philisteos, & Assur, cuius mentione Genes. cap. 10. y. II. Hinc scribit R. Asarias in Meor enájim cap. 57. החפרש הזה בין לבניינו הוא לרעת' שם הכנינו במספרם אשור ופלשתים ולא בן אנחנו לא מה שראית' בפסקתו דבר' כהנא וכו' כי שם נמננו שם אחד לאחד ארבעה עשר לסת' שלשים לחם שששה צפזרים לשם שם סך שביעים זכבני חם דילג אשור hoc est, *Differentia hac inter ipsos* (Christianos sc.) *& nos, meā sententiā, inde proinanat, quod ipsi numero suo inserant Assur & Pelistim* quod nos non facimus, sicuti vidi in Pesikta Raf Cahana. Illic enim sigillatum & nominatum recensentur : de Japhet 14. de Cham 30. de Schem 26. qui faciunt summatis 70. In filiis Chami transiliuntur Assur & Pelistim, sicut diximus. Ita scribitur in Chronico Tzemach David : *וּפּוֹרִי הַגִּזְאִים מִן שֵׁם נֶפֶרְשָׁה גַּם לְשָׁנִי אֲמוֹת וְהַעַלְוָה מִסְפָּרָם לְשָׁבָעִים וְשָׁתָ' סָבִבָּם*

86 DISSE R. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

Christianorum supputarunt in recensione hac quoq; Assur & Pelistim pro duobus populis: unde ascendere fecerunt numerum suum ad 72.

53. Cæterum Numerum hunc septuaginta duarum linguarum & gentium approbasse quoque videtur D. Hieronymus. Unde Matth. 26. 53. ad verba ista; *Ut exhibeat mihi plures, quām duodecim legiones Angelorum*; scribit: *Una Legio apud Veteres sex milibus complebatur hominum.* Pro brevitate temporis numerum non occurrimus explicare, typos tantum dixisse sufficiat, nempe septuaginta duo millia Angelorum (in quod gentes hominum lingua divisa est) de duodecim legionibus fieri. Intellige, in septuaginta duas gentes & linguas, non in tot millia, quod ad Angelos duntaxat refertur.

Guido Fabricius Boderianus, in Praefatione N. T. Syriaci, ad Lectorem, in opere Regio: *Illa autem confusio, 72. linguarum diversa genera in orbem disseminavit, qui ob eam causam in 72. nationes divisus est, per totidem duces & viros principes ex filiis & nepotibus Noachi, qui 72. colonias ex Armenia Saga in variis mundi partes deduxerunt, ut universam terram, memorandā clade desertam, incolis & habitatoribus denuò replerent.* Quāquam non sum nescius, de numero nationum discrepare doctorum virorum sententias. Alii siquidem 70. tantum, alii 71. alii 73. alii deniq; 74. recensent. Communis tamen & magis recepta opinio, cūm inter Hebreos, tūm etiam Ecclesia Proceres, septuaginta duas enumerat, &c. Multa ibidem porrò subjungit ad confirmationem hujus numeri. Quod verò dicit, *Communem quoq; inter Hebreos opinionem 72. linguas numerare, id non credo vel unius Hebræi testimonio confirmari posse, qui constanter, uti vidimus, 70. populos, linguas, Angelos principes numerant.* Et in Praefatione Novi Testamenti Syriaco-Latini edit. Paris. An. 1584. Antequam turris Babel extruderetur, universa terra erat labii unius, Sanctæ videlicet & Hebraicæ Linguae: ex Confusione autem Babylonica ortæ sunt aliae septuaginta due, juxta numerum 72. Geniorum, qui totidem præcipuis nationibus mundi præsunt, uti Sapientes Hebrei testantur, & nos alibi fusi explicavimus. Quod tamen 72. dicit Genios esse, qui nationibus mundi præsint, nos paulò antè ex Hebræorum libris vidimus, quod tantum de 70. scribant.

Et hæc est altera sententia, Christianorum sc. Patrum de 72. linguis.

54. III. Cæterum ab his duabus sententiis, tam de LXX. quām de LX XII. linguis in Confusione linguarum natis, alii rursus gravissimi authores diversum petunt, & intermedium quasi amplectuntur sententiam. *Consensus* in eo, quod certum est, quod sc. plures & diversæ linguae sint inductæ, quarum pluralitatem Scriptura Confusionis, sive Confundendi voce indicat: diversitatem verò per ea, quod alter alterius sermonem non inteligeret. *Dissentio* verò est in Numero; quem certò definiti posse negant, ac pro-

ac proinde in incerto relinquunt; idque ob sequentes præcipue rationes:

Primo, quia enumeratio istarum septuaginta duarum personarum, totidem gentium capitum, non est constans:

Secundò, quia incertum, num tres liberi Noæ, Schem, Cham & Japhet, *illis additi*, 75. gentes & linguas constituerint, ut Euporus & alii quidam senserunt: tūm etiam ex eo, quod 75. animæ, ex Jacob egressæ, in Ægyptum descenderunt; vel *illis séjuncti*, unam quandam separatam gentem effecerint, atque superiorem numerum auxerint:

Tertiò, quia probabile non est, patrem à filio, fratrem à fratre sic fuisse distractos & segregatos, ut & terrā & sermone sibi deinceps peregrini & barbari fuerint.

Quartò, quia nemo potest efficere familiam, gentem vel posteritatem à se denominatam & propagatam, nisi per generationem alicujus sui filii, unde deinceps gens & posteritas ducatur. Quomodo ergo pater hanc, & filius aliam gentem effecit? aut certè pater, per alienam prorsus à se ascitam familiam, suæ genti & nomen & numerum dedit: aut si pater cum filio mansit conjunctus, decem de 70. decedent. Tot enim patres in superiori Catalogo, præter Schem, Cham & Japhet, leguntur. Inde Augustinus Heberum cum Peleg conjunxit. Et certè Peleg omnino cum Hebero in Syria mansisse deprehenditur, quod ejus nepotes, qui Abrahæ mi fuerunt majores, in Syria sive Chaldæa nati sint.

55. Sed placet hîc adscribere judicium eximii quandam Theologi, Francisci Junii, quod in Notis in principium capitil X. Geneseos his verbis legitur: *Singulas gentes, regiones & linguas, à singulis profluxisse, & per singulos fuisse distinctas, nullâ mibi ratione probari potest. Quin potius aliter se habere omnia, confirmant due rationes istae. Prior est à fine hujus historiae. Hoc enim proprium Mosis consilium non fuit, ut singularum gentium, regionum & linguarum ortus progressionesq; singulis istis capitibus tribueret, aut ipsorum familiis (nam quis nescit, ex familiis vicos, civitates, pagos, regiones, gentes propagari?) aut ut potius mundi propagationem curiosis mentibus prescriberet, quod non est officium sacra historiae, ut Apostolus ad Timotheum non obscurè indicat. Sed potius ad hoc faciendum, quatuor videntur fines ipsum adduxisse. Nam ita visum est Spiritui Sancto vim benedictionis Divina ostendere, tam brevi spatio multiplicantis genus humana num in tantum numerum: tūm etiam severitatem judiciorum Dei, disperdenter consilia eorum, qui sibi adversantur, & autores ipsos: præterea Israëlitas de agnatione propinquarum gentium certiores facere, & de hereditate ad ipsos per ventura ex maledictis gentibus; postrem autem piis omnibus viam commodiorem sternere, ad Historia Ecclesiastica & Scriptura Sacra intelligentiam, & errorum, somniorumq;*

rumq; humanorum in hoc argumento confutationem. Posterior autem ratio est ab historia ipsius forma. Nam ponitur quidem οὐ φαλαιώτας (ut Epiphanius eos vocat) septuaginta duo: hos autem si quis affirmet seorsim privatim sedibus habitavisse, & alio à se allegavisse posteritatem suam, quotusquisq; crediturus est? Præterea divisæ fuisse dicuntur regiones singula terrarum per familias gentium secundum linguam ipsarum, id est, unaqueq; gens ex familiis pluribus, & unaqueq; terra ex regionibus variis constitisse, quam in terram familie plures confluxerunt, seq; pro commoditate lingua conjunxerunt. Tum gens Canaanis (ut alias taceamus) minutatim in hac recensione describitur, finesq; angusti ejus exponuntur accuratissimè, quos fines unicâ linguâ fuisse usos, (plebejas enim dialectos hic non curamus) & Scriptura docet, & ratio analogia. Deniq; gentes alias maximas, regionibus, terris & linguis distinctas, aut reticeri planè, aut unâ solùm appellatione designari & perstringi constat, cùm tamen unica illa quamvis angusta Canaanæ tam accurate prescribatur. Quamobrem probabile minimè videri potest, eundem fuisse terrarum, gentium, linguarumq; numerum, tanquam si illi ipsi Patres, Schem, Cham & Japhet, ne terrâ quidem aut gente, aut linguâ cum suis posteris communicavissent, aut eorum alter cum altero. Haec tenus Junius.

56. Quænam autem Linguae fuerint ex Confusione ista ortæ, an item adhuc quædam hodiè ex illis supersint, quæque illæ sint, difficile est definire, eo quod & Nomina populorum ac regionum variè sint mutata, & Linguae quoque ipsæ varias mutationes passæ. Illas, quæ nomina retinuerunt a principibus familiarum dispersarum, admodum probabile est, originem suam ab hac Confusione ducere. Neque existimandum, linguas tūm ortas ita comparatas fuisse, ut ex æquo omnes inter se diversæ & differentes fuerint, nullamque inter se affinitatem habuerint; adeò ut si 70. aut 72. illæ linguae hodiè quærendæ essent, illæ tantum pro matribus habendæ essent, quæ novæ & planè diversæ ab aliis esse videntur. Quò enim populus aliquis populo Hebræo, Hebraicè loquenti, erat vicinior, eo viciniorem quoque linguam, vocibus & idiotismis loquendi propriis ad Hebræam accedentem, accepit & retinuit: quò quis ab eo remotior factus, sic quoque lingua ejus à matre Hebræa remotius recessit, adeò ut quām longissimè dissiti alium planè sermonem, & quasi barbarum sint locuti, qui non nisi rarissimè vestigium aliquod suæ matris referret. Sed de his agere nunc non est instituti nostri. Integrum hęc res Tractatum requireret.

III.

De Tempore Confusionis Linguarum.

57. Tertium Dissertationis hujus caput restat Chronologicum; ut vi-
delicet

delicet inquiramus, *Quando, vel quo tempore facta sit Confusio Linguarum?*

Novimus, in hac Quæstione varias & pugnantes esse. Virorum doctorum, tam Chronologorum, quam Theologorum sententias, quas inter judicium ferre, aut aliquid definire, longè majorum sit, quam nostrarum virium. Occasione tamen hîc se offerente, & id quasi efflagitante, de Quæstionibus istis intricatis, & partim etiam, D. Hieronymo, at quanti judicii Viro! judice *indissolubilibus*, pro nostrâ tenuitate, bonâ Lectorum veniâ, aliquid agemus, & ad illarum ulteriorem illustrationem, symbolam quoqne nostram conferemus; ita tamen, ut nemini quicquam præjudicatum aut præscriptum velimus: sed eò præcipuè tendat & dirigatur nostra opera, ut Sacrae Philologiae Studiosis istarum controversiarum difficillimarum gustum, quantâ fieri poterit perspicuitate, præbeamus & prælibemus. Nec velitandi aut digladiandi, sed nos ipsos exercendi causâ, in hanc Palæstram descendimus: & ut alios, ad veteranorum Athletarum pugnas majore fructu dijudicandas, præparemus.

58. *Quando Linguarum Confusio facta sit*, id Sacra Scriptura, et si obscurè nonnihil, indicat, quando ait Gen. 10. ¶ 25. לְעָבֵר יוֹלֵד שָׁנִי בְּנֵים שֶׁם הַאֲחֹד Et Hebreo nati sunt duo filii; *Unius nomen Pheleg (id est, Divisio) quia in diebus ejus niphlega Divisa fuit terra: nomen autem fratris ejus Jakob.*

Hæc *Divisio terra* simul de *Divisione Linguarum* accipienda est; quippe quæ causa fuit, ut Terra, id est, Homines in terra tunc viventes, prout linguis divisi fuerunt, ita in diversas terras & regiones quoque fuerint dissipati. Verbum enim Hebræum פְּלִיא Divide, hîc propriè de *Linguæ divisione* dicitur, ut & apud Davidem, פְּלִיא לְשׁוֹנוֹ Divide linguam ipsorum, Ps. 55.10. De Hominum autem *Dispersione* in varias terras, usurpatur Verbum גְּפֻרְגִּי Dispergi: ut, מְאַלֵּה נָפְצָה כָּל הָאָרֶץ Ab illis dispersa est universa terra, id est, Dispersi sunt habitatores in universam terram, Gen. 9.19. Item, בְּן נָפְצָה עַל וּמְשֵׁם הַפִּיצָם יְהֹוָה כָּל הָאָרֶץ Ne dispergamur in universam terram, Gen. 11.4. Et, Et inde dispersit eos Dominus in superficiem totius terra, Gen. 11.9.

59. Cùm ergò hic Peleg (vulgò Phaleg) à *Divisione Linguarum*, quæ sub ipso accidit, nomen habere videatur, quæritur, *Utrum sub Nativitatib; an sub Vita media, an verò sub Mortis ejus tempus, Divisio ista contigerit?*

Disperiuntur hîc Scriptores in tres sententias, quarum prima *Divisio-nem Linguarum* in Pelegi annum natalem ponit; altera eandem in ipsius Vitam, seu ætatem ejus medium: tertia in emortualem ejus annum rejicit.

60. I. Qui *Divisionem linguarum Initio vita PELEGI* adscribunt, moventur Nominis ejus Notatione. Volunt enim Peleg, sive Phaleg ab

90 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

isto Divisionis eventu nomen à Patre accepisse, quòd tunc, cùm Divisio ista fieret, aut paulò post, & quasi primus in pia illa Semi familia, à Divisione nasceretur, ut sic nomen ejus rei tam admirandæ & memorabilis perpetuum esset symbolum. Iste ergo hoc pacto explicant verba illa Moses; *quia in diebus ejus, hoc est, tempore nativitatis ejus נָפְלָה* in Præterito) *divisa fuit*, hoc est, dividebatur terra. Quorsum enim potissimum Nomen ipsi fuisse impositum, nisi eventus iste præsens Nomen illud patri suggestisset? Utique & in cæterorum omnium, qui cum ipso tum temporis vivebant, diebus ista Divisio contigit, sed non in die ipsorum Natali. Unde in hoc Pelego magis specialem aliquam causam, quam in omnibus aliis, oportuisse esse putant, quæ nulla alia, quam quæ nomine ipso exprimitur, esse potuerit.

Natus autem fuit P E L E G anno post Diluvium centesimo primo, siquidem præcisè insistamus literæ Historiæ Sacræ. Nam Sem filius Noæ genuit Arpachschadum anno post diluvium secundo: Arpachschad filium Schælach anno vitæ suæ trigesimo quinto: Schælach Heberum anno vitæ trigesimo: Heber Pelegum, anno vitæ trigesimo quarto, qui coniuncti faciunt annos 101. ut ex Genes. ii. liquet. Hoc ergo anno, qui Pelegi natalis fuit, aut eo tempore, quod ejus natalem annum proximè præcessit, Linguarum Divisio, & Hominum Dispersio facta judicatur.

In hac sententia fuit primò Hebræus Aben Esra in principio capititis II. Geneeos scribens: *וְהַפְלִגָּה הִיתה נָרָאת מִשְׁקָול הָדֻעַת כִּי אֶחָר שָׁנָה שָׁנָה* אחר המבול היהת ונקרא פלג כי בעת הולדו נפלגה הארץ h. e. Videtur ex equilibrio rationis, quòd centum annis post Diluvium Divisio facta, & Peleg ita dictus, quòd tempore nativitatis ejus Terra divisa fuerit. Idem tamen etiam mox allegat alteram sententiam ex Chronologia Hebraica, quam & nos postea adducemus, & in eam quoque inclinat, dum ait; *בְּמֹדֵם סָדֶר עֲזָלָם נְכֻנוּס וְלִלְלָם נְסִמָּן* Sed & Verba Seder olam recta sunt, & illi nos innitimus. Vide eundem ad §. 9. ejusdem capititis.

Huc inclinat quoque Josephus Antiquit. Judaic. lib. i. c. 7. scribens: Porro Heberus Juktam & Phalegum genuit, qui natus est, dum habitationes distribuerentur: nam hac vox Phaleg Partitionem Hebreis sonat.

S. Augustinus de Civitate Dei libr. 16. cap. ii. in eandem sententiam his verbis scribit: Dixerit aliquis: Si in diebus Phaleg filii Heber divisa est terra per linguas, id est, homines qui tunc erant in terra, ex ejus nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus antè communis. Sed intelligendum est, ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phaleg, quod interpretatur Divisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra divisa est, id est, ipso tempore,

pore, ut hoc sit quod dictum est: In diebus ejus divisa est terra, Genes. 10. Et paulo post: *Quandoquidem eo tempore, quo natus est Phaleg, divisa est terra.*

Mercerus in Comment. suis in Genesin: *Ego crediderim circiter illa tempora natum Phaleg, ut ideo hoc nomen ei sit datum, vel ab illo eventu postea sic dictum, ut forsan non statim nomina filii recens natis indebantur, sed postea ab aliquo eventu. Sanè sagacitate polluerunt, & vi ingenii excelluerunt veteres illi patres, ac sèpè prophetice filius nomen indiderunt, ut Lemech filio Noe supra. Verisimilius tamen videtur, sub tempus nativitatis Phaleg contigisse linguarum divisionem, aut paulo post, ut ex hoc eventu sit dictus ita.*

Wolfgangus Musculus in Comment. suis in Genesin; *Verisimilius est, inquit, è representi nominasse illum filium suum Peleg, propterea quòd in ipsa divisione terra prognatus esset. Et huic sententia simplicitas contextus adstipulatur. Non enim dicit, quòd in diebus ejus dividenda esset terra; sed, Quia in diebus ejus divisa est terra. Nec remorari debet quemquam, quod dicit, In diebus ejus. Nihil enim aliud est, quàm Circa dies nativitatis ejus. Alioqui si de annis vita ejus simpliciter loqueretur, non constaret ratio, quare terra in diebus hujus Peleg divisa diceatur; cum non in illius tantum, sed & aliorum, qui tum vivebant, diebus fuerit divisa.*

Postellus de Originibus cap. 20. Anno circiter 300. post diluvium, qui fuit vite Noachi plus minus nongentesimus, eo anno quo natus est Phaleg, abierunt in variis Colonias, divisò invicem orbe, filii Noe: ob idq; vocarunt illum unum Pheleg, quod Divisionem significat, ut suo nomine tam celebris facti memoriam conservaret.

In eandem sententiam eunt Matthæus Beroaldus, Guilielmus Perkin-
sius, Hugo Broughonus, David Pareus, Pererius, & complures alii Theo-
logi & Historicci.

61. At verò obstare huic sententiæ videtur; *Si Divisio in Nativitate ejus contigit, & natus statuatur anno post diluvium 101. ut primo intuitu Chronologia sacra refert, id est, Anno mundi creati 1757; quòd videatur nec credibile, nec possi-
ble esse, tam brevi tempore, id est, centum annorum spatio, tres stirpes in tantam hominum multitudinem erumpere, inq; tot gentium capita, familiarium diversarum authores & principes, dilatari potuisse, ut tot terras invaderent, tot nationes constituerent, tot deniq; mundi plagas cis & ultra mare occuparent atq; habitatori-
bus completerent.*

Sed respondeatur ab aliis ad hoc Argumentum; Dei benedictionem im-
mensam esse, quam pro gratuito suo beneplacito sic dilatare possit, ut
eam ratio humana non comprehendat.

Æquè incredibile fuit septuaginta homines, qui duce Patriarchà Ja-
cobo in Ægyptum descenderunt, ducentis decem aut quindecim annis,

quibus in Aegypto peregrinati sunt, in sexcenta millia excrescere potuisse, parvulis & miscellaneâ turbâ exceptis, Exod. 12. §. 37. Pauci quippe ingressi sunt Aegyptum, ut pluribus obedire, & jugum ipsorum ferre discesserent. Multiplicati sunt numerosissimè, ut hoc Aegyptiis causa esset eos dimittendi & expellendi, nisi ab hospitibus gratuitò exceptis & admissis superari vellent. Multi exiverunt, ut populos multos debellare, sedibus ejicere, exterminare, & penitus delere, hacque ratione illorum terram occupare possent.

Sic post diluvium Mundi restauratio, à paucis incipiens, citiore & libraliore augmento opus habuit, ut terra novis habitatoribus impleret, & mundus longè lateque occupari posset. Deus quippe talem benedictionem, de hominum incremento & repletione terræ, Noacho ejusque semini, ex arca diluvii ad terram inhabitandam egressis, binâ repetitione liberalissimè promiserat, inquiens: פָּרוּ וּרְבוּ וּמֶלְאֵ אֹתָהּ Fœtificate, & multiplicamini, & replete terram, Genef. 9. 1. Et mox: אַתָּה מִתְּפִלֵּחַ פָּרוּ וּרְבוּ שׁוֹרֵץ וְרָבֵ בָּהּ Vos ergo fœtificate & augete vos, abunde-progignite in terra, & multiplicate vos in ea, § 9. Minimè ergo mirum, hanc talem Dei benedictionem breviori tempore in nova Mundi restauratione completam, & supra judicium humanum efficacissimè in effectum productam fuisse.

Excipitur hic; Parrum post diluvium vitam, respectu Patrum antediluvianorum, fuisse duntaxat dimidiatum. Nam priores illi excesserunt octingentesimum, nonnulli etiam nongentesimum annum: At Arpachschad, Semifilius, primus post diluvium Patriarcha, vixit tantummodo annos 433. Heber Scheláchi filius annos 464. & hic quidem omnium eorum, qui post diluvium nati, diutissimè omnium vitam produxit.

Ergo in tantum homines augeri tam brevi tempore non potuerunt.

Ad hanc exceptionem respondent alii: primos istos ante diluvium, ut duplo longius vixerunt, sic quoque duplo tardius generare cœpisse: secundani verò post diluvium, ut dimidiatum vitæ terminum respectu priorum habuerunt, ita quoque dimidio citius liberos progenuerunt, & universam genitaram, ut historia Sacra testatur, accelerarunt. Nam anno trigesimo, & paulò ultrà, gignere cœperunt, cùm Adamus primus anno 130. Seth filius ejus anno 105. Enosch anno 90. & sic deinceps, primū genuerint. Quod ergo in primitivis gignendi tarditas in secula plura produxit, id in secundanis Patriarchis gignendi celeritas breviori tempore auxit, ut 70. gentium capita, quæ in divisione terræ extiterunt, suā profapiā evidentissimè demonstrant. Unde ex horum vita breviore, paucitas aut defectus evidentior nullus evinci potest; maximè cùm nova promissio Divina,

vina, de numerosa hominum fœtificatione & auctione, mundi post diluvium restauracioni adjuncta esset.

Et sic est primus Temporis articulus; Annus videlicet Pelegi primus, ad quem Divisio Linguarum refertur.

62. II. Altera sententia est eorum, qui tempore Media circiter vita Phalegi Divisionem hanc factam volunt.

Hanc sententiam tuetur primò Cornelius à Lapide in suis Commentariis, ubi eam septuagesimo ætatis Phalegi anno assignat: vixit autem Phaleg 239. annis.

Deinde propendet in hanc sententiam Augustinus Torniellus in Annalibus Sacris, sub Anno Mundi 1931. in assignando tamen anno, à Cornelio à Lapide dissentit. Refert enim ille hanc Linguarum & Gentium confusione, ad annum ætatis Phalegi 140..

At isti non satis hoc obstaculum removent; si ita se res habeat, quam ob causam potius Peleg ab hoc eventu nomen acceperit, quām cæteri complures; etiam fratres ipsius, qui cum ipso vivebant? Si specialis aliqua fuisset causa, Sacra Scriptura eam non reticuisse videtur; sicut in Sefer olam cap. i. dicitur, *אָם בְּאַמֵּץ יְמִין וְהַלֵּא לֹא בָּא לְסֶתֶם אֶלָּא לְפָרֵשׁ* Si in medio dierum ejus accidisset, Scriptura non absolvè & indefinitè, sed explicatiù & circumstantialiter id explicasset. Et in lib. R. Salom. Luriæ, fol. 6. col. 3. *אָם בְּאַמֵּץ יְמִין לְמַה קָרָא שֶׁל סְבִת הַפּוּעָנוֹת הַצְרוֹת שְׁהַעֲלוּם בְּבוֹרָחֵן מוֹה* אָם כִּנְיָשׁ תִּימָה בְּדָבָר וְלֹא בָּא הַכְּתוּב לְסֶתֶם אֶלָּא לְפָרֵשׁ וְלִכְרֹר לְמַה קָרָא אָתוֹ פָּלֵן. Si in medio dierum ejus diviso contigit, quare impositum est ei nomen à Peña & calamitate, quod homines fugere & vitare consueverunt? Mirum sanè hoc est, si ita se res habeat: nec indefinitè & absolutè hoc Scriptura enarrasset, sed clarè & disertè exposuisset, quare Peleg vocatus fuerit.

Argumenta quæ ex Sacra Historia proferunt, magna ex parte, tum ex iis quæ jam dicta sunt, tum ex iis quæ in seqq. dicentur, resolvi possunt. Unde sicut paucos aut nullos ex veteribus habent, quos ipsi hac in parte sint secuti: ita non multò plures fortassis nasci sunt, qui sequantur ipsos.

Quæ ex collatione Historiæ Sacræ cum Profana, à Belo (quem Nimrod esse volunt) & ejus successore Nino, illorumque tum vitae, tum regni, temporibus adferuntur, quæque illorum palmaria sunt argumenta, de iis alii judicent, num illa ita sint certa, firma, & solida, ut Sacræ Historiæ annales illis superstrui debeant aut queant.

63. III. Tertia Sententia est eorum, qui ultimo Pelegi anno Divisionem Linguarum adscribunt. Vixit autem Peleg annos 239. Unde sic Divisio linguarum incidit in annum à Diluvio 340.

94 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

Hæc communis est Hebræorum sententia, quam etiam multi ex Christianis docti Viri sunt amplexi:

64. In Chronico Tzemach David fol. 6. col. 1. scribitur; *Heber vocavit nomen filii sui Peleg* שֵׁל שְׁמַעַת הָעִתִּיד כ' בִּימֵי נֹפְלָה הָאָרֶץ propter id quod futurerat: *quia in diebus ejus divisa fuit terra.* Hinc dicitur in Seder Olam, quod Heber Propheta magnus fuerit.

בשנה א' אברהם אבינו בן מ' ח' שנה עשרה שנים קומות שמות נח היה דור הפלגה שנות נח נמשכו בו הארץ לשלשות בסוף ימ' טו של פלג Quando Abraham fuit 48. annorum, decem annis antequam moreretur Noachus, fuit Seculum Divisionis linguarum, quo terre inhabitatae fuerunt secundum linguas suas, in fine dierum Peleg, uti habetur in cap. 1. Tractatus de Sabbatho, & in Seder Olam. Idem traditur in Schalscheleth hakkabbalah.

Recentiores isti Chronologi hauserunt hanc suam sententiam ex Chronologia antiquiore Seder olam, cuius magna est apud ipsos authoritas. In ea cap. 1. in principio ista leguntur: מ' ח' שנה נמצאה נח' שנה עד הפלגה ש' מ' ח' שנה נמצאה נח' שנה אחר הפלגה עשר שנים אברהם היה בהפלגה בן מ' ח' שנה: אמר ר' יוסי נביא נזול היה עבר שקרא שם בנו פלג ברוח הקדש טנא' כי בימי נפלגה הארץ וננו' אם בתקופת ימי זה לא היה קתון ממנה והולד יג' משפחות ונתפלנו': ואט באמצע ימי זה לא היה קתון ממנה והולד יג' משפחות ונתפלנו: ואט בא' מ' ח' וזה לא בא' לסודות אלא לפרש ר' אין אמר כי נפלגה הארץ אלא id est, A' diluvio usq; ad divisionem (linguarum) sunt 340. anni. Invenitur autem Noach vixisse post divisionem annos decem: Patriarcha noster Abraham fuit in ipsa divisione filius 48 (mendoza sunt exemplaria, quæ habent מ' ח' 45.) annorum. Dixit Rabbi Jose: Prophet a magnus fuit Heber, quod vocavit nomen filii sui Peleg per Spiritum sanctum, sicut dictum est; Quia in diebus ejus divisa est terra, &c. Si fuit Divisio in principio vita ejus, nunquid foktan frater ejus fuit ipso natu minor, & tamen genuit 13. familias, quæ divisa fuerunt? Si autem accidisset in medio dierum ejus, certè non venisset (Scriptura) ad indefinitè determinandum illud, sed explicasset (scilicet circumstantialiter. Vide similem phrasim in Halichoth olam cap. 2. portâ 2. סת' in hoc usu non est Occultare; sed ex usu Rabbinico, Indefinitè & indeterminatè aliquid proferre, proponere: & פרש' ejus contrarium.) Quapropter nihil aliud dicit, quando ait; Quia in diebus ejus divisa est terra; nisi quod in fine dierum ejus Divisio acciderit. Hæc ibi.

65. Sententia autem hæc inter Hebræos videtur esse antiquissima, & per Traditionem longam inter ipsos recepta; cum propter ipsum Librum, hujusque Traditionis authorem, tūm quod & in ipso Talmud ejus vestigia manifesta deprehendantur.

Chronologiam enim istam *Seder olam rabba* volunt Hebræi scriptam esse

esse à R. Jose ben Chilpheta, qui vixit circa annum Christi 130. quique Præceptor fuit R. Judæ Sancti, authoris libri Mischnájos. Rabi Jose sanè mentio tum in principio, tum in fine libri. Videatur hac de re Tzemach David part. i. fol. 42. 2. Liber Júchasin f. 43. Schalschéleth fol. 31. col. 2. Gilberdus Genebrardus in præfatione hujus libri scribit, citari duntaxat à Rabbinis quadringentorum annorum, unde tūm ipse, tūm quidam alii, recentiorem ipsi aetatem, quām Hebræi, adscribunt. Certe in Talmud Babylonico in Gemara jam sit ejus mentio, & nonnulla inde citantur, quæ iisdem verbis illic reperiuntur. Videatur Talmud Jevammoth cap. 8. fol. 82. 2. & Nidda fol. 46. col. 2. & conferatur Seder olam rabba cap. 30. Absolutum est autem Talmud anno Christi 500. Ergo antiquior ejus memoria, quām Genebrardus voluit. Sed hæc obiter & אָגֶב אַוְרָחָא in transitu.

In Talmud quoque aliqua hujus sententiae vestigia reperiuntur. In Tractatu enim *Avóda sárah*, sive de Idololatria cap. i. fol. 18. col. 2. & 19. col. 1. legitur: אמר ר' יונתן אשר האיש אשר לא הלך בעצת רשותם זה אברהם אמר ר' יונתן אשר האיש אשר לא הלך בעצת גנשׁ דרו הפלגה שרשע'ם היו שנאמר הבה לנו עיר אבינו שלא הלך בעצת גנשׁ דרו הפלגה שרשע'ם היו שנאמר הבה לנו עיר h. e. *Dixit Rabbi Jonathan*; Beatus est vir, qui non ambulat in consilio impiorum, Psal. i. *Hujusmodi fuit Abraham Patriarcha noster*, qui non ambulavit in consilio virorum generationis Divisionis (linguarum) qui impii fuerunt, sicut dicitur; Age ædificemus nobis urbem, Gen. 11. Ergo voluerunt, Abrahamum jam vixisse tempore Divisionis, & per consequens, eam non in primum, sed novissimum Pelegi annum incidisse. An ad hunc locum forte respexit Abraham Sachuth in paulò antè allegato loco ex Juchasin, quando scripsit, sententiam hanc haberet in Talmud Tract. de Sabbatho cap. i. ut memoriæ lapsu unum Tractatum pro altero posuerit: nam in cap. i. de Sabbatho nihil hac de re legitur.

Idem traditur quoque in libro *Pirke R. Eliesaris*, (qui itidem circa illa tempora, paulò post destruetum Templum secundum, scriptus esse censetur) cap. 24. his verbis: וְעַכְרָא בָּרָה בֵּן תְּרֵחָ וְרָא אֹתָם בָּנוּנִים אֶת הָעִיר וּקְלָלִים בְּלֹעֲיוֹתָה פְּלֹגָה לְשׁוֹנָם וּמְאֹסָה אֶת דְּבָרוֹ וּכְזָבָה: h. e. *Transiens autem Abraham filius Therach, & videns ipsos edificantes urbem, maledixit ipsis in nomine Dei sui, & dixit*; Perde Domine, divide linguam eorum, Psal. 55. 10. *sed aspernati sunt Verbum ejus*. Sic proinde, cum apud alios quoque Hebræorum scriptores legitur, quod Abraham fuerit מַבּוּנִי הַמְגָל ex structoribus turris Babylonica: vel בְּדוּר הַפְּלָגָה in generatione Divisionis; non ita capiendum, ac si ipse quoque in illam molem consenserit, sed quod illo tempore jam vixerit. Vide & librum Cosri par. i. f. 49.

Ex his itaque Hebræi recentiores suam hac de re sententiam petiere,
quam

96 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

quam ex ipsis fontibus deductam repeterem & præmittere hic voluimus. Operæ pretium autem erit, eam paulò accuratiùs considerare & examinare, utpote valde receptam & communem.

66. In suprà positâ ergo Hebræorum Chronologiâ sciendum, duo præcipue ponî, quæ consideranda & attendenda;

67. Primum est, quod Abraham fuerit Thara patris sui primogenitus, & natus anno ipsius 70.

Fundamentum hujus sententiae est, quod Gen. II. v. 26. scriptum; וְיָלֹד אֶת אַבְרָם אֶת נֹחַ וְאֶת הַרְמָן שֵׁנָה כִּי תְּרֵה. Et vixerat Terach (vulgò Thare) 70. annis, & genuit Abramum, Nachorem, & Haranem. Hæc enim ita intelligunt, quod 70. anno Therach incepit generare, hosque tres filios eo ordine, quo recensentur, genuerit, 1. Abramum, 2. Nachorem, 3. Haranem.

Hoc sic posito, tūm supputatis annis, qui singulorum ætatis Gen. II. adscribuntur, ultimus annus Pelegi sive Phaleg fuit quadragesimus octavus natu Abrahami, & trecentesimus quadragesimus à diluvio: Nam Sem, Noæ filius, genuit Arpachadum biennio post diluvium: hic anno ætatis 35. genuit Schelachum: hic anno 30. Heberum: hic anno 34. Pelegum, sive Phaleg: hic anno 30. filium Rehû: hic anno 32. Serugum: hic anno 30. filium Nachor: hic anno 29. Therachum: hic anno 70. Abramum. Qui numeri invicem additi, faciunt 292. quorum ultimus ponitur natalis Abrahami. Jam verò detraetis 292. à 340. qui paulò ante positi, relinquuntur anni 48. quos Abraham habuisse dicunt, cum Peleg moreretur, & Divisio fieret.

Quia verò huic sententiæ obstare videtur, quod Genes. II. v. ultimo, dicitur Therach sive Thare obiisse in Charan anno ætatis 205. & sequenti cap. 12. v. 4. Abraham (mortuo nempe jam patre, ut ordo historiæ docere videatur) egressus ex Charan anno ætatis 75. qui cum superioribus 70. juncti, faciunt tantum 145. non 205.

Ideò dicunt, Abramum non demum post mortem Therachi patris ex Charan solvisse, sed 60. annis ante mortem ipsius.

Sic Abarbel in Gen. fol. 52. col. 2. addens; quia Therach negligentia quādam sponteñā non egressus fuerit ex Charan, Abramum, mandato divino iussum, inde profectum, Therachum autem cum altero filio Nachore Charris permanisse. Vide eundem fol. 54. col. 2.

Quod autem Scriptura Mortem Therachi præmitat egressus ex Charan; ἀπειστηκὼς esse factum volunt, & quidem ob hanc rationem, ne videretur Abraham parentes suos vivos & senio infirmos deseruisse, atque ita eum hono-

honorem, quem ipsis ex Lege Dei & naturae debebat, non ut par erat tribuisse. Hoc est quod scribunt: הקדים הכתב מיתתו של תrho קומ' יצאת אברם כדי שלא אמרו העול' לא קם אברם כבוד אב ואם שהניזו זקן הילך לו : וכל נן בשאר תולדותיו של שם :

h. e. Premitit Scriptura narrationem mortis Therachi egressai Abrahami ex Charan, ne homines dicerent, Abraham non observat Legem de honorandis Parentibus: deserit enim parentem suum senem: Idcirco premittendam judicavit mortem Therachi, quod in ceteris Semi generationibus non fuit factum. Vide R. Bechai sub finem sectionis 22.

68. Alterum, quod in superiore Hebræorum Chronologiâ considerandum, quodque proprius praesentem scopum de Tempore Confusionis Linguarum attingit, est hoc, quod Peleg sive Phaleg fuerit primogenitus Heberi, & frater ejus Joktan natus minor: Probant id eo; 1. quod Peleg primus recensatur: 2. quod Joktanus 13. reliquerit stirpes, quæ in divisionem terræ venerunt, quod impossibile esse judicant, si ipse primogenitus statuatur; cum Peleg natus sit anno patris sui 34.

Ex hoc ergo fundamento sic arguunt, Divisionem Linguarum in ultimum Pelegi annum, id est, Abrahami 48. & 340. à diluvio, incidisse; Cùm Joktanus, frater Pelegi junior, tredecim reliquerit filios, totidem familiarum & gentium capita, quæ in Divisionem terræ Genef. 10. annumerantur, quibus etiam amplissimæ & nobilissimæ Orientis terræ sunt assignatae; hæ quoque tredecim stirpes justum annorum tempus postularunt, quibus & nasci, & se in nepotes propagare potuerint, ut dignæ habitaæ fuerint, quæ in Orbis divisione recenserentur. Hæc ergo cùm nativitatem Peleg sint consecuta, Confusio linnguarum & Divisio terræ non aliò, quam ad annum Pelegi emortualem referri potest.

Huic verò sententiæ quia Nomen Peleg sive Phaleg obstat videtur, quod ipsi à Divisione Linguarum & terrarum fuit impositum, quæ 239. annis demum post ipsius nativitatem contigit;

Ideò dicunt, Heberum, cùm filio Peleg nomen imponeret à Divisione; Prophetam egisse, quod ex sancto vaticinio per Spiritum S. cognoverit, quæ demum post 239. annos eventura erant, & filii mortem perpetuo symbolo consecratura. Sic R. Jose in Seder olam, Ber. rabba cap. 37. & alii.

Abarbenel alias etiam hujus appellationis rationes esse potuisse scribit: נקרא פֶלְג אָם שֻׁרְאָה שָׁם בְּחִמְתּו הַעֲתֵיד וּבִמְזִי תְּפִלְגָה הָאָרֶץ וְלֹכַן נִקְרָא כָּנָף Vocatus est, inquit, Peleg: vel quod Heber sapientia sua previderit quod futurum erat, Divisionem nempe terre in diebus ejus: או שקראוו לכבה אחרות וכאשר ראו שבימי נפלגה הארץ אמרו שמו הורה על זה וכמ"ש עשו ה כי קרא טו יעקב ויעקבני לא

שנקרא בן מפני זה אל לא שכasher היה המשחה ייחסחו אל שמו שמו ח'יב שט
*Aut fieri potest ut propter aliam aliquam causam sic vocatus fuerit: cum vero vide-
 rent, in diebus ejus terram fuisse divisam, tum demum dixerint, Nomen ejus hujus
 rei omen fuisse: (sicut Esau de Jacobo dixit, Verè nomen ejus vocatum fuit
 Jacob (Supplantator) supplantavit enim me, &c. Gen. 27. §. 36.) Non quòd
 proptere a ita vocatus fuerit: sed cum res hac ita eveniret, attribuerunt eam nomini
 ipsius, quasi singulari fato vel instinctu tale id accepit: אֲוֹ שְׁכָשֵׁר נְפָלָה הַאֲרָץ אֲזֶן קָרְאוּ שְׁמוֹ פָּלָג לִוְכָרְרֵן הַמְּאוּרֵעַ וְכָכֶרֶת יְרֵה עַל וְהַ אָמְרוּ שְׁמוֹ פָּלָג כִּי בַּמִּזְרָחָ נְפָלָה הַאֲרָץ
 aut quòd tunc, cum Terra divideretur vel divisa
 fuisse, eum Peleg vocarint, ad memoriam illius eventus. Hoc docere videtur, quod
 dicitur; Peleg כ' quia in diebus ejus divisa fuit terra; quasi diceret, Quan-
 do vel cum Terra divisa fuit, sic vocarunt nomen ejus, &c. Ita enim כ' aliquando sumitur pro
 כאשר*

Hujus sententiae videtur fuisse S. Hieronymus in Quæstionibus seu Traditionibus in Genesim, scribens: *Heber, à quo Hebrai, vaticinio quodam filio suo Phaleg nomen imposuit, qui interpretatur Divisio, ab eo quòd in diebus ejus lingua in Babylone divisa sunt.* Et D. Chrysostomus Homil. 30. in Genesim: *Considera, inquit, quonodo signi non multò post futuri præscientiam, vocabulo nati pueri indidit, ut cum videris rem opere adimpletam, non ultrà mireris, yidens divinitus hoc pueri nomine predictum.* Lyranus ad hunc eundem versum: *Ex hoc dicunt Hebrei, quòd Heber habuerit Spiritum Prophetie, quia imposuit nomen filio suo ex divisione terra quæfutura erat.*

69. Et sic est Hebræorum sententia, brevisque & summaria ejus explicatio. Sed excutiamus eam paulò accuratiùs, & duo illa, quæ in ea notanda & consideranda diximus, ad ulterius examen revocemus, ita tamen ut, cum magni ex Christianis viri in eam quoque inclinent, nemini præjudicemus, nemini dicam scribamus, multò minus cum quoquam certamen hujus rei causâ instituamus.

70. Primo ergo queritur; *An Abrahamus natus sit anno patris Thara vel Therachi septuagesimo, ac proinde quadraginta octo annos, ultimo Pelegi anno, quando divisio facta dicitur, habuerit?*

71. Hebræorum & multorum aliorum, hanc esse sententiam, & quidem Sacrae historiæ fundamento, uti putant, innixam, vidimus.

At contrà non desunt gravissimi quoque Scriptores, qui *Abrahamum non septuagesimo, sed centesimo trigesimo patris Terachi anno, natum esse censem.*

Nituntur & hi Sacrae Scripturae authoritate, atque ex ea sententiam suam firmare conantur;

*Et primò quidem, quòd simplex historia Mosis hoc docere videatur,
 quæ*

quæ primò mortem Therachi patris in Charan recenset cap. II. v. ultim. deinde statim ei cap. 12. §. 4. exitum Abrahæ in Charane subjungit anno ætatis ejus 75. Unde, cùm Tare vixerit 205. Annos, sequitur Abramum natum esse anno ejus 130.

Secundò, quod Stephanus, testis inter Christianos omni exceptione major, in Actis Apostolorum, aperte satis hujus historiæ seriem ita explicat. Ita enim Act. 7. §. 2, diserte scribitur; *Ipsè verò (Stephanus) respondit: Viri fratres & patres, audite: Deus ille gloria apparuit patri nostro Abrahamo, quum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret Charris, & dixit ei; Exi è terra tua, & ex cognatione tua, & abi in terram quam ostensurus sum tibi. Tunc exiit è terra Chaldaeorum (quam antea Mesopotamiam vocavit) & habitavit Charris, Et illinc, postquam pater ejus mortuus est, translulit eum Deus in terram hanc (Canaan) in qua vos nunc habitatis.* His sanè verbis hanc historiam, apud Scriptores adeò controversā, dilucidè satis explicare videtur Vir sanctissimus:

Primum dicitur hic Deus Abrahamo *apparuisse in Mesopotamia*, (quam mox etiam Terram Chaldaeorum vocat, id est, in Ur Chaldaeorum) & mandatum exeundi, patriamque suam & cognatos relinquendi, ipsi dedisse *antequam habitaret Charris.* Quorsum ergo disputatur, An in Ur Chaldaeorum, an in Charris, Abrahamus mandatum divinum de egressu primò acceperit?

Deinde dicitur *exiisse è terra sua & cognatione sua.* Terra natalis ipsi erat quam Stephanus Mesopotamiam & Chaldaam vocat (quod propter viciniam una sub altera comprehendetur): Patria oppidum *Ur*: hic accepit primò mandatum, & ideo hinc egressus est.

Tertiò dicitur *habitasse Charris, sive in urbe Charran*, quæ in Mesopotamia sita erat. Habitavit ibi aliquandiu, non ut mandato Divino de adeunda terra Canaan reluctaretur, sed ut parentis senio confeeti, quieti gratificaretur, qui jam ducentorum quasi annorum erat.

Considerunt autem ibi per annos circiter quinque, ita ut egressus Abrahami ex patria Ure præcisè inciderit in annum vitæ ejus septuagesimum. Ab hoc enim anno Israélitæ (ipsi & patres ipsorum, ut LXX. Græci explicant) dicuntur in Ægypto peregrinati per annos quadringentos triginta, Exod. 12. §. 40. ad Gal. 3. 17.

Nempe ab hoc egressu ex Ure Chaldaeorum ad exitum ex Charris anni 5. (unde suprà dictus fuit anno vitæ 75. Charris egressus) & inde ad annum vitæ ejus centesimum (quo ipsi natus fuit Isaac, Gen. 21. 5.) anni 25. qui duo termini (5. & 25.) faciunt annos XXX. A' nato Isaac usque ad exitum Israélitarum ex Ægypto anni 400. Nempe ab Isaaco ad nativita-

100 DISSE. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

tem Jacobi anni fuerunt 60. Genes. 25. 26. A` Jacobo ad ingressum in Ægyptum, anni 130. Gen. 47. 9. In Ægypto commorati per annos 210. qui tres termini præcisè faciunt annos CCCC. Hinc Deus ad Abramum dixit: *Scito certò, peregrinos fore posteros tuos in terra aliena, & servient ipsis, affligerentq; ipsos per annos quadringentos*, Genes. 15. v. 13. Quod Stephanus repetit Auctor. 7. 6. in quo loco Abrahami peregrinatio triginta annorum exclusa est, quod ista ad Abrahamum verba duntaxat de ejus semine, quod in Esau & Isaaco incepit, tunc dicerentur. Unde pater, Abrahami peregrinationem initium habuisse anno vitæ ejus septuagesimo, quo ex Ure patria exiit, & Cananæam est ingressus, ac non longè post, fame pulsus in Ægyptum abiit, Genes. 12. 10. Inde ad Isaacum, qui etiam in Ægyptum tendens, Gerari peregrinus substituit, Gen. 26. v. 1. anni sunt 30. à quo, ad exitum ex Ægypto, anni 400. qui coniunctim faciunt dictam peregrinationis summam annorum 430. Possunt etiam triginta anni claudi in quinto Isaaci anno, & inde initium fieri quadringentorum annorum; quod tunc prædicta seminis Abrahami afflictio, *primùm* in Irrisione illa inciperet, quâ Ismael fratrem Isaacum derisit & afflixit; *deinde* in expulsione Ismaëlis & matris Hagar, Gen. 21. 14.

Quartò dicit Stephanus in suprà citato loco; *Deum transtulisse Abramum ex Charris, postquam mortuus esset pater ejus*: quod cum eo convenit, quod Moses exitum ejus morti patris illico subjunxit. Non ergo sexaginta annis ante obitum patris Charris discessit, patre deserto, ut Hebræi volunt. Propterea enim disertis verbis mortis Therachi meminisse videtur Scriptura, ut constaret, Abrahamum non reliquisse patrem suum vivum in Charan. Quod si autem 70. Therachi anno Abrahamus natus statuat, tum necesse est, ut post discessum ejus è Charan, septuagesimo quinto vitæ anno, Therach pater sexaginta annos amplius vixerit.

Ex quibus omnibus consequitur, Abrahamum sub obitum parentis Tharæ fuisse duntaxat septuaginta quinque annorum, quando è Charris egressus est in Cananæam, ac proinde natum anno patris centesimo ttigesimo, non septuagesimo, ut Hebræorum Chronologia habet.

Variè student hæc doctissimi Viri conciliare cum superiore sententiâ;

Primò sunt complures, qui expendendum hic putant verbum *Melāxnev*, quo Stephanus utitur, quando dicit, *Melāxnev w̄v, Transtulit eum*; Dicunt enim, non eam esse Stephani mentem, ut dicere voluerit, Abrahamum primùm à Deo ex Charan esse eductum, postquam mortuus esset Thare; sed tūm demum in regionem Cananæorum tanquam colonum translatum & collocatum, qui ante patris mortem magis ibi peregrinatus esset,

quām

quām habitasset: Verbum enim Melāxne significare propriè Colonum fecit: Unde distinguunt inter Peregrinationem & Incolatum.

Deinde aliam conciliationis rationem quæsivit Cl. Vir Ludovicus de Dieu, in Animadversionibus in Acta Apostol. in sequentibus verbis, *εἰς τὰς τὴν γῆν εἰς τὸν οὐρανὸν κατεβάντες* In terram hanc, in qua vos nunc habitatū; quasi nempe illis verbis non innueretur terra Canaan universem, sed speciatim ea pars, quæ tribui Judæ cesserat, in qua Judæi, quos Stephanus Hierosolymis alloquebatur, tūm habitabant, adeoque specialissimè habitatio Abrahami in Mamre, & quidem postquam empto ibi, propè Hebron in medio tribus Judæ, agro, firmam sedem illic fixit, quod non nisi mortuo patre Thare contigisse, ex historia colligatur. Sed nescio an non nimis subtilia & coacta ista videri possint, neque satis in Scriptura fundata, ut non eadem facilitate, quā affirmantur, negari possint.

Denique non deest etiam, qui breviūs nodum hunc secat auctoritate Codicis Samaritani, in quo Theracho pro 205. non nisi 145. anni vitæ tribuuntur, qui numerus si sit genuinus & authenticus, nulla est difficultas, nec ullo vel Oedipo vel Thisbite alio opus. Nam Abrahamus natus dicitur anno Tharæ 70. & 75. ætatis suæ anno egressus; qui duo numeri inter se additi faciunt 145. ætatem scilicet Therachi. Sed neandum, vel Hebræis Codicibus sua auctoritas adempta aut satis imminuta, ut ab illorum lectione recedere, vel Samaritani illius codicis auctoritas sufficienter asserta, ut ei accedere & assensum largiri queamus. Nam in pluribus aliis ab Hebræo differt circa Patriarcharum tempora, ut videre est apud Doctissimum Virum Johannem Seldenum, Anglum, Præfat. in Marmora Arundeliana. D. Augustini judicium est, *varietatem annorum inter 70. Gracos & Hebraeos non corruptioni textus Hebrai sed Graci tribuendam, ac proinde in istiusmodi discrepantiis potius ei lingua (adde & Scriptura) credendum, unde est in aliam per interpretes facta translatio.* Vide eum libr. 15. de Civitate Dei cap. 13. Idem ejus procul dubio judicium fuisse de discrepantiis inter Pentateuchum Hebræum & Samaritanum. Pergamus.

Porrò, si anno Abrahami quadragesimo octavo facta esset Divisio, quomodo anno ejus septuagesimo, quando ex Chaldæa est egressus, annis scil. viginti duobus, potuit fieri tam celebris & insignis amplissimorum regnum, terrarum, regionumque constitutio, ut jam fuerit terra Chaldæorum, unde dicitur egressus; *Syria Mesopotamia*, in qua cum patre substituit; *Cananæa*, in qua habitavit; *Aegyptus*, in quam tempore famis profugit, & alia similia Austris & Orientis regna nobilissima, ut non jam paucis annis, sed integris seculis, orbis partitio facta fuisse & substituisse videri possit?

quomodo tempore tam exiguo tanta hominum multitudo tot terras & regna longè lateque replevit?

Adhæc communis est Interpretum Hebræorum & Christianorum sententia, Saram uxorem Abrahami, fuisse Haranis fratri Abrahami filiam, & sororem Milchæ, ex illo quod legitur Gen. ii. v. 29. *Duxerunt quoq; Abraham & Nachor sibi uxores, nomen j; uxoris Abrahami fuit Sarai; nomen vero uxoris Nachoris, Milca filia Haranis patris Milchæ, & patris יְשָׁקָה Fiske.* Hanc Fiskam fuisse Saram Interpretes communiter docent. Ex Christianis Interpretibus vel unus testis sit Hieronymus, in Quæstionibus in Genesin his verbis scribens; *Haran filius Tara, frater Abrahami & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai, cognomento Fiskam οὐάριον.* E' quibus Melcham uxorem accepit Nachor, & Sarai Abrahamus: necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptia fuerant lege prohibita, qua in primis hominibus etiam inter fratres & sorores initæ sunt. Sic & Augustinus de Civitate Dei libr. 16. cap. 19. & contra Faustum lib. 22. cap. 35. Talmudici in libro Megilla fol. 14. col. 1. שָׁרָה יְשָׁקָה Fiska est Sarah, &c. Et hanc sententiam posteriores omnes sunt amplexi.

Jam, si Abraham septuagesimo anno patris Therachi fuit natus, tunc sequitur, Haranem, fratrem Abrami, genuisse Saram, uxorem Abrahami, anno ætatis suæ nono. Decennio enim Sara Abrahamo fuit junior, ut ex Abrahami verbis patet, quando dixit: *An nato centum annos nasceretur proles? an etiam Sara nata nonaginta annos pariet?* Genes. 17. 17. Si porrò Abrahamus statuatur primogenitus Therachi filius, natus anno patris septuagesimo, & Haran secundogenitus, natus anno patris septuagesimo primo, tunc necessariò Saram genuit anno nono post: alioqui Sara non dicetur Abrahamo decennio junior: quod si verò Haran statuatur Abrahami frater junior, natus post Nachorem fratrem anno patris Tharæ septuagesimo secundo, tunc sequitur, eum genuisse Saram anno vitæ suæ octavo, quorum utrumque est absurdum.

72. *Ut quid ergo, dicat aliquis, Abraham hic & alibi in genealogiis primo loco ponitur?*

Ad hoc respondent doctissimi Interpretes, absurditatem scilicet illam nimium præcocis genituræ Saræ animadvententes & declinantes, Abrahamu[m] fuisse fratrum suorum natu non majorem, sed minorem, ac proinde nullo modo natum anno patris septuagesimo; sed Dignitatis tantum causâ primo loco positum.

73. Ex Christianis Interpretibus est B. Augustinus, qui in Quæstionibus super Genesin Qu. XXV. quæstionem hanc controversam prolixè tractans,

tractans, inter cætera ita scribit; *Potest & sic solvi, quoniam Scriptura, quæ dixit;* Cùm esset Thare annorum septuaginta, genuit Abraham, & Nachor, & Haran; non utiq^z hoc intelligi voluit, quia eodem anno septuagesimo atatis sua omnes tres genuit; sed, ex quo anno generare coepit, eum annum commemoravit Scriptura. Fieri autem potuit, ut posterior generatus sit Abraham, sed merito excellentia, quā in Scripturis valde commendatur, prior fuerit nominatus, sicut Propheta priorem nominavit minorem; Jacob dilexi, Esau autem odio habui, Malach. I. Et I. Paralip. 4. cùm sit quartus nascendi ordine Judas, prior est nominatus, à quo Judaica genti nomen est datum propter tribum regiam, &c. Videatur ibi ulterius.

Procopius Gazæus Sophista Coment. in Genes. cap. II. Verūm enim verò mibi eluescere satis videtur, Tharam genuisse Abrahamum non instanti anno septuagesimo, sed eo perfectè completo. Nec etiam continuò, ubi ille annus finem accepit, natus est Abraham: sed demum 130. anno Tharae. Nec Moses recordatur Abrahami, ut inter primogenitos eum connumerari velit: sed ejus meminit, ut primi & præcipui, & filiorum celeberrimi, qui vel in primis necessarius sit ad presentis historiae relationem.

Nicolaus Lyranus: *Tantum nominatur primò propter ejus dignitatem, & quod ponendus erat caput & stipes generationis sequentis, & quod primò facta est ei re promissio expressa de Christo, &c.*

Sic Cajetanus, Cornelius de Lapide, Pareus, & multi alii recentiores.

74. Ex Hebræis interpretibus illustres hīc sunt prisci sapientes Talmudici, in libro Sanhedrin cap. 8. fol. 69. 2. Locum, quia insignis est, & haec tenus à nullis nostrorum, quod viderim, transcriptus, integrum ipsi summet Talmudicurum verbis adducam, quæ ita habent: תְּרֵחָה תֹּולֶדֶת אַבְרָהָם נָדָל מִנָּחָר וּמִנָּחָר נָדָל שָׁנָה שָׁנָה נָמָא אַבְרָהָם נָדָל שָׁתִי שָׁנִים מִחְרָן: וְכַתֵּב וְקַח אַבְרָם וּמִנָּחָר לְהָם נְשָׁמָה אֲשֶׁת אַבְרָם שָׁרֵי וְשָׁמֵשׁ אֲשֶׁת נִחוּר מִלְכָה בְּתַהְרָן אֲבִי יִסְכָּה: אָמַר רַבִּי יְחִזְקִיל יִסְכָּה וּוּשְׁרָה: וְלֹמַד נִקְרָא שְׁמָה יִסְכָּה שָׁפֹוכָה בָּרוֹחַ הַקּוֹדֶשׁ: וְהִינֵּנוּ דְכִתְבֵּב כָּל אֲשֶׁר תֹאמֶר אַלְיךָ שָׁרָה שְׁמָעַ בְּקוֹלָה: דְבָר אַחֲרָה יִסְכָּה שָׁחַל סְכוּמָה בַּיּוֹתְרָה: וְכַתֵּב וְיַפֵּל עַל פְּנֵי יְחִזְקִיל וְיִאמֶר בְּלִבְוֹ הַלְבָן מָה שָׁנָה יִלְדָּל וְאַם שָׁרָה הַבָּת תְשִׁיעָם שָׁנָה תַלְדֵה: כִּמֶּה קָשִׁישׁ אַבְרָהָם מִשְׁרָה עַשְׂרֶה שָׁנִים וּקְשִׁישׁ מִאֲבָתָה תְּרֵתִין שְׁנִינָה אֲשֶׁתְכָה כִּי אַוְלָה הָרָן לְשָׁרָה בְּתַמְנִי אָוְלוֹדָה: מַמָּא דְלָמָא אַבְרָהָם זֹוטָא דָאָחוֹתָה הַוָּה וְדָרָךְ חַכְמָתֵנוּ קָא חַשְׁבֵּי לְהָזָן קָרָא דָרָךְ חַכְמָתֵנוּ דְכִתְבֵּב וְתִי גַח בְּנֵחַטְמָשׁ מָאוֹת שָׁנָה וַיָּלֶד נָח אֲתָ שָׁם אֲתָ חָס וְאַתָּ יִפְתַּח: שָׁם גָדוֹל מִזְמָה שָׁנָת גָדוֹל מִיפְתַּח שָׁנָה נָמָא שָׁם גָדוֹל מִיפְתַּח שָׁנִים: וְכַתֵּב וּנְח בְּנֵי שָׁשׁ מָאוֹת שָׁנָה וְחַמְבָל הַיָּה מִסְעֵל הָאָרֶץ: וְכַתֵּב וְאַלְהָה תְּלֻדוֹת שָׁם שָׁם בְּנֵי מָאת שָׁנָה וַיָּלֶד אֲתָ אַרְפְּכָשֶׁד שְׁנִיתִים אַחֲרֵי המִבְּלָל בְּנֵי ק' שָׁנָה בְּרֵי מָאת וְתְּרֵתִין שְׁנִינָה הַהָא אַלְךָ יְהִי חַכְמָתֵנוּ קָא חַשְׁבֵּי לְהָזָן הַהָא נִמְיָה דָרָךְ חַכְמָתֵנוּ קָא חַשְׁבֵּי לְהָזָן: Istae sunt generati o-

nerationes Thærach: Thærach genuit Abramum & Nachorem, & Haranem, Gen. ii. 27. Si jam Abram sit Nachore major anno uno, & Nachor major Harrane anno uno, reperitur, Abramum majorem esse duobus annis Harrane. Scriptum etiam est: Et acceperunt Abraham & Nachor uxores sibi, & nomen uxoris Abrami fuit Sarai, nomen verò uxorii Nachoris, Milcha, filia Haranis patris Milchæ, & patris Jiskæ, §. 29. Dixit R. Isaac: *Jiska est Sara*: quare autem vocatum fuit nomen ejus Jiska? *סוכרא*? quia *סוכה* contemplatur per Spiritum Sanctum, juxta id quod scriptum est; Quicquid dixerit tibi Sara, auscultato uoce ejus, Genes. 21. 12. Ratio alia: *סוכרא*? Jiska vocatur, quia *סוכן* Sóchin intuebantur omnes pulchritudinem ejus. Scriptum porrò est: Et procedit Abram super faciem suam, & risit, dixitque in animo suo, An nato centum annos nascetur proles? & an Sara nonagenaria pariet? Gen. 17. §. 17. *Quanto senior erat Abram Sarà*? decem annis. Et quanto senior patre ejus? duobus annis. Sic invenitur, quod genuit eam Haran anno octavo. Unde id? num forte Abram natu minor fuit fratribus suis, & ratione sapientie ipsorum recordatur ipsorum Scriptura? Scito, quod supputat eos Scriptura ratione sapientia ipsorum, juxta id quod scriptum: Fuitq; Noach filius quingentorum annorum, & genuit Noah Schemum, Chamum & Japhetum, Genes. 5. 32. Si Schem major fuit Chamo anno uno, Cham major Japheto uno anno, tunc reperitur Schem major Japheto annis duobus. Praterea scriptum est: Noach autem erat natus sexcentos annos, quium diluvium illud fuit, & aquæ essent super terram, Gen. 7. 6. Rursus scriptum est: Istæ sunt generationes Schemi: Schem filius erat centum annorum, & genuit Arphachschadum, biennio post diluvium, Gen. ii. 10. *Filiusne centum annorum?* immò filius centum duorum annorum fuit; sed ut illic apud Abramum ratione sapientia ipsorum supputat eos (Scriptura): *Ita huc quoq; ratione sapientia ipsorum supputat eos.* Haec tenus Talmud.

Ex quibus luculenter appetat, Talmudicos istos idem, quod supra propositum, sensisse, videlicet;

Primo, Si Abramus fuit primogenitus, & Haran duobus annis ipso junior, tunc omnino Haran genuisse Sarah, quæ & Jiska vocata, anno viæ suæ octavo; Id verò cum absurdum sit, consequi, Haranem diu ante Abramum natum fuisse, ut & ipse justum ætatis tempus ad conjugium usque habuerit, & filiæ ejus Milca & Sara similiter maturescerent, & plenis annis nubiles fierent. In hoc ipso quidem loco Talmudico, ut & in Seder olam rabba cap. 2. videtur asseri, Haranem, ut & alias priscos, octavo anno gignere cœpisse, sed reclamant plerique Hebræorum Doctores. Videat, qui volet, prolixè hac de re differentem R. Asarium in Meor. enajim cap. 17. ubi inter cætera ait, esse duntaxat *אנתרא* discursum animi & de-

& delectationis causâ propositum, & tandem, solvi & refutari per id quod sequitur, *Respectu sapientia & dignitatis illos ita locatos esse.*

Secundò, In recensendis familiis istis non observari ubique Ordinem Naturæ & primogeniture, sed interdum Dignitatis, propter historiæ necessitatem & evidentiam, quæ per istas præcipue personas, tanquam illustriores & **נְכָלָתֶה** peculiares, debebant texi & perduci, ad ortum Ecclesiæ & populi Dei designandum, tûm etiam ad genus promissi Messiae indicandum. Ut proinde ex ordine recensionis familiarum non semper exactè statui possit, quo quisque tempore sit natus; cùm nonnunquam primo loco nominetur, qui tamen ordine nascendi est posterior.

Patet id hîc in recensendis Therachi filiis, quos non nativitatis, sed *sapientia*, ut Hebræi loquuntur, h. e. dignitatis ratione Scriptura enumerat, primum *Abrahamo* locum tribuens.

Sic in Noachi filiis *Schemo*, ceu digniori, primus datur locus, cùm tamen effet fratrum suorum natu minor. Nam Genef. cap. 5. v. ultimo dicitur; *Noam*, cùm esset annorum 500. genuisse *Schem*, *Cham*, & *Japhet*. Si hîc ordo naturalis observatus, & *Schem*, ut primogenitus natus fuisset anno Noachi quingentesimo, tunc biennio post diluvium (quod contigit anno Noachi sexcentesimo) debuisset esse non centum annorum, sed centum duorum. Scriptura verò expressè testatur, *Schem*um anno secundo post diluvium fuisse centum annorum, Genef. 11. 10. Ergo habuisse oportet fratrem, biennio ætate majorem. Et *Japhet* expressè *natu maximus* dicitur Genef. 10. 21. Hinc etiam ibid. recensentur primò filii *Japheti*, deinde *Chami*, tertio *Schemi*; unde ordo nativitatis ipsorum elucere videtur. De hoc legitur in Bereschith rabbah sect. 26. **וְהַלְאָ יִתְהֹאֵן הַגּוֹלָן אֶלָּא בְּתַחֲלַת** שְׁמָךְ הַקְּבָחָ שָׁמוּ עַלְיָן וְשָׁבוּרָם **אַתָּה דּוֹרֵשׁ שֵׁם שְׁהָה צָדִיק וְנוֹלֵד כְּשָׂחָר מִזְוֵל וְשִׁיחָד הַקְּבָחָ** שָׁמוּ עַלְיָן וְשָׁבוּרָם: h. e. *Annon Japhet fuit natu maximus*, quare ergo *Schem* prius legitur, h. e. *præponitur ei?* Resp. quia *fuit justus*, & *natus circumcisus* (hoc est integer, sanctus, separatus à concupiscentiis carnalibus): *quia Deus nomen suum ipsi adjunxit* (Genef. 9. v. 26. Benedictus **בְּאֱלֹהִים** Deus *Schemi*): *quia Abrahamus nasciturus erat ex eo*, *qui Sacerdotio magno funditus est*: *quia deniq; dominus sanctuarii in termino ejus edificata fuit*. Hinc petitum quod scribitur in libro Juchasin fol. 3. col. 1. **וְהַפְּסֻקָּן הַקְּדִים לְשֵׁם מִפְנֵי אֶדְקָתוֹ וְחַשְׁבּוֹתוֹ** Scriptura *præponit Schemum propter ipsius justitiam*, (hoc est, pjetatem) & *dignitatem*, &c. Hunc enim ipsum putant esse Melchisedecum, &c.

Sic etiam Patriarcha Jacob, filium Josephi-juniorem *Ephraimum* prætulit fratri Manassi, natu majori, ob Dignitatem, Genef. 48. v. 17. & seqq.

106 DISSER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

Et Jos. cap. 24. 4. Jacob præponitur Esauo , cum tamen Esau fuerit primogenitus.

Et in libro Paralipoménon cap. 1. §. 28. Isaac Ismaeli præponitur, cùm tamen Ismael quatuordecim annis esset natus ante Isaacum, nempe anno Abrahami 86. Genes. 16. 16. Isaac Anno Abrahami 100. Genes. 21. 5. Dignitatis sc. ratione, non Naturæ.

Huc facit quoque quod in libro Cosri legitur parte I. Quærit ibi §. 46. Cosri ex Judæo, וְכַמָּה אַתֶּם מִנְמֵרְיָהִים? Quot numeratis vos hodie annos (scil. à condito mundo)? Respondet Judæus §. 47. אֲרַבָּע אֲלֹפִים וּחֲמָשׁ מֵאוֹת. ופרטम מבואר בספר החומש טלנו מימות אדם ושת ואנו ש עד וזה עד שם ועבר עד אברהם יצחק ויעקב ועד משה ואלה הין לבד האדם וסגולתו וכל אחד מהם היה בניו ואשר כקיליפות אעם זומס לאבות ולא התהבר בהם העניין האלהי ונמנה המניין: Quater mille quingentos annos, quorum specialis suppeditatio declarata est in Pentateuco nostro, inde à diebus Adami, Schet, & Enosch, usq; ad Noam, Schemum, Eberum, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, & usq; ad Mosen, qui fuerunt cor generis humani & peculium ejus. Et unusquisq; horum habebat quidem alios etiam filios, sed reliqui erant instar cornicium, patrum suorum multum dissimiles: unde non associavit se ipsis res Divina, & facta vel relata est suppeditatio temporum ad istos viros Divinos, quorum pauci non multi fuerunt, &c.

Ex his ergo omnibus patet, Scripturam hic in Abrahamo non ortūs, sed dignitatis rationem observasse, vel saltem, ut ita sit, fieri posse. Hoc autem termino nativitatis Abrahami destructo, simul corruit & alterum Chronologiae Hebraicæ membrum, quod anno Abrahami quadragesimo octavo facta sit Linguarum & Terræ divisio, quod suprà inquirere instituimus.

Et hæc sufficient de prima quaestione, de Anno sc. Nativitatis Abrahami.

75. Restat ut nunc alterum quoque disquiramus, quod suprà in Hebræorum Chronologia attendendum & considerandum diximus; An Peleg Heberi fuerit primogenitus, ac Joktan frater post ipsum natus cum suis posteris?

Sic statuit Hebræorum Chronologia, & inde concludit, cùm Joktan cum suis posteris in divisionem terræ venerint, Divisionem istam Linguarum neutiquam in Pelegi nativitatem incidere potuisse, sicuti suprà vidimus.

At Pelegum natu maximum, ac Joktanem cum suis post ipsum natum fuisse, Scriptura non disertè affirmit; neque ex Ordine recensionis necesse fari colligi & concludi potest:

Primo, quia ordo iste naturæ non ubique in Scriptura observatur, uti modò

modò demonstratum exemplis. Ut ergò ordo dignitatis in aliis observatus: sic h̄ic quoque dici potest Pelegus dignitatis causā primò nominatus, quòd ipsius genus postea, in linea populi Dei pertexenda, erat continuandum: Joktan autem ipsi postpositus, quia ejus familia mox erat in divisione terræ recensenda, & sic abrumpenda.

Secundò, Si Peleg fuisset primogenitus, & in ultimo ejus anno Divisione accidisset, tunc ejus quoque, ut unius ex præcipuis, familia in divisione numeranda fuisse. Atqui nulla posteriorum ejus in divisione terræ fit mentio: unde verisimile non est, eum Joktane priorem fuisse. Posteros verò eum habuisse, liquet ex Genes. II. 19. ubi dicitur, eum genuisse filios & filias. Quod autem ibidem non nisi unus ejus filius commemoratur, id sit ob dignitatem historiæ, quòd ex ipso genus Abrahami duceretur: illud enim indicare, Scripturæ in primis erat propositum.

Tertiò, cùm Heber, Pater Pelegi, omnium Patrum postdiluvianorum fuerit longævissimus, verisimile est, eum plures quam duos commemoratos reliquisse liberos, quorum alii præcedere, alii subsequi Pelegum potuerunt. Immò plures eum genuisse Scriptura affirmat, quando dicit, *Ipsum quadragecentū trīginta annīs genuisse filios & filias*, Genes. II. 17. Cùm autem istorum nulla fiat mentio, ac in majori numero unus vel plures Pelegum præcedere potuerint, videtur simpliciter literæ insistendum non esse, quasi ipse præcisè anno Heberi trigesimo quarto, ac Joktan aliquique, post ipsum geniti fuerint, maximè quòd ordo iste literæ necessitatē primogenitū non inducat, ut jam indicatum. Quòd plures quam duo ex ipsius posteritate h̄ic non sint recensiti, inde factum, quòd ipsorum familiæ, neq; ad lineam vel prosapiam populi DEI quidquam facerent, neque ad stirpes gentium in terræ divisione constituendas, satis essent celebres, aut sufficientes. Sic & aliorum multorum integræ posteritates in ista genealogia non commemorantur, quæ tantum aliis additæ, earum numerum auxissent.

Quartò, Si Peleg fuit primogenitus, & natus anno post diluvium centesimo primo, tunc tempus videtur statui nimis breve & angustum, quo tot stirpes, tot familiarum & gentium capita, tot terrarum, regionum & regnum incolas, producere potuerit, nihil obstante eo quòd suprà ad hoc argumentum est responsum. Hinc assignat ipsi Guilelmus Postellus in libro de Originibus cap. 20. longiorem à diluvio nativitatis terminum, dum ait: *Anno circiter trecentesimo post diluvium, qui fuit vita Noachi plus minus nongentesimus, eo anno quo natus est Phaleg, abierunt in varias colonias, diviso invicem orbe, filii Noe, ob id vocaverunt illum unum Pheleg פֵלֶג, quod Divisionem significat, ut suo nomine tam celebris facti memoriam conservaret.*

Ex quibus omnibus probabiliter colligitur, quod verba haec, *Et Heber vixerat triginta quatuor annis, quum genuit Pelegum*, Genef. ii. v. 16. hunc habeant sensum; Heber triginta quatuor fuit annorum, quum incepit procreare filios & filias, id est, liberos, inter quos principi fuerunt Peleg & Joktan. Peleg ideo sic dictus, & ideo primo loco nominatus, quia in diebus ejus divisus fuit terra, que res maxime in mundo celebris fuit & admiranda; tum etiam quod ex ejus familia descendit genus Abrahami: cuius ortum indicare, principiuus ibi historiae fuit scopus. Joktan vero nominatus, quod amplissimam & celeberrimam præ reliquis liberis posteritatem esset consecutus, quæ digna fuit, ut inter capita & stirpes divisorum gentium recenseretur.

Quo ipso responsio suppeditatur ad argumentum, à numerosa familia seu posteritate Joktani deductum, que in divisionem terra venit, ob quam non potuerit ante Pelegum natus esse Joktanus; cum Peleg genitus dicatur anno patris sui 34. Respondetur enim, non necessariò ita intelligenda esse verba Genef. ii. v. 16. quasi Heber 34. ætatis suæ anno genuerit Pelegum: Sed quod illo anno liberos gignere inceperit, inter quos fuerint illi duo, Peleg & Joktan.

Quocirca ex his etiam nunc patet, multis modis dubiam esse & hanc Chronologiæ Hebræorum partem, quâ Pelegus primogenitus Heberi statuitur, & per consequens neque hoc argumento validè satis concusa prima sententia, quod in primum Pelegi annum, seu nativitatem ejus Divisio inciderit.

76. At, inquit aliquis, si Peleg post Joktanem natus statuatur, tum Annus nativitatis ejus est incertus, & per consequens etiam Annus Confusionis linguarum & terrarum.

Resp. Esto: Aliud in istis Genealogiis principiè spectavit Spiritus Sanctus, ut vidimus. Neque tamen propterea Chronologiæ sacræ membra & articuli vel minimum turbari aut luxari debent: ad quas enim personas Sacra Scriptura distantias annorum, & Chronologiæ articulos applicat, eæ nobis inviolabiliter sunt retinendæ, sive naturæ, sive dignitatis ordo in personis illis sit observatus. Catenæ istius Sacræ junctura nunquam humanâ sapientiâ divellenda, ut ut articulorum junctorum ratio exquisitissimè nobis non sit cognita. Hoc unum Sacra Scriptura certum esse voluit, ut Pelegi nomen Divisionis Terræ & Linguarum symbolum esset sempiternum, idemque catenæ temporum articulus esset immobilis. In hoc itaque & nobis acquiescendum.

77. Et hæc pro instituti nostri ratione, de præsentibus quæstionibus sufficere possunt, qui non πολεμικῶς sed οἰδητακτικῶς & ισορικῶς ista, citra cunctum præjudicium, tractare nobis proposuimus. Qui plura de his volunt, & ea, quæ pro & contraria adferuntur, cognoscere desiderat, consulat Se-

thum

thum Calvisium in Chronologia, & contra hunc disputationem, Davidem Pareum in Comm. in Genes. cap. 12. Nicolaum Torniellum in Annalibus, sub anno mundi 2039. Andream Másum in Comment. in Josuam, cap. ultimo, Pererium in Disputationibus in Genesin, & alios.

Et sic est Linguæ Hebrææ in alias plures linguas Confusio & dissipatio, ex singulari Dei judicio immissa. De Linguæ Hebrææ post Confusionem, Conservatione & Propagatione, Dissertatione agemus sequente, si Dominus voluerit.

Ne sequentes pagellæ vacuum facerent, placuit eas expositione sententiae Hebræorum de sequenti Quæstione complere, juxta illud Hebræorum, *סְפִוָּה לְתַמְלָאֹת כָּל כָּל רַיקָּן Omne vas vacuum debet repleti.* Quæritur;

An Homo ita naturā mortalis fuerit, ut necessariō moriturus fuisset, et si non peccasset?

Ex Christianis nonnulli in Affirmantem, alii in Negantem concedunt sententiam. Sociniani & similis farinæ homines, ut Peccatum extenuent, & postmodum etiam ejus Expiationem annihilent, Affirmativam tueruntur, & Mortem faciunt necessariam Naturæ hominis, non Peccati, sequiam. Orthodoxi Negant.

Nolo autem nunc actum agere, & post tot Homeros Iliada conscribere, vel Orthodoxæ sententiæ confirmandæ, vel Heterodoxæ refellendæ, argumenta producendo. Hæc enim apud alios legi possunt.

Hebræorum tantum sententiam proferre placer, idque ideò potissimum, quod nonnulli ex Socinianis scribant, suam sententiam cum Veterum Judæorum consentire, vel saltem ab ea non esse alienam. Quam verè autem id ab ipsis dicatur & scribatur, sequentia testimonia docebunt.

אָדָם קָדְמָא מֵרָד In libro Zohar, in Genesin col. 218. ad Genes. II. legitur: *Adamus primus rebellavit domino suo, & causatus est (sc. rebellione suâ) mortem mundo (non sibi duntaxat.)*

In libro *Sépher haemunoth* R. Schem Tof, portâ 6. cap. 9. fol. 68. אמרו במדרשות כי אם לא חטאו אדם וחוה היו תחלה תחתם של א' columnâ 2. באמצעות ישר הרע והיה חבורון בתכלית הנאות כדמיון חברו הצלונות העליונות: זה ר' ה' ב' In Medraschot sive Commentariis Allegorici dicunt Rabbini nostri; *Si Adam & Eva non peccassent, tum generationes ipsorum fuissent sine ulla mala concupiscentia, & copulatio ipsorum fuisset convenientissima, qualis sc. est conjunctio formarum superiorum, ut maledictiones arguere videntur, & vivi ac stabiles perpetuo mansissent in mundo.* Et fol. seq. הנברא לך כרואי על ידי המקום והוא היה נצחי לעד אך כאשר חטא ונהפcta לאיש

110 DISSENER. II. DE LING. HEBR. CONFUS.

אָזֶר תְּווֹזֵךְ לְהַפְּסֵד וּכְךָ
Si fuisses usus illo corpore, in quo creatus es, sicut conveniens
erat, vi ac virtute loci illius (horti Edenis) fuisses aeternus in perpetuum: quandoqui-
dem autem peccasti, & conversus es in virum alium, pertinges & vades ad corruptio-
nem, &c.

Rabbi Bechai in Legem fol. 12. 2. ad hæc verba Genes. 2. 17. Morte morieris, in hunc sensum hac de re scribit: אִין הַכּוֹנָה שִׁימָת בַּיּוֹם אֲכַלְתָּא שִׁיחָה בָּן: מות כ' על דעת רוז' לולי שחתא לא ימות לעולם אבל היה ק'ם נזח' כמלאכי השרת Intentio horum verborum non est, quod eo ipso die, quo comedetur, sit moriturus, sed quod Filius (reus, obnoxius) mortuus sit futurus. Nam ex sententia Rabbinorum nostrorum; Nisi peccasset Adam, non fuisset mortuus in eternum, sed perpetuo mansisset vivus, sicut Angeli ministeriales. Secundum sententiam autem Physcorum, Adamus et si non peccasset, tamen moriturus fuisset מותה טבצ'ית morte naturali; quia omne compositum tandem iterum est dissolvendum, & morte naturali destruendum. Necessarium enim est naturaliter, ut omne compositum in radicem suam, & fundamentum suum revertatur. Fuxta illorum ergo mentem verba illa, Morte morieris, intelligenda sunt אל מיתה טקורת de morte accidental, quam major hominum pars moriuntur; unde sententia illorum est; Etiam si homo non peccasset, illum tamen morte naturali moriturum fuisse: posteaquam vero peccavit, peccatum causatum ipsi fuisse mortem accidentariam, quam sc. moritur ante tempus suum, ut is qui reus fit mortis per manum Celi, id est, Dei. Quod autem vox Moriendi ingeminatur, ideo factum volunt, quod duplex sit Mors accidentaria, juxta id quod scriptum est 1. Sam. 26. 10. Sed Dominus plagâ afficiet eum: aut dies ejus adveniet ut moriatur, aut in bellum descendet ut consumatur. Quod enim dicitur; Aut dies ejus adveniet ut moriatur; intelligunt de morte naturali. Posteaquam vero per peccatum mors accidentaria in ipsum regnavit, subtrahenda ei fuit arbor vita aeterna naturalis, unde Arbor vitae vocatur Arbor sc. que pervenire facit ad vitam naturalem, donec adveniat tempus separationis compositionis ejus, & que eripit eum à morte accidentaria. Verba illa; Et vivat לעולם in saeculum, non designant tempus infinitum, sed finitum & determinatum, juxta illud Exod. 21. 6. Et serviet ei לנצח in seculum: Item 1. Sam. 1. 21. Maneat ibi usque in saeculum, &c. Hujus sua sententiae varias proferunt rationes, quarum unam & alteram hic adduximus, לולי שדעתם כי גנדי העקר והוא דעת רוז' nisi sententia ipsorum repugnaret fundamentis fidei nostræ, sententia sc. Rabbinorum nostrorum b. m. ואנו אין ראיינו להאמין ולකבוע מסמורות אלא מדביה רוז' המקובלס מפי הbabians שאלא שחתא זהה כי לעולם וכן אמר הכתוב אני אמרת אלהים אתם ובני עליון כלכם ולא אמר אלהים Nobis enim nihil credendum, nec ullibi clavus figendus, nisi ex verbis Rabbinorum nostrorum, per Traditionem inde à Prophetis usq; receptis: quod nisi peccasset Adam, vixisset in seculum. Et sic dicit Scriptura Psal. 82. 6. Ego dixi, Dii estis vos, & filii excelsi omnes vos;

Non

ET PLUR. LINGUAR. ORIGINE. III

Non dicit; Sicut dii, & sicut filii excelsi; sed Diu revera, & Filii excelsi revera,
Et plura sunt in hanc rem Scriptura dicta, &c. Haec tenus Bechai.

Rabbi Moses Gerundensis ad eundem locum, fol. mihi 6. col. 4. In die
quo comedeleris ex eo, morte morieris; h. e. Quo tempore comedes ex eo, fies filius mortis.
Tale est illud; Quo die exiens abieris huc aut illuc, certò scito, te omnino
moriturum, I. Reg. 2. 42. Non enim vult, quod confessim eo ipso die sit moriturus.
Neg, etiam mens est, quod sciturus tantum sit, se moriturum: quia viventes omnes sciunt,
quod morituri sint; sed vult dicere, quod, quo tempore sit exiturus, reus mortis sit futurus
apud Regem, qui ipsum sit pro lubitu interfectorus &c. Et juxta Philosophorum senten-
tiam, Homo morti obnoxius fuit inde à principio creationis, quod sc. compositus esset: nunc
verò decretum super eo, ut si peccaverit, moriatur propter peccatum suum secundum mo-
rem illorum, qui rei sunt mortis per manus Dei ob transgressionem quandam, ut Comedens
oblationem, Inebrians se vino, &c. in quibus intentio est; quod sint ob peccatum suum
morte intempestivâ & prematur à morituri. Ideò volunt in denunciatione poenae dici;
Donec revertaris in terram, quia ex terra desumptus es: quia pulvis es, &
in pulverem reverteris; in naturam scil. tuam. Praterea quia ab initio vescebatur
fructibus arborum, & seminibus terra, hinc sequi volunt, fuisse in ipso dissolutionem &
causam generationis & corruptionis: כי ערך רבותינו אל מלך שחטא לא מת לעזובם כ'
הנשמה העליונית נתנת ח"ם לעד והחפץ האלהי אשר בו בעת היצירה היה בו בדק
Verum juxta sententiam Rabbinorum no-
strorum, si Adam non peccasset, non fuisse mortuus in seculum. Anima quippe superna
dedisset ipsi vitam in perpetuum, & Voluntas seu Beneplacitum Dei, quod in ipso fuit in
principio Creationis ejus, jugiter ei adhessisset, & in perpetuum ipsum conservasset, ut supra
exposui, &c. Et scito, quod Compositio non necessario Corruptionem inferat, nisi apud
Оль, ов, ов, &c. & perpetuitas illa fuisse in ipso, quamdiu beneplacitum illud durasset:
Atq[ue] hoc pura puta est veritas.

Hactenus ille. Alios omitto.

Ex his luculenter satis, ut opinor, appareat, quid de
hac quæstione Veteres Hebræi
senserint.

DISSE-



DISSERTATIO TERTIA,

*De*LINGUÆ HEBRAEÆ
POST CONFUSIONEM, CONSER-
VATIONE ET PROPAGATIONE.

THEISIS I.

GOnfusionem ac diversitatem Linguarum, occasione immanis structuræ Babylonicae urbis & turris, à D e o inductam, ac inde quoque hominum ac populorum, in diversas mundi partes, Dispersionem fecutam fuisse, superiore Dissertatione, pro instituti nostriratione sufficienter, ut opinor, vidimus. Proximum itaque nunc videatur esse, ut etiam inquiramus, *Ubi & apud quos in vasta illa Confusione, & generis humani dispersione, primæva lingua Hebraea in sua puritate conservata & propagata fuerit?* Quòd enim certo Dei consilio, & sapienti ejus providentiâ, alicubi & inter quosdam, salva & superstes manerit, de eo cum experientia ipsa testetur & testata sit, nullus dubitationi locus restat. Hinc, ut David Psalm. 29. v. 10. inquit, *שֶׁבַי יְהוָה לִמְבוֹל דָמִים* diluvio praesedit; sic revera quoque dicere possumus: *שֶׁבַי בְּכָל־בָּلָי דָמִים* confusioni praesedit, eamque suâ providentiâ prudenter rexit. Insigne verò illud gratiæ Divinæ erga istos homines documentum fuit, quòd eos, ut in societate civili, moribusque & legibus, concordes, sic quoque eâdem linguâ consentientes esse voluit. Summum enim hoc erat futurum, cùm ad fæderis cum isto populo arctius ineundi conservationem, tûm ad sanctioris fidei ac religio-
nis sacratioris in ipso feliciorem propagationem, adminiculum.

2. Manuductionem ad hanc rem investigandam & explorandam hic quoque Sacræ nobis præbent literæ, quarum ductum, Divinâ, quam imploramus, adjuti gratiâ, sequemur, earumque vestigia, quamvis alicubi obscura & perplexa, utpote antiquissima & à paucis trita, quantum nostrâ fieri poterit industriâ, lustrabimus. Totum autem hoc De Linguæ Hebraeæ Conservatione, Propagatione, & Duratione, negotium, commodè nobis

nobis sequentium Quæstionum explicatione & enodatione videtur absolvii posse:

- I. *An in populis & familiis pluribus, an verò in Una duntaxat familia, Heberi sc. Schemi pronepotis, permanserit & conservata sit?*
- II. *Quare potius in hujus Heberi, quam in alterius alicujus ex pii Schemi nepotibus familia, sit conservata? quomodo item in hac familia sit propagata?*
- III. *Ubi sedes suas hac familia habuerit?*
- IV. *An ab hoc Hebero nomen Hebræorum derivatum sit, ita ut & Lingua & Populus Hebræorum nomen ab illo acceperint? An verò ab עבר hoc est, Transitu fluminis? vel ut alii volunt, ab Abrahamo?*
- V. *Quomodo porrò hoc populo multiplicato, & varia exilia experto, in familiari loquendi usu sit inter ipsos conservata? Quando familiaris loquendi usus desierit? Ubi & quâ ratione postmodum conservata fuerit?*
- VI. *Et hanc quæstionem, quæ à curiosis non nullis moveri solet, subjungemus, An*

*perpetuò sit permansura, & an in futura
quoq; vita ejus usus sit futurus?*

I.

*An in populis & familiis, pluribus, an verò
in Una duntaxat, post Confusionem, per-
manserit, & conservata sit Lingua
Hebræa?*

3. Dispiciuntur hic Authores: *Alii enim volunt, illam, post Confusio-
nem quoque, in pluribus familiis & locis incorruptam permanuisse: Alii
Unicam tantum familiam ponunt, in quā conservata fuerit.*

4. I. Sunt, qui Linguam Hebræam inter complures, & in majori ho-
minum societate, nec exiguis locorum spaciis, permanisse judicarunt, in
tota scilicet Syria, Assyria & terra Canaan, atque ita inter plures Noæ po-
steros, diversarum etiam linearum; nempe non duntaxat in Schemi aut
Heberi familia, sed & in nonnullis posteris Chami: Syria enim & Assyria
cesserunt in divisione terræ posteris Schemi; Cananæa posteris Chami.
Qui tamen hujus sunt sententiae, non concordant inter se, sed variant.

5. GILBERTUS GENEBRARDUS in Chronologia sua lib. i. pag.
mihi 33. ita hac de re scribit: *Hebraica, que antea communis erat, apud Heberum
(à quo lingue & populi nomen) remansit incorrupta, quod neq; consilii, neq; operis eo-
rum, quibus turrim in celum erigere placebat, interfuisset. Nam et si ista confusio conti-
gerit ultimo anno Phaleg, id est, etatis ejus 239. at ei Heber supervixit 170. annis, usq; ad
82. videlicet Jacobi. In eo enim finit antiquus Macrobiorum vigor. Et mox: Imò verò
remansit etiam in Syria & terra Chanaan, antiquis Patrum sedibus, cumq; in eam venit
Abraham Chaldeus, tam ipse, quam posteri ejus locuti sunt labio Canaan, circa qua tem-
pora corrupta est in Syria, ut deinceps non Hebraica sive Cananæa fuerit, sed ejus, duntaxat
dialectus proxima. Et mox: Sed nec, qui morabantur in Syria & Canaan, viden-
turr interfuisse constructioni turris, aut communicasse. Quoniam Gen. II. v. 2. structores
descendisse videntur de Oriente in campum terra Sinear, illucq; consedisse ad hoc opus, Syria
autem & Cananæa erant in Occidente terrarum, que tunc incolebantur, &c.*

In hac sententia notandum, i. quod tanquam diversa ponat, *Hebrai-
cam linguam apud Heberum remansisse incorruptam: & Remansisse etiam in Syria.
Nam optimè inter se consentiunt, cum Heber ipse & ipsius posteri, ut in
seqq; videbimus, in Syria habitarint, unde eo ipso, dum apud Heberum
perman-*

CONFUS. CONS. ET PROPAGATIONE. 115

permansit, mansit quoque in Syria. An verò per totam Syriam diffusa, & apud omnes ejus incolas in usu fuerit, id adhuc est in dubio:

2. Quòd in Heberi familia permanserit, inde probat, quòd ille nec consilio nec auxilio Turris Babylonicæ structuram adjuvârit: hoc verò cùm fecerint Cham & familia ipsius, uti vidiimus Dissertatione superiore th. 29. 30. &c. quo fundamento etiam in ipsius posteris, Canaanis videlicet lineâ, Hebrææ linguae conservationem ponit? cur illi qui rei, & sceleris consortes fuerunt, cum reliquis non sunt puniti?

3. Nescio an & illud consistere possit, vel soliditatem aliquam habeat, quòd ait, illos qui morabantur in Syria & Canaan, non interfuisse constructioni turris: Inde enim ex parte videntur profecti esse in terram Sinear ad extriuendam turrim. An terra Canaan ante dispersionem populorum jam inhabitata fuerit, incertum, & non probatum. Cùm enim à Canaane nomen fortita sit, tum demùm, quando Canaan cùm suis illuc migravit, videtur habitari cepisse.

6. JOSEPHI SCALIGERI sententia èo tendere videtur, quòd Lingua Hebræa partim in Assyria, & quidem non in una duntaxat familia, sed inter complures homines, partim in Cananæa, conservata fuerit, & permanserit: In Assyria autem priùs, commerciis & negotiationibus exterarum gentium, à puritate sua defecerit, & in eam, quæ Syriaca vocata est, desciverit: Sed in terra Canaan, sive in Phœnicia, quò à Chami posteris traducta fuerit, nativam puritatem diutiùs retinuerit, propter rariorem exterarum gentium ad illos tractus appulsum. Hinc etiam statuit, Abraham dum in Assyria erat Syriacè loquutum esse: Hebraicè demùm loqui cœpisse, cùm justu DE I ex terra sua in terram Canaan venisset, adeoq; illuc eam linguam addidicisse. Videamus illius verba ipsa: Primo exprimit hanc suam sententiam in Epistola quadam ad Richardum Thomsonum, his verbis: Lingua Hebraica est, quæ in usu fuit Chananaïs, hoc est, Phœnicibus tempore Abrahami. Syriaca verò, quâ utebatur antea Abram, locum habebat duntaxat in tractibus Euphratis, quæ degenerârat ex Cananæa propter frequentem usum, & aliarum gentium commercia, quæ in Babyloniam negotiationis causâ se conferebant. Assyria enim, ut omnia præsca monumenta testantur, prima omnium regionum culta fuit: ibi sunt natales primi hominis, ibi ante diluvium posteritas Adam mansit. Post Diluvium constructa fuit magna Babylon, & omnes ripa Euphratis amplissimis & opulentissimis urbis pretextæ erant, quum interea colonia ex istis regionibus in Syriam & Phœniciam deducerentur, quæ adhuc aeo Mosis, & infra illa tempora, lingue Assyrie prima indelictum & incorruptum sermonem conservarent, quia peregrini raro ad eas penetrarent, qui eorum linguam contaminarent. &c. Laban loquitur Syriacè (Jegar Sahadûtha, Gen. 31.

116 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

v. 47.) Jacob linguâ ejus loci, nimirum Chananeâ, extulit id, quod Laban maternâ suâ Syriacâ. Et tamen Abrahamo & Labani, ut idem genus & patria, ita etiam eadem lingua communis erat. Abraham igitur prius locutus est Syriacè, deinde & ipse & posteritas ejus Chananeo sermone usi sunt, quem integrum in Aegypto conservarunt, &c. Concludamus, unam linguam vetustissimam esse eam, quâ Sacra Biblia conscripta sunt, eam primum integrum & incorruptam in Assyriâ fuisse, deinde peregrinorum commerciis contaminatam. In partibus autem Syrie, ad tempora prioris Templa, non solum inter Hebreos, sed etiam inter Sydonios & Tyrios diu obtinuisse, quod quidem eorum numismata testantur, &c. Deinde etiam in aliâ Epistolâ, ad Stephanum Ubertum, eadem luculentius edifferit, ubi ita scribit: Tempore Elise, qua coloniam Pœnorum in Africam deduxit, universa Phœnicia & Palestina puro Hebraismo utebatur, & literis qua hodiè supersunt apud Samaritas, & pura sunt Phœnicie. Vide vicissitudinem rerum. Lingua quam Hebraicam vocamus, & quâ utuntur Sacra Biblia, falso eo nomine appellatur, quîm sit Phœnicia. Ea intemerata mansit in Assyria à primo usq; homine, donec commerciis & negotiationibus exterarum gentium defecit à prima puritate, & in eam linguam descivit, qua Syriaca vocata est, & jam tempore Abrahami & Patriarcharum in usu erat, ut perspicue constat ex Genes. 31. 47. ubi tumulum Jacob Phœnicia linguâ vocat גָּלְהֵד Galhed; Laban Assyriâ & trans-euphratensi linguâ utebatur, ut illi opus fuerit Phœniciam, utpote novo inquilino, dicere: Isaaco & Jacobo opus non fuit: utpote qui in ipsa regione nati essent. Extere nationes longo post tempore, atq; adeo ipsi Israëlitæ, eam linguam vocârunt ab Abraham, qui, quod ex Transeuphratensi regione venerat, עבר' Hebreus vocatus fuit. Id enim propriè est Homo qui ex Transeuphratensi regione venerat, hoc est, Græcè περιέγειται vel περιέγειται. Ita enim primus Abraham, & dein ejus posteri vocati, cuius rei vetustissima memoria extat Genes. 39. 14. (ubi Joseph in Aegypto vocatur Vir Hebreus). Ab eo igitur (Abrahamo) Chananea sive Phœnicia lingua vocata est Hebraica, propter Hebreos, quia solorum Hebreorum libri, qui eâ lingua utuntur, nobis noti sunt. Hac ergo vicissitudo, quam proposui, notanda est, quod in regione Assyrie, in qua nata est ea lingua, propter innumerarum gentium commercia, & varias mutationes imperiorum, florem illum & nativum nitorem diu obtinere non potuit, quâm integer manserit in Phœnicia, propter rarum exterarum gentium appulsum ad eos tractus, qui exteris explorati non fuerunt, antequam Sydonii & Tyrii imperium maris obtainerent. Neq; tamen indeoles illius lingue propterea flatim mutata est, ut appareat ex Annalibus Phœnicium, quorum frusta extant apud Josephum & Philonem Bibliensem, citante Eusebio. Dido igitur, que & Elisa, linguam Phœniciam cum characteribus in Africam intulit, & lingua tamen tempore Plauti à priso Hebraismo descreverat, ut ex Pœnolo patet, & literæ Punicæ mirum quantum ab illis Samaritanis diverse, quod nummi Carthaginensium testantur. Hactenus Scaligeri verba, in quibus etiam nonnulla occurunt, quæ ulteriori consideratione opus habent, de quibus Lectorem paucis monebimus.

Quod

CONFUS. CONS. ET PROPAGATIONE. 117

Quod enim his verbis 1. Scaliger simpliciter contaminationi Lingua Hebreæ in Assyria, Syriaca & Chaldaicæ lingua ortum adscribit, ac si Lingua Syriaca nihil aliud esset, quam Lingua Hebreæ corrupta ex frequenti exterarum gentium in Assyriam commercio; id equidem maturiori consideratione, & probatione clariore indigere videtur. Annon enim fieri potest, atque adeò etiam probabilius & vero similius videtur, eam Linguam suam Originem traxisse ex Linguarum Confusione? Sanè hoc multi gravissimi authores statuunt.

2. Videtur Syriam & Assyriam pro synonimis sumere, quæ tum temporis distinctæ erant, & distinctos Dominos habebant. Syriam enim occupaverat Aram, à quo & Aramia vocata fuerat: Assyriam verò Assur, à quo pariter nomen suum accepit.

3. Mirum, illum prorsùs Linguarum Confusione historiam silentio præterire, & mutationem linguæ Hebrææ in Assyria, soli & unico exterarum gentium cum Assyriis commercio adscribere, neque definire, quando hæc mutatio incepit: nam si hæc commercia hujus mutationis causa fuerunt, tunc successivè contigit, ita ut in confusione, & paulò post eam adhuc, Lingua Hebrææ usus in Assyria permanserit, & ut fieri solet, paulatim interierit & mutata sit.

4. Pro confessu sumit, Linguam Hebream sic vocatam esse ab Abrahamo; non quidem ab ejus Nomine, sed eo quod, cùm in Cananæam profectus esset, Euphratem transiverit, & ex Transeuphratensi regione venerit. Ab hoc trajectu & Abrahamum, & posteros ejus, Hebreos, quasi περιτας vocatos esse, h. e. Illos qui ex Transeuphratensi regione venerunt, vel Euphratem trajecerunt, De hoc in seqq. pluribus agetur.

4. Admodum lubricum est, quod idioma linguæ Hebrææ proprium facit non Hebræorum, sed Cananæorum; quinimò falsò Linguam Hebraicam sic vocari, cùm rectius diceretur Phœnicia.

5. Dubium maximè est, & probatione indiget, quod innuit, Abramum, dum in Assyria ageret, Syriacam duntaxat linguam calluisse, Hebream verò demum in Cananæa addidicisse; utpote quæ propria illorum, & diu ante Abramini in Cananæam adventum, in ea in usu fuerit.

7. THOMAS ER PENIUS in Oratione de Lingua Hebræa, quamvis in nonnullis à Scaligero & Genebrardo discrepet, & quædam habeat peculiaria, ex parte tamen etiam cum illis communia quædam habet. Nam primò scribit, Hebream Linguam non ab Hebero, Schemi pronepote, nomen hoc natum; 1. quod Heber Chaldaicè potius, quam Hebraicè loquutus fuerit; id quod inde ipsi patrē videtur, quod Abram Patriarcha, qui ab eo originem traxit, Chaldeus fuerit: 2. quod ab Hebero usque ad Abramum nemo ab Hebero Hebreus nominatus legatur:

118 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

Deinde scribit, eam, testib. omnibus Rabbinis, Origene, Augustino, & aliis, sic dictam ab Hebreis, qui populus fuerit oriundus ex Canaane; huncq; populum cum suis eum Asia littoralis tractum occupasse, qui est inter Jordanem fluvium, & Mare Mediterraneum, quem Terram Canaan, & inde seipso quoq; Cananeos, ipsi appellarint: à Chaldais verò & vicinis populis Ebræos vocatos esse, h. e. Trajectores, quod Jordanem trajectissent: eandemq; ob causam etiam Abramum, cùm relictâ Mesopotamiâ, patriâ suâ, in eam provinciam secessisset, Ebræum appellatum esse, (hoc est, Cananæum) non à suo transitu, ut aliorum quorundam est sententia. Ergo vult, apud Cananeos, post linguarum confusionem, linguam Hebream remansisse: Cananeos veros & primos esse Ebræos: à Cananeis Abramum cum suis linguam Hebream didicisse: à Cananeis deniq; Heberi posteros, Abramum & reliquos, Ebræos dictos esse. Et hinc etiam esse, quod Lingua Hebreæ Lingua Canaan vocetur à Prophetâ Jesaiâ cap. 19.

In hac quoque sententia nonnulla sunt nobis valde mirabilia & nova, quæ verò hic examinare & ex professo refellere non est necesse, cùm ea, ut & superiora, ex sequentibus cuivis per se, uti speramus, sese sint proditura. Breviter illa tantum indicasse, & monuisse, nobis sufficiet.

1. Quod putat, Syriacam vel Chaldeam linguam ita in Syria & Assyria obtinuisse, ut lingua Hebreæ tota, & prorsus apud omnes, oblitterata fuerit, adeò ut Heberus, & ejus liberi & nepotes, inter quos & Abramum, Chaldaicè tantum sint locuti, nullamq; Hebreæ Lingue notitiam habuerint, sed à Cananeis eam primum dicerint; id magnâ adhuc probatione eget, & nescio an Chronologiæ ratio permittat.

Nam, si Confusio linguarum contigit in nativitate Pelegi, tum fieri non potest, quin Heber, pater Pelegi linguam Hebream sciverit, cùm ante confusionem vixerit: ac proinde dicendum, quod post Confusionem ejus oblitus, & ipse quoque pœnæ turris Babylonicæ exstructæ particeps factus fuerit, cùm tamen culpæ se non consortem fecerit. At hoc dicere, videtur absurdum; Si Confusio Linguarum accidit in morte Pelegi, ut multi statuunt, tum longè hoc est absurdius: nam sic & Heber, & Peleg, & Abraham, linguam Hebream calluisse prorsus est indubium; cùm ipse etiam Abramus 48. annis ante confusionem vixerit.

Non negatur, linguam Chaldaeam vel Assyriacam in illis regionibus viguisse: non negamus etiam, Abramum eam calluisse: sed negatur, eam linguam solam & apud omnes ibi obtinuisse, adeò ut nulla familia Linguae Hebraicæ puræ & incorruptæ usum habuerit: negatur, Abramum non simul etiam Lingua Hebream incorruptam habuisse: negatur, illum cum suis primum eam linguam à Cananæis didicisse.

2. Mirum & novum, quod nec ab Hebero, nec ab Abrahamo ejusque in Canaanem, traecto Euphrate, transitu, nomen Hebraorum ortum esse putat,

esse putat, sed à Cananæis, quòd illi Jordanem trajecerint, &c. Magis mirum, quod scribit, Omnes Rabbinos idem sentire. Plerique certè Rabbini aliter sentiunt. Et ipse quoque Augustinus, quem pro se laudat, illi adversatur. Unde nomen *Hebraorum* originem suam ducat; Et quid *Hebræorum* Rabbini de hoc sentiant? in sequentibus videbimus.

3. Statuit Erpenius, *Chaldaicam & Arabicam Linguam ortas esse in familia à Chamo oriundis*; in Oratione primâ de lingua Arabicâ; In eadem oratione afferit, *agmen Nimrodicum occupatum fuisse in extenuaturri, & per varietatem linguarum dissipatum*:

In Oratione de Lingua Hebræa statuit idem, *Heberum Semi nepotem, loquutum fuisse non Hebraicè, sed Chaldaicè: Hebreos in Canaan a primùm loquutos esse Hebraicè: Cananeos linguam Hebraicam retinuisse*. Hæc verò videntur esse ~~accusata~~. Si Chaldaica lingua orta est in Confusione in familia Chami, quomodo Heber Semi nepos loquutus est Chaldaicè? Si familia Chami, quæ fuit illud ipsum agmen Nimrodicum, per varietatem linguarum dissipatum fuit, quomodo Cananæi, à Canaan, maledicto Chami filio (Gen. 9. 25.) oriundi, Lingua primam Hebraicam retinuerunt? Si agmen Nimrodicum, fuit dissipatum, & varietate linguarum punitum, Ergo qui de agmine illo Nimrodico non fuerunt, Schemi sc. posteri, nec loci nec linguae mutationem passi videntur.

Sanè hæ tres sententiæ omnes, Scaligeri, Genebrardi, & Erpenii, apud Hebræos sunt novæ & ignotæ.

8. Cur ergo, quærat aliquis, à Propheta Jesaia capite 19. vocatur Lingua Canaan; annon quia Cananei hanc linguam retinuerunt, loquuti sunt, & propagarunt?

Respondent Hebræi, negando eo sensu à Propheta Jesaia vocari Lingua Canaan; sed ideò, quia eā usi sunt habitantes in terra Canaan, pri- mūm quidem patriarchæ Abraham, Isaac, & Jacob, deinde Israelitæ ejus- tis Cananæis & Phoenicibus.

כתב ה'ר אברהם אבן עזרא שזה עדות שהכנענים כתבו בלבשם הקורש וזה עדות שקר הוא כי לא אמר שפת נגנון על לשון הכהנאים כי אם על שפת בני יהודה שהז ישבים בארץ נגנון? Esra scribit, hoc (quòd nempe Lingua Hebræa vocatur Lingua Canaan) esse testimoniun, quòd Cananei loquuti fuerint Lingua Sanctam. Sed hoc testimonium falsum est; non enim dicit Propheta hoc de lingua Cananæorum, sed de lingua Iudaorum, qui habitabant in terra Canaan.

R. Jehuda Muscatus in Cosri parte 2. §. 68. fol. 117. col. 4. posteaquam adduxisset sententiam Nachmanidis, qui etiam vult, Cananæos Hebraicè loquutos esse scribit; Nequaquam ita se rem habere: זקן אמר שפת הארץ שם אמר אברהם

120 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

שֶׁ אָבֹרָהּ לְשׁוֹנוֹ תַּחֲלֵךְ בָּאָרֶץ הַחִיא כִּי הַמְדֻבָּר אֲלֵיכֶם בְּלֶשׁוֹן הַקּוֹדֶשׁ וְעַל דָּרֶךְ זוֹ תַּגְבִּיר מִתְּהִיאָר הַגְּבָרָא יְשֻׁעָיו סִימָן "ט' בַּיּוֹם הַחֹוא וְנוֹ' אֲשֶׁר הַיָּה עַלְיוֹ דָּבָר הַרְאָבָעָן גָּאמְרוּ מָה נִלְמָוד כִּי הַכְּנָעָנִים בְּלֶשׁוֹן הַקְּרָשׁ הַזָּהָר מִרְבָּרִים עַכְבָּרִים וְהַנְּהָרָה שְׁפָתָנוּ אָתָנוּ לְקָם sed dicendum, quod ab eo tempore, quo illic fuit Abrahamus, lingua ejus in terra illa invaluerit, quod ipso ore suo cum ipsis lingua sancta loqueretur. Et hanc ratione exponendum, quod Propheta Jesaias dicit cap. 19. In die illo, &c. ad que verba Aken Esra scribit, quod hinc discamus, Canaan eos loquutos esse linguam sanctam, sed ecce labia nostra nobiscum ad afferendum, quod ab Abrahamo hoc habuerint.

R. Salomon in Tractatu Talmudico Menáchoth cap. ult. fol. 109. col. 2.
ubi locus hic Jesaiæ citatur, sic scribit, מִזְבְּחוֹת שְׁפָתָ נָעָן Loquentes linguam Canaan, hoc est שְׁפָתָ יִשְׂרָאֵל הַיֹּשְׁבִים בָּאָרֶץ נָעָן Linguam Israëlitarum habitantium in terra Canaan.

Et hanc expositionem laudat quoque R. Asarias in Meor Enájim cap. 57. fol. 176. a.

9. II. Altera ergo de proposita quæstione sententia est, Certam aliquam fuisse Familiam Linguae Hebrææ in, & post confusionem, Conservatricem: Quæritur itaque; Quenam illa familia fuerit, in qua hæc Lingua hospitium vernaculum retinuit? Communis & recepta Doctorum inter Hebræos & Christianos sententia est, Heberi familiam fuisse, Schemi pronepotis. Schem enim genuit Arpachschadum: Arpachschad genuit Sélam: Sela genuit Heberum, Gen. 10. & cap. 11. v. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

10. Rationes, quibus hæc sententia nititur, & probabilis redditur, præcipue sunt istæ:

1. Quia Schemi familia, ut superiore Dissertatione vidimus, non consensit in impium & flagitiosum fabrorum Babylonicorum consilium. Itaque non est probabile, illam pœnam illorum expertam esse, quorum culpæ se non reddidit participem.

2. Schemi, per Heberi lineam, familia inconcussa eo tempore in suis sedibus permanxit, donec Abraham speciali vocatione Divinâ inde evocatus fuit, nec in aliam, ut alii, terram dispersa fuit, ut in tertiae quæstionis solutione videbimus. Itaque cùm Dispersionem non subierit, probabile est, illam nec Linguae Confusionem passam esse.

3. Quia ut Schemi familia per Heberum descendens in vera pietate & sincero Dei cultu perficit: ita quoque eam singulari Deus favore, gratiâ ac benedictione est prosecutus; cùm Chami contrâ familia, ex qua Canaan prognatus, à Deo fuerit maledicta. Ergo longè magis probabile est, Deum in familia Sancta & benedicta voluisse Lingam Sanctam conservare, per quam Religionem & Legem suam propagare voluit, quam in familia prophana

phana & maledicta. Genes. 9. 25. *Maledictus Canaan, servus servorum erit fratribus suis: Benedictus fit Dominus Deus Schem.* Et Divinæ procul dubio benedictionis loco censenda fuit Linguæ Hebrææ in illa confusione conservatio in certa familia. Hinc fingunt Hebræi, cùm Deus per sortem inter 70. Angelos, 70. Populos distribuisset, sortem Dei cecidisse in familiam Abrahæni, ex Heberi familia & linea descendenterem, ita ut illa immediatè Dei populus permanserit, & linguam Hebræam purè atque inconfusè retinuerit. Legitur hoc in Pirke R. Eliesaris cap. 24. Verba vide in Dissertatione superiore thes. II. & 14. Vide & R. Bechæi fol. 20. col. 4.

4. Quia ab hoc *Hebero* posteri ipsius *Fili Heber*, Genes. 10. v. 21. & *Hebrei* nominati sunt, ut in quarta quæstione videbimus.

5. Quia Nomina Patriarcharum, ut *Heberi*, *Pelegi*, *Abrahe*, *Sara*, *Isaaci*: Nomina item quædam propria locorum, quæ ipsi imposuerunt, docent, illos Hebræā, non Chaldaēā linguā usos; imò quia Abraham, ex doctissimorum Virorum sententia, etiam ante egressum suum, in ipsa Mesopotomia vel Chaldaea, *Hebraicè* loquutus est, ita ut eam nequaquam demùm in Cananæa didicerit, sed contrà potius in eam intulerit, ut id in nostra Dissertatione de Literis Hebræorum thes. 46. docuimus, & testimoniis D. Hieronymi, Munsteri, & authoris libri Cosri declaravimus. Et qui quæso aliter esse possit? *Heberum* ante Confusionem vixisse, & multis post Confusionem annis vitam produxisse, ita ut eum non solum Abraham, verùm etiam reliqui duo Patriarchæ, Isaac & Jacob, adhuc viderint & audiverint, constat ex Chronologia. Fuit enim omnium, qui inde à Diluvio vixerunt, *μαρποτικά*. *Heberum* verò & *Schemum* linguam Hebræam in Confusione perdidisse, quicquid dicatur, nullo modo est verosimile. Si retinuerunt, procul dubio etiam per suos posteros, quosdam saltem, propagarunt. Qui verò in hac propagatione præteritus credi potest Abrahamus, familiæ illius præcipuum decus & ornamentum? *Syriaca* nempe in Syria (quæ latè patebat) erat vulgaris & communis, ex Confusione linguarum orta; *Hebraica*, familiæ isti sanctæ, & fortè regioni illi, aut ejus parti, quam inhabitarunt, peculiaris.

Itaque magnorum inter Hebræos & Christianos est sententia, in hac Heberi familia, tempore Confusionis, Linguam Hebræam conservatam & ulterius propagatam fuisse.

II. Ex Hebræis, celebris est Philosophus & Theologus, author libri Cosri, saepius nobis in nostris Dissertationibus laudatus. Hic in parte 2. §. 68. scribit: *וְשָׁחַי הִתָּה לְשׁוֹן עֲבָר וּבְעַבוּרוֹ נִקְרָא עֲכָרִית מִפְנֵי שְׁנָתָר עַל-יְהֻדָּה:* hoc est, Constat etiam, quod eadem illa fuerit lingua



122 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

Heberi, & propter ipsum vocata esse Hebream, quia apud ipsum remansit tempore Divisionis terra, & Confusionis linguarum.

אבל אכרהם אמרנו עצמו היה בדור הפלגָה, §. 49. scribit: Idem in Parte I. hoc est, In Abraham Pater noster ipse fuit tempore Divisionis, remansitq; ipse & cognati ejus in lingua Hebrei avi sui, unde etiam Hebreus vocatus fuit.

עבר ממניו יצא העברים ובעת בלבול הלשונות נשארה הלשון שהי' מקדם מדברים כל העולים בעבר ובבניהם: Isaac Abarbenel in Genes. fol. 49. col. 3. Ab Hebreo egressi sunt Hebrai: & tempore Confusionis linguarum remansit lingua illa, quæ antea universus mundus utebatur, in Hebreo & ejus liberis. Et fol. 51. columnâ 3. ונשארה הלשון המקודשת לשם בן נח ובבחשוב מבני עבר Et remansit Lingua Sancta apud Schemum filium Noach, & quidem penes præcipuum ex ejus filii, Heberum sc.

זכאשר רביה רעת: Abraham de Balmis in Præfatione Grammaticæ sua: הארים: כל איש בער: ועל ה' חצנו נער: לבנות עיר ומגדל בארץ שנער: נבלת שם שפתם: ויפץ ה' אתם: לנפלה הארץ למשפחותם: ונשאר הלשון זהה לשון קדומים: לבני עבר כל הימים: ולאברהם דור שני לו ראש המאמינים וכ' hoc est, Cum verò multiplicata fuisset malitia hominum, & major pars obbrutuisset, ac contra Deum lacertos suos exeruisset, ad edificandum urbem & turrim in terra Sinear; confusum fuit illic labium ipsorum, & dispersit eos Dominus, divisus, fuit terra secundum familias suas & linguas suas, & remansit lingua ista, lingua inquam ista antiqua, filii Heber, omnibus diebus, & Abraham, &c.

כ' ביל ספק היה חזק: ואבותינו מדברים בלשון הקדש כאשר קובל מאים עד נח איש מפ' איש והעקר היה hoc est, Nam absq; dubio ipse Abraham & Patres ejus loquebantur linguā Sanctā, prout eam acceperunt ab Adamo usq; ad Noam, unus ab altero, inter quos præcipius fuit Schemus. Si Abraham & Patres ejus loquuti sunt Hebraice: Ergo apud illos conservata fuit lingua Hebraica.

Huc quoque tendit, quod scribit Samuel Arcuvolti, in Præfat. Arugæ habbōsem: וזה בנסען מקדמוני של עולם חפה בדבר ולכו בדבר ומא נשארה לשון: Et fuit quum discederent à Deo, peccarunt in sermone, ac proinde quoq; puniti sunt in sermone. Et ab eo tempore remansit lingua Sancta apud singulares peculiariatum, & semen servorum ejus hereditate accipiebant eam. Qui verò fuerunt isti, præterquam Noah, Schem, Eber, Peleg, Abraham?

Huc faciunt illorum authorum testimonia, qui docent, Linguam Hebream sic dictam ab Hebero. Cur enim, & quæ ratio, quod velint, illam ab Hebero appellationem suam derivare? quia apud ipsum, & in ipsius familia, fuit tempore Confusionis linguarum conservata, & postmodum quoq; propagata, Hæc videbimus paulò post. II. Ex

II. Ex Ecclesiæ Christianæ Scriptoribus celebris est D. Augustinus, lib. 16. de Civitate Dei cap. II. ita scribens: *Cum enim legitur, unam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Semini commendatur HEBER, quamvis ab illo quintus (juxta LXX. Græcos, quartus juxta textum Hebræum) oriatur, & inde HEBRAEAE vocatur lingua, quam Prophetarum & Patriarcharum, non solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris, custodivit auctoritas. Profecto itaque, cum queritur, in Divisione Linguarum ubi lingua illa remanere potuerit, que fuit ante communis, que sine ulla dubitatione ubi remansit, non ibi fuit illa pena, qua facta est mutatione linguarum, quid aliud occurrit, nisi quod in hujus gente remanserit, à cuius nomine nomen accepit?* Et hoc justitia hujus gentis non parvum apparuisse vestigium, quod cum aliæ gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non pervenerit tale supplicium. Item ibidem: *Quia ergo in eis (Heberi) familia remansit hac lingua, divisis per alias linguas ceteris gentibus, &c.* Et libr. 18. cap. 39. docet, non tantum linguam, sed & literas Hebræorum, per hunc Heberum custoditas fuisse: *Non itaque credendum est, inquit, quod nonnulli arbitrantur, Hebraam tantum linguam, per illum, qui vocabatur Heber, unde Hebraorum vocabulum est, fuisse servatam, atque inde pervenisse ad Abraham; Hebreas autem literas à lege cœpisse, que data est per Moysen: sed potius per illam successionem patrum, memoriam cum suis literis custoditam.*

D. Chrysostomus in Genesim Homiliâ 30. ubi de Divisione terræ, & linguarum Confusione agit, sic scribit: *Vide quot res sunt, ut memoria hujus facti in omnia secula producatur. Primum Linguarum fit divisio, immo ante hoc nominis appellatio: Phaleg enim nomen, quod Heber puero imposuit, Partitionem significat. Deinde Loci agnominatio: Confusio enim vocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum HEBER ipse manxit idem servans idioma, quod & ante habebat, ut manifestum hujus divisionis signum foret. Vidisti per quot res immortalem, nullaque oblivione delendam hujus facti memoriam servari Deus voluerit? &c.*

Eucherius in Gen. libr. 2. c. 2. *Eo tempore, quo linguarum facta est varietas, in sola domo Heber, qua antea fuit lingua, commansit.*

Johannes Mercerus in Comment. in Genesim ait: *Ego non dubito, primam illam puram & integrum in certa familia remansisse, nimisrum familia HEBER, qui ex sem descendit, ex qua Abraham & sancti deinceps Patres & Israëlitæ descenderunt.*

Benedictus Pererius in Comment. in Genes. lib. 5. *Facta, inquit, divisio, quoniam ea lingua, qua fuerat communis omnium, facta est specialis in sola familia HEBER, quo vivente contigit divisio linguarum, religiose custodita, &c.*

Guido Fabricius Bodorianus in Præfat. Novi Testamenti Syriaci, ad Lectorem, in Bibliis Regiis: *Licet enim proprietatum nominum notationes sint Hebraicae, Chaldaicas tamen appellat (Philo) cum ob utriusque lingua magnam inter se affinitatem: tum quod Abrahamus media in Chaldaea Hebraico sermone uteretur, eumque per*

manus majorum receperisset jam à temporibus Heberi, nepotis Sem, à quo Hebraicus est appellatus, eò quod in Confusione linguarum primum illud labium universæ terre in sola familia HEBER pure fuerit conservatum. Illa enim non consenserat impietati ac superbae temeritatis sceleratorum hominum, qui Gigantea quadam audacia Divina providentia jura violare tentarunt, quicq; in caros & cœlites irruptionem & imperum facere voluisse videntur, ad quos sola humilitas & fervens charitas viam sternit.

Theodorus Bibliander in Commentario de Optimo genere explicandi Hebraica p. 29. Verisimiliter est, eandem lingua in familia HEBER, ex qua descendit Abraham, deinde Isaac & Jacob, servatam, etiam in domo Esau, unde Job natus est. Et pag. 5. Quæ ante Babylonica turris destructionem communis fuit omnium hominum, et si in Confusione linguarum integra divino consilio remansit, ac in singulis dialectis vestigia multa & manifesta, quæ indicant, sermonem Hebreum, quem dominus HEBER, unde Israëlitæ descendunt, ut familiarem ac domesticum adeptus est, parentem esse omnium linguarum.

Valentinus Schindlerus in Lexico Pentaglotto, in voce אֶבֶר ponit: אֶבֶר Lingua Eber, lingua illa prima, quam in confusione linguarum retinuit & propagavit Eber: quod is inter turris conditores non fuerit, nec in eorum consilium consenserit.

12. Cum ergo viderimus, quod in Heberi familia Hebraica lingua, ex multis Interpretum sententia, sit conservata, queritur,

II.

*Quare præ aliis Semi liberis & nepotibus, in Heberi potius, quam in alius alicujus familia,
eam conservari Deus voluerit? Et
quomodo in hac familia sit
propagata?*

Quid ad hanc questionem sit respondendum, ex parte jam elucet ex iis quæ dicta sunt: Nempe,

1. Quia Lex Dei in hac lingua suo tempore erat promulganda, Cultus Divinus à populo Dei, quem pro suo peculio præ cæteris populis elegit & assumxit, in V. T. hac lingua peragendus, Verbum Dei haclinguâ consignandum, conveniens etiam fuisse videtur, ut per eos continuò & sine interruptione conservaretur, & propagaretur Lingua Hebræa, per quos ipsos Fides, Pietas, Dei cognitio, & Timor, atque ipsa etiam Ecclesia Dei inde à Noacho usque ad Mosen propagari debuit, & propagata fuit.

Atqui

Atqui à Noacho, per Schemum, & quidem Heberi lineam ad Abrahamum descendenterem, uti ex Historia sacra constat, Ecclesia Dei propagata eo tempore fuit.

Quò referri potest, quòd Hebræi tradunt de Scholis Semi & Heberi, in quibus Sancti Patriarchæ instituti fuerint, & Legem Dei didicerint. Sic ad Genes. 25. 22. ubi de Rebecca dicitur ; וְתַלְךְ לִזְוֹשׁ אֶת " Et ivit ad querendum Dominum ; scribunt ; לא הָלַכְתָּ אֶלָּא לִמְדָרְשׁוֹ שֶׁל עַבְרִי Non aliò ivit quam in Scholam vel Collegium Heberi, in Ber. rab. sect. 63. In Jalkut fol. 32. column. 2. בֵּית עַבְרִי מִדְרָשׁוֹ שֶׁל שָׁם וְעַבְרִי In scholam Schemi & Eberi. Sic in Talmud Megilla cap. 1. circa finem legitur, quòd Jacob Patriarcha 14. annis vixerit in domo Heberi, nempe Legis discende causa, ut in glossa explicatur. In Chronico Hebræorum minore, Seder olam su'a, in editione, quæ adjuncta est libro Juchasin, Cracoviensi, f. 165. col. 2. עַבְרִי חַיָּה עַד שְׁנָוֵל פָּגָן שְׁלָשִׁים וְאֶרְבַּע שָׁנָות Heber vixerat, cum nasceretur Peleg, 34. annis ; & apprehendit scholas & Academias.

Itaque per illos ipsos quoque Lingua Dei, & populi Dei, continuè videtur propagata esse sine interruptione; nec ulla ratio videtur dari posse, cur ista lingua in hoc populo peculiari ad tempus amitti & intercidere, atque postea à populo extraneo & alieno iterū precariò quasi repeti debuerit.

Quia ergo Heberi linea & familia סָנָלָה peculum sanctum erat Semi & Noachi, ideo quoque לְשׁוֹן סָנָלָה lingua peculiaris & sancta in ipsius familia, & non per plures, fuit conservata. Nam quæ lingua ante Confusionem fuit communis omnibus, ea post Confusionem paucis facta est peculiaris, qui nempe quoque ob pietatem & sanctitatem peculiares fuerunt.

Sic enim visum fuit Deo per pauciores & selectiores, ceu lucidiores stellas, agnitionem sui propagare, donec universo populo Israëlitico, datâ per Mosen Lege, pleniori luce affulgeret. Sic Kain, primi Adami primogenitus, ad impietatem est prolapsus, & solus Abel grati odoris sacrificia Deo obtulit. Hoc per fratrem Kainum nefariè occiso, substitutus ipsi fuit Scher, à quo per certos & Deo placentes successores religio ad Noam propagata est: A' Noah deinceps ad Sem: A' Semo ad Heber: ab Heber ad Abrahamum: ab Abrahamo ad Isaacum: ab Isaaco ad Jacobum, qui & Israel dictus est, à quo populus Israëliticus, cui Deus Legem suam de plenissimo Dei cultu gratiofissimè exhibuit, eamque per Mosen Doctorem sufficientissimè declaravit.

Proinde sic etiam per hanc familiam propagata fuit, ut non ad omnes, qui ab Heber descenderunt, pervenerit, sed quosdam duntaxat, qui videbant ipsius fuerunt סָנָלָה peculum, ejusque in Pietate ac Timore Dei vestigia preserunt. Quæ enim ratio fuit conservationis Linguæ Hebrææ, eadem fuit quoq; Propagationis.

126 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

Heber namque duos habebat filios, *Pelegum & Joktanum*, Gen. 10. *Joktanis* familia in hunc censem non venit. (Nam hujus numerosa posteritas ut in diversas terrae partes dispersa fuit: sic & in diversa nomina transiit,) sed quae per *Pelegi* duntaxat linea, ad Abrahamum descendenterem, est propagata, *Hebraorum nomen & linguam* divinâ autoritate retinuit. Ex hac enim linea Abraham Pater creditum deduxit stirpem suam, ut videre est ex Genealogia descripta Genes. cap. II. à v. 10. ad 26. inclusivè.

Similiter non omnes, qui ab Abrahamo progeniti, *Fili Abrahami* appellati fuerunt, sed tantum ii, qui ab Isaaco ejus filio descenderunt Genes. 21. v. 12. Nec omnes qui fuerunt à patre Israël, fuerunt dicti *Fili Israël*, ut legitur in Epistol. ad Roman. cap. 9. v. 6. 7.

14. Huc facit, quod R. Jehúdah Hallevi scribit in libro *Cofri* part. I. §. 47. ubi de suppuratione annorum, à Creatione mundi ad sua usq; tempora, ita scribit: *שְׁלֹנוּ מֵאַתִּים וּמִמֶּנּוּ שָׁלֹן* בספר החומש מבוואר טימות אדם ושת ואנוש עד נח עד שם ו עבר עד אברם יצחק ויעקב עד משה ואלה הוי לְבֵדָה וְסִגְלוֹתָה וְלְכָל־אֲמֹם הַזּ בְּנֵים וְהַשָּׁאֵר כְּקָלּוֹת אַיִם דּוֹמִים לְאֶבֶות וּכְזַה: hoc est, *Nos numeramus quater mille quingentos annos, quorum particularis suppuratione est in Pentateuco nostro, à diebus Adami, Scheth, & Enos, usq; ad Noachum & Schemium, Eberum, & Abrahamum, Isaacum, Jacobum, & Mosen.* Hi etenim fuerunt *Cor Adami & peculum ejus, quorum unusquisq; alios quidem etiam habebat filios: sed reliqui fuerunt instar corticum, neg. parentibus similes, &c.* Et §. 95. scribit inter alia: *וְאַבְרָהָם הִיא סְנוּלָת עָבֵר וְתָלְמִידָו וְעַל נְקִיאָ עָבֵר וְשָׁבֵת נָח:* id est, *Et Abraham fuit peculum Heberi, ejusq; discipulus (unde etiam vocatur Hebreus): Heber autem fuit peculum Schemi: & Schem peculum Noachi.* Sic scribit Abarbenel in Comment. in Legem fol. 48. col. 3. *וכבר חקוו רוזל השתלשות וחכמת מזרשו של שם אל מדור של עבר ושם אל אברם אבינו:* *Et Rabbini nostri inquisiverunt catenationem, h.e. continuam propagationem Sapientiae à Schola Schemi ad Scholam Heberi, & inde ad Abrahamum patrem nostrum.*

Idem Abarbenel putat etiam ad hanc singularem Heberi pietatem & *אַבְיָן עָבֵר* respici Genes. cap. 10. v. 21. quando Schem vocatur *Pater omnium filiorum Eber.* Cùm enim Schem plures alios liberos & nepotes habuerit, quærendum ipsi videbatur; Quare *filiorum Eber* tantum *Pater* vocetur? Sic ergo scribit ad hæc verba, fol. 49. col. 3. & 4. *וְנִרְאָה לִי בְּהַחְיָה* לשם בני ובני בני רבס וכון הוי לו אחים יפתח ווחם ובניהם לכנן וראתה שכעבור שחי לשם בני ובני בני רבס וכון הוי לא אחים יפתח ווחם ובניהם לכנן וראתה התורה להניד מתכונת שם ווישר מגו שלא היה אהבתו תליה באחד מבני ובנו כי אם בעבור בן שלח בן ארכשד ובכל ורועו כי אותו ראה צדיק לפני וכור חכים הוא ליה ישב אלהים ומודrostot כמוון כלו לא הוי לשם בני אחרים כי אם בני עבר: הוא אמרו ולשם יולד גם הוא אבי כל בני עבר רל לשם גם כן יולדו בני הרבה כמו שיזלדו

שִׁילְדוֹ לְשָׂאֵר אֶחָיו אַבָּל עַכְזָלָא הִיא בְּעִינְוֹ כִּי אֲם אֲבִי כָּל בָּנִי עַבְרָ שְׁלָהָם חִתָּה אַהֲבָתוֹ :
 כְּרוּחַם אָב אַל בָּנִים כָּלְוַיְאָה אַבְיָהָם שֶׁל שָׁאֵר הַבָּנִים : i.e. Mihi hac de re ita
 videtur, quod cùm Schem plures haberet filios & nepotes, fratres item, Chamum & Ja-
 phetum, ipsorumq; liberos, Scriptura voluerit indicare naturam & indolem ipsius Schemi ;
 quod sc. amor ejus erga nullum ex filiis & nepotibus ipsius propenderit, nisi erga Heberum
 filium Schelach, filium Arpachschad, ejusq; semen ; eo quod hunc videret iustum coram fa-
 cie sua, & filium sapientem, habitantem in tentoriis & Scholis, sicut ipse ; planè quasi
 nullos alios liberos Schem habuisset, nisi filios Heberi. Hoc nempe est quod dicitur : Et
 ipsi quoque Schem nati sunt filii, patri liberorum Heber, hoc est, Schemo
 quoq; multi nati sunt filii, sicuti nati sunt reliquis fratribus ipsius ; nihilominus tamen vi-
 fuis est sibi esse tantum pater filiorum Heber : erga hos ferrebat amor ipsius paternus, quasi
 reliquorum liberorum pater non fuisset.

Hanc ipsam ob causam dicit author libri *Arugas habbosem*, quod Lingua
 Hebræa conservata sit בְּלִבְדֵּי צִדְקָה נָגֵל אֶצְבָּע penes singulares peculia, וְלֹא כְּאֶלְيָחָד, ut Paulus loquitur ad Titum cap. 2. & quod עַבְדָּיו יְנֻחָה וְרֹעֵה semen servorum
 ejus hereditate acceperit eam. Et Abarbenel, quod remanserit in prestantissimo filiorum Schemi, Hebero, &c.

15. Sed & hoc confirmatur autoritate quorundam Scriptorum Christianorum.

D. Augustinus lib. 16. de Civitate Dei cap. II. Nec frustra linguam istam,
 hoc est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tan-
 tum, qui propagati per Jacob, & insignius atq; eminentius in Dei populum coalescentes,
 Dei testamentu & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandem linguam in
 universam progeniem suam refudit : sed in eam tantum, cuius generationes perducuntur
 ad Abraham. Et libr. 16. cap. 12. Una igitur Tharæ domus erat, de qua natus est Abra-
 ham, in qua unius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in qua jam sola Hebræa
 etiam lingua permanserat, &c.

Johannes Mercerus in Comment. in Genes. In ea sola (Heberi) familia,
 rectâ lineâ, in iis scilicet tantum, in quibus forma aliqua Ecclesiæ, & veri Dei cultus per-
 manxit, persistit & servata est quoq; lingua Hebræa pura & inviolata. Nam Ismael &
 Esau, ac alii ab Israëlitis & Patribus descendentes, ut à puro Dei cultu degenerarunt, sic
 & à pura illa & nativa lingua discesserunt, ad suam quisq; qua jam erat in aliis familiis
 & nationibus.

Sic ergo haec tenus vidimus ; in qua familia lingua Hebræa fuerit con-
 servata, sc. Heberi? quomodo in illa propagata? quam ob causam item
 in hac potius, quam alia Schemi familia, fuerit conservata & propagata?

16. Pergamus nunc, & quæramus quoque Locum, in quo illa familia
 tunc temporis degit, linguaque proin Hebræa conservata fuit;

Ubi

Ubi Heberi familia sedes suas habuerit?

Difficile iter ingredimur, incognita & nostris nunquam trita pedibus, nec oculis lustrata loca, quæ situri & investigaturi. Itaque cum sine duce & sine luce periculosa & anceps per loca incognita sit peregrinatio, non poterimus tutius progredi, quam si Verbi Dei ductum sequamur, ejusque lumen pedibus & gressibus nostris prælucere sinamus.

17. Ante omnia ergo horum locorum vestigia, quæ in Sacra Scriptura sunt expressa, legemus, & loca illa colligemus, in quibus Topographia hæc aliquo modo nobis delineatur & depingitur:

I. Genes. cap. 24. describitur nobis historia, in qua Abrahamus, Heberi, ut suprà vidimus, nepos, servum suum misit in terram natalem suam, & ad cognitionem suam, ad uxorem querendam filio suo Isaac. Inter cætera ergò dicit Abraham servo suo ꝑ. 4. אֶל אָרֶץ וְאֶל מִלְחָמָה תַּלְכֹּה אֲשֶׁר לְבָנֵי Ꝑ. Ad terram meam, & ad nativitatem seu cognitionem meam ibis, & capies uxorem filio meo Isaaco. Et ꝑ. 10. dicitur de servo illo heri sui mandata exequente: וַיַּלְךְ אֶל אָרֶס נָהָרִים אֶל שָׂעָר נָחוֹר. *Et ivit vel profectus est ad Aram naharim.* (h. e. Syriam duorum fluminum) ad civitatem Nacheris (Charanem sc. vel Charras).

II. Josuæ 24. ꝑ. 2. & 3. dicit Josua ad populum Israëlem: *Sic dicit Dominus Deus Israëlis,* בְּעֵבֶר הַנָּהָר יָשַׁבּוּ אֱבֹנָתֵיכֶם מִעִלָּם תְּרַח אָבִי אַבְרָהָם וְאָבִי נָחוֹר. In transfluvium (Heb. Beéver hannábar) habitaverunt patres vestri à seculo, Therach pater Abrahami, & pater Nacheris, & serrierunt Diis alienis: אָקַח אֶת אֲבִיכֶם. Et accepi patrem vestrum Abrahänum de trans fluvium, & deduxi eum in universam terram Canaan, &c. Vide & ꝑ. 24.

III. Genes. II. ꝑ. 8. וַיָּמָת הָרָן עַל פְּנֵי תְּרַח אָבִיו בָּאָרֶץ מִזְדָּחָה בָּאוּ נְשָׁדִים. Et mortuus est Haran (frater Abrahami) coram Therach patre suo, in terra nativitatis suæ, nempe in Ur Casdim vel Chaldæorum. Et ꝑ. 31. Tulitq; Therach Abram filium suum, & Lot filium Haran, filium filii sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui. Et וַיֵּצְאוּ אֲתָם מִאָוֶר כְּשָׂדִים לְלִכְתָּה אֶרֶץ כְּנָעַן. Et egressi sunt cum eis ex Ur Casdim, ut pergerent in terram Canaan: וַיָּבֹא עַד חָרוֹן וַיָּשִׁבּוּ שָׁם. & venerunt usq; ad Charan, & habitaverunt illuc. Sic cap. 12. ꝑ. 4. dicitur Abrahamus 75. annorum egressus esse ex Charan.

IV. Genes. 15. 7. dicit Deus ad Abrahamum: אַנְּיִם זֶהוּ אֲשֶׁר הוֹצַאתִיךְ Ego Dominus, qui eduxi te ex Ur Casdim, ut darem tibi terram iustum.

V. Nehem. 9. ꝑ. 7. Tu es, ô Domine, Deus ille qui elegisti Abram, & eduxisti eum de Ur Casdim.

VI. In Novo Testamento Actor. cap. 7. v. 2. inquit Stephanus: *Viri fratres & patres, audite, Deus ille glorie visus est patri nostro Abraham, ὃν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ πέλας ἦν κατοικοῦσας αὐτῷ ἐν χαράπας, quoniam esset in Mesopotamia, priusquam habiteret in Charran. Et v. 4. Tότε ἐξελθὼν εἰς γῆν χαλδαῖαν κατέκυρτον ἐν χαράπας. Tunc exiit (Abram) ἡ terra Chaldaeorum, & habitavit in Charan. Et illinc, postquam mortuus est pater ejus, transtulit eum (Deus) in terram hanc, in qua vos nunc habitatis.*

18. Hæc sunt præcipua loca Scripturæ Canonicae, in quibus aliqua sedum antiquarum illorum Patrum indicia nobis præponuntur. Ad illa reætè intelligenda, & quæ quærimus invenienda, explicabimus primò singula *Nomina*, quorum in istis Scripturæ locis fit mentio; sed strictè, quantum nimirum ad præsens nostrum propositum conducet; deinde videbimus, quomodo adducta loca Scripturæ, secundum istas expositiones intelligi, & inter se conciliari possint. Quatuor autem præcipua sunt *Nomina*, quæ expendenda veniunt, 1. Aram Naharajim: 2. Ever hannahar, 3. Ur Casdim, 4. Charan.

19. Primum ergo Nomen loci, quod in considerationem venit, est אָרָם־נָהָרַיִם ARAM-NAHARAJIM, quod occurrit Genef. 24. v. 10. Nomen hoc est, ut appetat, complexum seu compositum ex duabus vocibus, אָרָם ARAM, & נָהָרַיִם NAHARAJIM.

1. אָרָם ARAM. Nomen hoc proprium est viri, quinti filii Semi, Genef. 10. 22. Hic verò sumitur pro Terra sive Regione certa Asiæ majoris, ab ipso appellatâ Aramia; nunc verò Syria dicta. Unde Josephus libr. I. Antiq. cap. 7. Aramaeos Aramus tenuit, quos Graci Syros appellare malunt. Et Strabo libr. 13. Quidam Syros pro Arimis accipiunt, quos nunc Aramos vocant. Hinc etiam Nomen gentile אָרָם' vel Arameus Syria, Genef. 28. v. 5. &c.

2. נָהָרַיִם NAHARAJIM. Nomen est dualis numeri, à singulari Fluvius: unde dualis, נָהָרִים Duo fluvii. Ergo Aram Naharajim est Syria duorum fluviorum, & denotatur certa Syria pars seu provincia. Longa enim lataque erat Syria, maximumque regionis Orientalis tractum completestebatur, ac proinde in plures partes seu provincias distincta, quæ ab urbibus singularium insignioribus denominantur: 1. est אָוֹם צְוֵיכָה Aram Tzobah, 2. Sam. 10. 6. Plinio Syria Soba; & Melæ, Sophene dicta, à metropoli urbe צְוֵיכָה Tzoba, cuius mentio 2. Paralip. 8. 3. 2. אָרָם בֵּית רְחוּב Aram beth rechobh, 2. Sam. 10. 6. quod non procul forte dissita esset à loco illo ad Euphratem, qui רְחוּבּות dicitur Gen. 36. 37. 3. אָרָם מַעֲכָה Aram Maacha, seu Comagena, 1. Paralip. 19. 6. extra Euphratem, etiam à metropoli Maacha sic dicta, aut à Maacha filio Nachor, Genef. 22. v. ultimo. 4. אָרָם דַמְשֶׁקְ Aram Dammesek, Syria Damascena, 2. Samuel. 8. v. 5. cuius metropolis erat פָּתַח Damascus.

R

130 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

5. Denique est אֶרְצֵהָרִים Aram-naharajim, Syria duorum fluviorum, quam nos h̄ic quærimus. Dicitur ea sic, quod inter duos fluvios Euphratēm & Chiddekel (sive Tygrin, ut à prophanis Scriptoribus vocatur) media concludatur: Unde R. Salomon scribit: בֵּין שְׁתֵי נְהֹרוֹת יַשְׁבַּת Inter duos fluvios sedet seu interjacet. Græci vocant Mesopotamias Syriam Mesopotamiam, Medannem, Interannem, Chaldæus, אַרְם דַי לְ פָרָת Arameam seu Syriam que est juxta Euphratem, vel trans, ultra Euphratem, respectu nimirum Terræ Israëlis. Euphrates enim terminus fuit terræ sanctæ, eamque circumivit. Aliter etiam dicta est hæc Syriæ pars פָּדוֹן אֲרָם Paddan Aram, Syria Campestris, vel jugata, quod quasi sub duorum fluviorum jugum sit missa. Hinc Genes. 28. v. 5. ubi legitur: Et abiit (Jacob) פָּדוֹנָה אֲרָם in Paddan Syria; LXX. reddiderunt, Εἰς τὴν Μεσοποταμίαν συεῖν in Mesopotamiam Syria. Et quia omnium erat præstantissima, maxima & antiquissima, hinc etiam nonnunquam אֲרָם אֶצְחָלָד dicitur Aram, Syria: & incolæ ejus Aramei, Syri: Interdum etiam apud authores latius sumitur, ut Chaldæam quoque, & regiones ultra Tigrim comprehendat.

Alterum Nomen est עבר הַנָּהָר Ever-hannâhar, cuius mentio Josuæ 24. 2. 3. Voces hæ sunt appellativæ, עבר Trans, נהָר Fluvius. Fluvius autem intelligitur Euphrates. Hinc Chaldæus; בַּעֲבֵר פָּרָת Trans Euphratem habitarunt patres vestri; ut sic Syria interannis, & עבר הַנָּהָר (Regio) trans fluvium, planè sint synonima. Hinc 2. Sam. 10. 16. אַרְם מַעֲבֵר הַנָּהָר (Viri) Syria de trans fluvium, sc. Euphratem. Sic 1. Chron. 19. v. 16. Ergo Transfluvium, elliptice dicitur, pro Regio trans fluvium, transfluvialis.

Sic hic propriè accipiuntur hæ voces, & intelligitur tota Mesopotamia, quæ Cananæis Transfluvialis, vel Transfluviana, Peratae dicta fuit à fluvio Euphrate, qui Mesopotamiam à Cananæa distinguebat, & quem Trajicere necesse habebat, qui ex una terra in aliam transfire volebat. Sic vulgatus interpres Tuli patrem vestrum de Mesopotamie finibus. Et sic vulgo omnes nostri.

Hinc 1. Reg. 4. 24. de Salomone; נָמִים אֲפָדָה בְּכָל עַבְרֵי הַנָּהָר Nam ipse dominabatur in omnem Regionem transfluvialem, in omnes reges trans fluvium, vel transfluvialis regionis.

Tertium Nomen est אוֹר כָּסְדֵּן Ur Casdim, Ur Chaldaeorum.

1. אוֹר Ur origine est Hebraicum, & primò significat Ignum, à Lucendo. Nam אוֹר Lucere. Hinc Ezech. 5. v. 2. Tertiam partem baur Ignis combures. Hinc etiam Hebræorum nonnulli in hoc loco reddunt, Ex igne Chaldaeorum, quod retinuit Vulgatus Interpres Latinus Nehem. 9. 7. Tu ipse Dominus Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de Igne Chaldaeorum. Fingunt enim Hebræi, Abrahamum in Chaldea, quod Idololatriæ ipsorum reflecteret

Cisteret atque se opponeret, à Rege vinctum & in fornacem Ignis projectum esse, ut vivus combureretur; sed miraculosè ex illo Igne à Deo erutum & liberatum fuisse, & hoc esse, quòd Deus dixit; *Ego Dominus, qui eduxi te ex Ur Casdim Igne Chaldaeorum.* Vide fabulam in Capitulis R. Eliesaris cap. 23. ab initio.

Deinde significat עיר-vallem vel specum: unde, אגורה צפוני Specus Vipere, Jesa. 11. v. 8. Sic Ur Chaldaeorum idem est, quod Vallis Chaldaeorum.

tertio significat etiam, juxta quosdam, Montem, Jesa. 24. 15. נאורים נבדו In montibus glorificate Dominum. Sic Ur Casdim est Mons Chaldaeorum.

Quarto plerorumque, & quidem verior sententia est, Ur non esse hic Nomen appellativum, sed proprium Urbis vel Oppidi alicujus, patriæ sc. Therachi & Abrahami.

II. כָּסְדִּים Casdim, hoc est, Chaldaeorum. Chaldæi dicuntur Casdim à כֵּסֶד filio Nachoris ex Melcha, Gen. 23. v. 20. & inde terra ipsorum אַרְפָּכֶשׁ Terra Casdim vel Chaldaeorum, S mutato in L. Sic Ur Chasdim hic prolepticè vocatur. Alii tamen putant sic dictos ab ארְפָּכֶשׁ Arpachshad, quasi Arpachshadi; præcisissim duabus primis syllabis; ex eo sc. quod Josephus scribit Antiquitatum Judaicar. lib. 1. cap. 7. Arphaxades eos qui nunc Chaldei sunt, Arphaxadeos nominavit. Sic Abarbenel in Legem fol. 49. col. 3. Chaldaea autem non erat inclusa Mesopotamiæ, seu spatio duorum illorum fluviorum Euphratis & Tigris, sed ab ea exclusa, & aliis terminis comprehensa, attamen aliquo modo contermina. Distinctæ olim erant provinciæ, imd regna; Syria, (quod vocabulum recentius) olim Aramea, ab ארְם Aram: Assyria, ab אַשּׁוּ Assur: & Chaldea, à ארְפָּכֶשׁ Arpachshad denominata; Aramea & Assyria cesserant in dispersione populorum filiis Semi: Chaldaea filiis Chami. Posterioribus temporibus, cum Imperia & Babyloniorum Monarchia dilatari coeperunt, confusa fuerunt nomina, ita ut omnia haec tria regna uno seu Babyloniam, seu Assyriam nomine fuerint comprehensa. Et quia Chaldæi Astrologiæ admodum dediti, ejusque periti fuerunt, inde factum ut Chaldeus etiam significet Astrologum, sive is Chaldeus, sive ex alia natione fuerit. Quid autem hic sibi velit hoc Epitheton, & quare Urbs sive Oppidum Ur sic vocatum? an quod in Chaldaea situm? an quod tantum à Chaldæis inhabitatum? ambiguæ sunt, uti audiemus, interpretum sententiæ.

Quartum nomen est חָרָן Charan, vel Charran, quando Therach cum Abraham & reliquis dicitur egressus esse ex Ur Casdim, & habitasse in Charan: & deinde quoque Abraham 75. annorum ex Charan exivisse, ad proficiendum in terram Canaan.

De hujus loci situ omnes consentiunt, quod fuerit oppidum in Mesopotamia, juxta Euphratrem.

20. Sed sufficient hæc de Nominibus istis protheorias loco præmisisse: videamus nunc, *Quomodo superiora Scriptura loca de sedibus & habitatione primorum Hebreorum conciliari inter se posint?*

Pugnantia videtur in illis locis esse ista; Genes. cap. 24. dicitur אֶרְאֵת Terra (sc. natalis, solum natale) Abrahami fuisse Syria duorum fluminum, hoc est, Mesopotamia; hoc enim sibi vult, dum ait Abraham, *Ad terram meam וּמִמְלֹאת* & ad nativitatem meam ibis, q. d. In terram meam nativitatis, ubi progenies vel cognatio mea est. Sic Josuæ cap. 24. dicitur: *In Ever hannahar, h. e. in Mesopotamia habitarunt Patres vestri à seculo, Therach pater Abrahami.* Item *De Ever hannahar accepi patrem vestrum, &c.* Et Stephanus in cap. 7. dicit expressè, *Deum apparuisse patri Abraham quum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran.* Hæc omnia videntur disertè satis docere, Patriam & solum natale Abrahami fuisse in Mesopotamia, quæ, ut vidimus, Syria nobilis erat pars.

At Genes. cap. 11. dicitur *Terra nativitatis Haranis (fratris Abrahami, vel Therachi patris Abrahami) fuisse Ur Casdim seu Chaldaeorum.* Et Therach dicitur esse egressus ex Ur Chaldaeorum, ut proficeretur in terram Canaan. Et Genes. 15. dicit Deus; *Ego sum Dominus qui te eduxi ex Ur Casdim seu Chaldaeorum.*

Cum itaque Mesopotamia & Chaldaea distinctæ fuerint provinciæ, diversos etiam habuerint seu dominos, seu incolas, uti visum, quæritur, *Quomodo hæc inter se conciliari queant?*

Varios conciliationis modos excogitarunt interpretes, quos hic referre: non extra oleas erit:

I. Sunt, qui dicant, *Ur Casdim esse propriæ & revera Terram Chaldaeorum*, in qua natus sit Abraham, adeò ut nativitatis ratione Abrahamus Chaldaeus fuerit, non Syrus. Cætera autem loca, nempe Genes. cap. 24. & Jos. cap. 24. loqui de Terra non nativitatis ipsorum, sed habitationis, quam primò inhabitarunt, posteaquam è terra nativitatis suæ Divino iussu & impulsu profecti fuerunt, & unde deinceps rectâ, trajecto Euphrate, terram Canaan adiverunt. Ea autem fuit *Mesopotamia*, & in hac civitas five oppidum *Charan* nominatum, ad ripam Euphratis situm.

In hac sententia expendendum, 1. an conveniat dicere, Abrahami & Therachi patriam fuisse Chaldaæm; cum Chaldaæ, tunc & antiquitus ita dicta, secundum Hebræos cesserit filii Chami; hi verò Semi posteri & nepotes fuerint?

2. Quo fato vel occasione ipsos eò delatos esse oporteat? Nam cum Confu-

Confusionis Linguae pœnam non sint experti, non videntur quoque Dispersionis in terram longinquorem participes facti esse. Et per Dispersionem illam solemnem illud non potuit esse factum, cum Chaldæa posteris Chami cesserit.

3. Abrahamus nullibi dicitur Chaldæus, sed Hebræus.
4. Elieser, jussus ab Abrahamo proficisci in terram suam, non ivit in Chaldæam, sed in Mesopotamiam.

5. Stephanus dicit expressè, *Deum apparuisse Abrahamo existenti in Mesopotamia, antequam habitaret in Charran.* Antequam autem Abraham habitatset in Charran, nullibi eum legimus fuisse, quām in Ur Casdim, urbe suā patriā. Sanè si vel maximè V. T. loca hac primā conciliationis ratione conciliari possint, non video, quomodo ad Stephani verba applicari possit.

21. II. Alii, has difficultates considerantes, dicunt *Mesopotamiae* vocem latè sumi à Stephano, ita ut *Chaldaam* quoque complectatur, ac proinde Mesopotamiam & Chaldæam pro Synonimis quasi ipsum sumisse & æquipollentibus, quod una sub altera, Mesopotamia scil. sub Chaldæa, comprehendenderetur. Sic observavit Ludovicus de Dieu in Notis suis in Acta, à Geographis Arabibus, Chaldæam quoque ad Mesopotamiam referri.

Ita fieri quidem potest, ut Stephanus hac voce sit usus: an autem Moses tūm secum ipso, tūm etiam cum Josua sic conciliari possit, dubito. Nescio enim an illis temporibus jam nomina ista tam latè usurpari potuerint, cum dominia & Imperia illa adhuc fuerint magis restricta & nondum ita amplè dilatata.

22. III. Rabbi Moses Nachmanides, sive Gerundensis, alterius est sententiæ. Statuit is, *Therachum* (patrem Abrahami) fuisse ex Charan (in Mesopotamia, hoc est, illic natum): sed cum Abrahamo filio suo, antequam nasceretur Haran (alias ipsius filius) in terram Chaldeorum profectum esse, ibi, in Ur Chaldeorum natum ei & denatum quoq; esse Haran: Et hunc esse sensum verborum illorum Genes. II. v. 28. Mortuus est autem Haran coram Therach patre suo in terra nativitatis suæ in Ur Chaldeorum; ita scil. ut Ur Chaldeorum Haranis solitus terra nativitatis fuerit & dicatur: Postea, mortuo scil. Harane, Therachum cum Abrahamo filio iterum ex Ur Chaldeorum egressum, &, in terram Canaan iter infinituentem, Charagem terram nativitatis sue reverhos esse, ibi, aliquandiu substituisse: ubi dum essent, Abramum mandatum hoc à Deo accepisse: Exi è terra tua, & ex cognatione tua, &c. Nachoris hic nullam mentionem fieri, quod ille semper in Charan substituerit & permanserit, neq; cum Patre Theracho, & fratre Abrahamo, in Ur Chaldeorum profectus fuerit. Huc redit summa ipsius sententiæ,

134 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

quam fusè & prolixis verbis explicat in Commentariis suis in Genesim, sectione נח ad Gen. 11. & sectione ל' ad Gen. 12. & in sectione ad Gen. 24. quòd se conferre poterit Lector, qui ipsamet ejus verba desiderat. Eandem sententiam secutus est R. Bechai, ut videre est in ejus Comment. fol. 21. col. 1.

Abarbenel verò contra hanc sententiam varia excipit; 1. Inquit; שהוא נזח הכתובות ברצונו שאין להם זכר בכתב כל ר' שבא תורה לבדו עם אברהם מהרן לנו בארץ כshedim ושם נולד הרן ונזכר שם ואין רמז בדבר מזה בכתב; hoc est, Fingit ipsemet historias pro lubitu & arbitrio suo, quarum nulla prorsus in Scriptura mentio; veluti, quod Therach cum Abraham solo ex Charan profectus sit ad habitandum in terra Chaldaeorum, illuc natus & sepultus fuerit Haran. Harum rerum nulla sunt indicia in textu Scripturae.

שזה ראיי לדעתנו שיאמר ששבו תורה ואברהם לחון כי אין ראוי שיאמר במ' 2. Secundum ipsius sententiam dicere debuisse Scriptura, quod reversi fuerint Therach & Abraham Charanam; et quod sic loqui conveniat de eo qui revertitur in terram suam, in qua a seculo sive semper fuerunt patres ipsius.

כ' הנה הכתוב אומר ויקח אברהם ונחזר להם נשים וזה יורה שהז' יחד במקומם 3. אחד ונשאו נשים כאחד ואיך יתכן וזה אם היה נחזר בחורן ואברהם באור כshedim; hoc est, Dum Scriptura ait, Duxerunt autem Abraham & Nachor (fratres sc. duo) sibi uxores, Genef. 11. 29. docet, quod una in uno eodemq; loco fuerint, simul etiam uxores duxerint. Quà ratione verò fieri hoc potuisset, si Nachor fuisset in Charan, & Abraham in Ur Chaldaeorum?

שעכ' פ' יצטרך הרבה הרב הנחמני להוכיח כי תורה עמד זמן רב באור כshedim עד 4. שהוליד את הרן ועד שהרן הוליד את לוט כי הנה ב策ת תורה ממש הוליד' את לוט עמו וזה עיה אם כי יותר משלשים או מ' שנה ואיך יזדק אם כן אמרו בעבר הנהר ישבו hoc est, Adde quod omnibus modis confiteri cogatur Nachmanides, quod Therach longo tempore substiterit in Ur Chaldaeorum, donec sc. genuit Haran, & donec Haran genuit Lothum: Cum enim Therach inde exiret, Lothum secum abduxit. Hoc verò fieri non potuit paucioribus quam 30. aut 40. annis. Quod si autem ita sit, quomodo cum hoc componetur illud Josua; In terra transfluvium habitarunt Patres vestri inde à seculo; si nempe tanto temporis spatio fuerunt in Ur Chaldaeorum?

כ' הכתוב אומר אני 'אשר החזאתיך מאור כshedim: וככתוב אחר אומר ואכח' 5. את אביכם את אברהם מעבר הנהר: והרב אמר כי החזאתיך אינו כמו לךחתייך ושהוזאתיך מאור כshedim היה על האצלת אברהם מכבשין האש שהשליכו בו נמרוד כטו שניכרו חכטנו זל אבל אם היה זה כן לא יכול שיש זה אמרו לחתך לך הארץ הזאת כי לא היה נס ההצלחה בעבור זה כי אם מפני שלמותו וצדקו ולמען אשר יצוחה את בניו ושמרו

זשמרו דרך " וכל זה ממה שירוה שנס דעת הרוב הנחמני בלהי נכוון ולא מתישב בדבר : h.e. Deniq, dicit Scriptura in loco uno ; Ego sum Dominus, qui eduxi te ex Ur Chaldaeorum : & in loco alio ; Et accepi Patrem vestrum Abramum ex terra transfluvium (Mesopotamia). Excipit hic quidem Nachmanides ; Eduxi te, non idem esse, quod Accepi te ; Nam illud ; Eduxi te ex Ur Chaldaeorum, dici de liberatione divina Abrabani ex fornace ignis, in quem conjecterat eum Nimrod. Verum si ita se res habeat, non coherent cum hoc verba sequentia, Ad dandum tibi terram istam. Nam miraculosa illa liberatio non propter hoc facta fuerat, sed propter pietatem & justitiam Abrabani, & ut praecepit filii suis, ut custodirent viam Domini. Hec omnia itaq, docent, quod nec Mosis Nachmanidis sententia satis sit conveniens & solida in hoc negotio. Haec tenus Abarbenel, contra sententiam Nachmanidis.

23. IV. Aliam itaque invenit Abarbenel conciliationis rationem. Statuit nempe is, Abrahamum in Aram Naharajim, sive in Syria Mesopotamia & natum esse & habitasse, antequam venisset in terram Canaan : Ur oppidum sive civitatem fuisse eam, in qua natus fit Abraham ; sitamque non in Chaldaea, sed in ipsa Mesopotamia, ac propterea dici Ur CHALDAEORUM, non situs & loci ratione ; sed, vel quod Chaldaeи eam ceperint & occuparint, atque eò usque se effuderint ; vel quod illic jussu Regis Chaldaeorum Abraham tentatus fuerit ; vel quod Chaldaeи illic Ignem coluerint : CHARAN fuisse urbem in qua diu habitarunt, posteaquam ex urbe Ur profecti fuerunt in Cananæam : EBER HANNAHAR fuisse nomen proprium provinciae in ARAM sive SYRIA MESOPOTAMIA, in cuius dictione utraque urbs fuerit, UR & CHARAN. Verba ipsius sunt haec ; הַיְתָר מִתְיַשֵּׁב בָּעֲנִי אֶרְךְּ הַכֹּשְׁדִים שָׁאַנְוָא אֶרְךְּ כָּשְׁדִים אֶלָּא שָׁם מִקּוֹם בָּעֶבֶר הַנָּהָר וּמִמְלְכֹות אֶרְם וּמִמְחֹזָה עַבְרַ הַנָּהָר הוּא : וְהַנָּהָר נִקְרָא כֵן אֶרְךְּ כָּשְׁדִים אֶסְמָן שְׁבָחוּתוֹ מָוֶלֶךְ בָּבֶבֶל מִשְׁם יָצָא לְאַשְׁר שְׂהִיה מַבְנֵי שָׁם כִּמְשָׁמֵן הָאָרֶץ הַחֲזָה אִישׁ כְּפִי פ' המפרשים וכבש מקומות בארץ ומכלם היה וזה שנקרא אוֹר כָּשְׁדִים בעבור שכבשו כצד'ים כמו שכabbת הַרְּן' וכן כתב הראב' טפ' אוֹר בְּקֻעה וכמו על כן באורים כבודו " וְיַדְיוֹ הַשְּׁם בְּקַעַת הַכֹּשְׁדִים שְׁנַטְפְּשָׁו עַדְיוֹ לְשָׁלוֹל שְׁלָל וּלְבוֹן ז' וְאֶסְמָה הַאָשָׁש שְׁנוֹתָה בְּאָבוֹרָם בְּמִזְוֹת מָלֵךְ כָּשְׁדִים : וְהַיְתָר נִכוֹן הוּא מִתְחַכֵּם חַכְמִי הָאוּמּוֹת שְׁחִי הַכֹּשְׁדִים בְּמִקּוֹם הַהָאָוֹת וְאֶת הַשְּׁמֶשׁ הַמָּלֵךְ עַלְיוֹ וְלֹכֶן קָרָאוּוּ אוֹר כָּשְׁדִים : טָן דָבָר יְהִיה מִשְׁיחָה הַיְהוּדִים אוֹר כָּשְׁדִים מִמְחֹזָה עַבְרַ הַנָּהָר וְלֹיה אָמַר הַכֹּתוֹב עַבְרַ הַנָּהָר יְשִׁמְעָל אֶבֶוּתִיכָם מְעוּלָם שְׁהָא שָׁם דְמָחוֹן : hoc est, Convenientius & magis solidum de UR CHALDAEORUM est ; quod non intelligatur terra Chaldeorum ; sed quod sit nomen Loci in Regione transfluvium, h.e. in Mesopotamia in Regno Aram (h.e. Syriæ), provinciā (ejus sc. regni) trans fluvium seu Mesopotamia, Vocatur autem UR CHALDAEORUM ; Vel propterea, quod

quod dum Nimrod in Babylonia regnaret, inde egressus sit in Assyriam, sicut dicitur; E terra illa egressus est ad Assur, qui fuit è filiis Schemi, Gen. 10. 11. secundum quosdam interpres, subegeritq; etiam loca in terra Aram, & ex eis illum, qui vocabatur UR CASDIM vel Chaldaeorum, è quod subegissent eum Chaldei, sicut scripsit Rabénu Nissim. R. Abraham Aben Ezra exponit עיר Ur, Vallem; sic nomen ejus fuerit, Vallis Chaldaeorum, quod nimis è usq; Chaldei se diffuderint ad faciendum predam, & spolia petenda: Vel (subintellige, sic nominabatur) propter Ignem in quo tentatus fuit Abraham ex mandato Regis Chaldaeorum. Sed rectius est, quod scripserunt Sapientes gentilium, Chaldeos in illo loco Ignem coluisse, & Solem qui in eum dominatur, ac propterea appellatam fuisse UR Chaldaeorum; Summa, quicquid sit, UR CHALDÆORUM fuit de provincia trans fluvium Euphratem, seu Mesopotamia, & idè Scriptura dicit; In (terra) trans-fluvium habitârunt Patres vestri à saeculo; quod est Nomen Provincia. Plinius certè libr. 5. cap. 24. ponit Uram urbem quandam juxta Euphratem. An illa forte huc trahenda?

Hanc suam sententiam ex eo probat, quod Charan & Ur Casdim videantur in eadem regione fuisse, cuius rei indicium vult esse, quod ubi unà cum Ur vel statim post Ur Casdim hujus loci Charan fit mentio Genes. 11. v. 31. absolute illud nomen ponatur, sine additione provinciæ aut regionis generalioris, in qua sita fuerit, quod omnino faciendum fuisse putat, si alterius, quam verò Ur, fuisse regionis. Cum verò constet, Charan urbem sitam fuisse in Mesopotamia, hinc concludit, Ur quoque in eadem fuisse. Hoc sibi vult, quando porrò ita scribit; וורה על הארץ אמרו ייבאו עד חורן ואלו היה חורן במחוז אחר היה הכתוב אומר ייבאו עד חורן אשר בעבר הנהר אבל לא הזכיר שם הארץ Docet והמחוז: לפ' שני המקומות או כשדים וחורן הוא בארץ אחת ובמחוז אחד: nos hoc, quod dicitur, Et veneruntusque ad Charan, Gen. 11. 31. Nam si Charan fuisse in termino sive trâculu alio (sc. quam Ur Chaldaeorum; nempe Ur in Chaldaea, & Charan in Mesopotamia) Scriptura ita loquuta fuisse; Et venerunt ad Charan, quæ est trans fluvium, sive in Mesopotamia. Atqui non minimus nominis terra & provincia in qua (Charan) sita fuerit; è quod ambo illa loca, Ur Casdim & Charan, fuerint in terra una, & provinciâ una.

Sic, juxta Eliam Misrachi, vult R. Salomon Abrahamum natum esse in Aram Naharâjim, h. e. in Mesopotamia.

ותר חיליך את אברהם ואת חורן וזה במלכות הרן הנקרא מישופטמיא Sic scribit Abraham Sachut in libro Juchasin fol. 135. col. 2. Nachor genuit Therachum, & Thérach genuit Abramum, & Nachorem, & Haranem, idq; in regno Haranis, quod vocatur Mesopotamia, que est Aram Naharâjim, sic vocata, quod inter duos fluvios, Chiddekel scil. & Tigrim, interjaceat. Cur verò Mesopotamiam vocet Regnum Haranis, quærendum.

CONFUS. CONS. ET PROPAGATIONE. 137

24. Juxta hanc sententiam nulla inter superiora loca esset pugnantia: *Terra natalis Patrum illorum, Mesopotamia sive Peratea, Trans-euphratensis regio: Urbs natalis Ur, in Mesopotamia, sed à Chaldæis occupata, & cultu Idololatrico inquinata*; ut inde *Ur Chaldeorum vel Terra Chaldeorum vocata fuerit*; sicut Genes. 40. §. 15. *Terra Canaan* (vel pars ejus, Hebron sc. ubi commorabantur) à *Josèpho vocatur אֶרְאָן הַעֲכָרִים Terra Hebraorum*, quia ab *Hebræis* inhabitata erat, &c. Vide *רַמְבָּן* fol. 37. 1.

Sic facillimè inter se conciliantur Moses & Josua.

Sic etiam cum utroque in gratiam redit Stephanus Actor. 7. *Deus ille glorie, inquit, risus est Patri nostro Abrahae, quem esset in Mesopotamia, (nempe in Ur illâ Chaldeorum) prius quam habitaret in Charran.* Una restat difficultas in eo, quod sequitur §. 4. *Tunc exiit è terra Chaldeorum.* Quomodo exiit è terra Chaldeorum, si vocatus fuit è Mesopotamia? Ad hoc responderi potest, illum vocem *Terra sumere pro Urbe & Agro sive Valle illa tota, in qua Ur sita fuit: Aut certè, illum ita loqui ex usu præsenti, quod posterioribus temporibus Mesopotamia sub Chaldaea comprehensa fuerit.*

Sic non faciendæ duæ Vocationes, quibus Abraham à Deo vocatus fuerit; Una, in Ur Chaldeorum; Altera, in Charan Mesopotamiae.

25. Ex hac tenus dictis videtur admodum probabile esse, in *Aram vel Aram Naharājim*, hoc est, Syria interamni aut bifluviali, sive Mesopotamia, natum & educatum esse *Abrahamum* à *Theracho* patre suo, unà cum uxore *Sara* & patruele *Lot*, donec divinitus ex ea evocatus, & in terram Canaan translatus fuit.

Hoc verò sic posito, vix dubitari potest, quin & *Majores ejus*, qui usque ad *Peleg* sive *Phaleg* in dispersione non numerantur, eandem regionem incoluerint.

Quod si autem *Phalegi posteritas* hic nata & educata, sedesque fixas in his locis habuerit, quis patrem *Peleg* ab illis separet? maximè quod sub ejus nativitatem dispersio sit facta, ut superiore Dissertatione visum, & propterea ipse in dispersionem non venerit, sed in natali solo permanserit. Infans enim dum esset, familiam habere non potuit, multò minùs gentem constituere, aut novæ nationi vel regioni nomen dare.

An verò *Heber* pater infantem *Pelegum* in admiranda ista dispersione deseruit, in aliam regionem abeundo? Id certè credibile nullo modo est.

Quod si jam *Heber* cum *Phaleg* ejusque posteris ibidem permanserit, credibile est, ejus proavum, benedictum *Semum*, cum piissimo patre *Noā*, quorum vita adhuc erat vegeta, conjunctas cum ipsis sedes habuisse, ut sic *Sanctum Ecclesiæ & populi Dei semen conservaretur, & per Abrahamum,*

juxta divinam promissionem, ad numerum Stellarum cœli propagaretur.

26. Sic ergo familiae Heberi sedes in Aramæa sive Syria fuit, & per consequens idem ille quoque fuit Locus, in quo, proximè à Confusione Linguarum & Dispersione populorum, Lingua Hebræa fuit conservata, usque ad Abrahami ex ea excessum. Hæc eadem fuit sententia Eliæ Levitæ in Praefatione sui Meturgeman. Locum, quia à Genebrardo & quibusdam aliis non recte ex mente Eliæ intellectus videtur, ipsummet adscribemus, & transferemus: Dicit illic, Lingua Aramæam Linguae Sanctæ viciuorem esse omnibus aliis linguis, & ad hujus rei confirmationem adducit testimonium Aben Estræ, qui scribit alicubi, Lingua Aramæam esse Linguam S. corruptam: Et ex his concludit, quod antequam Lingua Sancta corrupta fuerit, locuti sint in Aram sive Syria non aliam, quam Linguan Sanctam. Quærendum itaque Elias dicit, *מת' נשתבש Quonam tempore Lingua Hebraea corrupta fuerit in Aramæa sive Syria? Ad hoc respondet,* זה לא בזמנ האבות ויה זה לשון חמשונש וזראיה ער שחוטאת נראה ל' לומר שנטבתש תקף אחר שיצא אברם משׂ: כי ביל ספק היה זה והוא ואבותיו מדברים בלשון הקדש כאשר קבלו מארם עד נח איש מפ' איש והעקר היה שם בין זה שהוא היה בעבר הנهر שנאמר עליו הוא היה אב כל בני עבר רל בני עבר הנהר כמו שפירש הרמן ז' וכשותה הוא ורב בניו ויצא שם אברם וזה כולם ער' או נשtabsh הלוון ז' ונקרו לשון ארמי על שם אראם שהוא היה הבן האחרון של שם ש' בני שם עילם ואשור וארככש ולהוד ואורם: ומסתמא הוא הארץ ים' יותר מוכלים לכך נקרו הלשון על שםו לשון ארמי: זכתבא אברם לארץ בגען היה הוא וזרעו מדברם שפת כנען שהא לשון הקדש ממש ואך hoc est, Quod tempore patriarcharum jam fuerit lingua ista corrupta (Aramæa) patet ex verbis illis Labanis, Genes. 31. Videtur itaq. mihi dicendum esse, quod corrupta sit statim postquam inde (ex Aramæa, non Chaldæa) egressus fuisset Abrahamus. Nam absq. dubio loquebantur ipse & patres ejus Linguaam Sanctam, prout eam acceperant ab Adamo usq. ad Noachum, unus ex ore alterius. Præcipuus autem ac primarius fuit Schem filius Noachi, qui fuit in Eber Hannahar, hoc est, Trans-fluviali regione (Mesopotamia) sicut de eo dicitur, Ipse fuit pater omnium filiorum Eber, nempe Eber hannahar trans fluvium, scil. habitantium, secundum expositionem R. Mosis ben Nachman. Ipso vero, & majore filiorum ejus parte, mortuis, Abrahamoq, ex Mesopotamia egresso, omnes facti sunt idololatres; & tunc confusa fuit lingua, at vocata Aramæa, ab Aramo, postremo filiorum Semi, sicut dicitur; Filii Semi sunt, Elam, Aschur, Arpachschad, Lud, Aram, Genes. 10. Et quia ipse diutius omnibus vitam protraxit, hinc factum, ut lingua à nomine ipsius Aramæa fuerit vocata. Cum verò Abrahamus ingressus esset vel venisset in terram Canaan, ipse & semen ejus loquebantur linguam Canaan, hoc est, linguam Sanctam. Etiam Israélite, quando in Aegypto fuerunt, non dereliquerunt eam, &c.

In his

In his verbis ostendit Elias, *primo*, quomodo lingua Hebræa per primos illos patres inde ab Adamo usque ad Heberum, & ab eo ad Abrahamum usque fuerit propagata: *deinde* ostendit Locum, ubi fuerit conservata; nempe in Aramæa: *tertio*, indicat Tempus, quamdiu illic fuerit pura conservata; nempe usque ad egressum Abrahami ex ea: *quarto*, quod linguam Hebræam Abraham in Aramæa jam loquutus fuerit, eamque non à Cananæis demùm, sed à teneris à parentibus suis didicerit, prout ipsi quoque eam inde ab Adamo acceperint: *quinto*, quod in Cananæam veniens, non novam linguam didicerit, sed vernaculam suam immutatam, Linguam scil. Sanctam loquutus sit, quam antea didicerat & loquebatur, sicut & Israëlitæ in Ægypto non Ægyptiorum assumserunt, sed suam linguam retinuerunt. Quod Linguam illam vocat *Linguam Canaan*, non ita intelligit, quasi gentis Cananææ tūm lingua illa fuerit, sed ad imitationem Esaiae, quia postmodum ita appellata fuit, posteaquam Israëlitæ eam terram possederunt, & lingua Hebræa in eā usi fuerunt.

Quod verò putat Elias, linguam Aramæam & Chaldaeam esse demum ortam post egressum Abrahami ex Mesopotamia, in eo cæteri Rabbini ab eo dissentunt, nec nos ei assentimur. De illo autem alibi, favente Deo, disquirendi dabitur occasio. Sufficit nobis in præsentia, quod docet, Hebrei familiam usque ad Abrahami egressum, continuâ successione in Syria Mesopotamia suas sedes habuisse, & in ea Hebraicè loquutos esse.

I V.

*Unde HEBRÆORUM & Lingua & Populus
nomen hoc acceperint?*

27. **HEBRÆUS** Hebraicè dicitur *Ibri*, quod formam habet ab עבר Ebher, quod Nomen Proprium est Viri; & Appellativum, significans vel Nominaliter, *Transitus, Vadum*; vel Præpositionaliter, *Cis, Trans, Ultra*.

Primo omnium hoc nomine in Sacris vocatus legitur Patriarcha *Abrahamus*, Genes. 14. §. 13. וְבָא הַפְלִיט וְגַד לְאַבְרֹם הַעֲבָרִי Et venit quidam profugus, & nuntiavit Abram Haifri **HEBRÆO**.

Hoc nomen, Abrahami & Patriarcharum Sanctorum posteri deinceps diu retinuisse videntur. Sic enim Josephus ab Ægyptiis vocatur אִישׁ עֲבָרִי *Vir Hebreus*, Genes. 39. 14. & הַעֲבָד הַעֲבָרִי *Servus Hebreus*, §. 17. vel נָעַר עֲבָרִי *Puer Hebreus*, cap. 41. §. 12. Gen. 43. 32. Non enim possunt Aegyptiis paucem comedere עַמּוּ� הַעֲבָרִים cum Hebreis. Et Exod. 2. §. 11. dicitur de Mose: Et vidit Virum Aegyptum percutientem אִישׁ עֲבָרִי מִאַחֲרֵי *Virum Hebreum* è fratribus suis. Et §. 13.

140 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

שְׁנֵי אֲנָשִׁים עֲבָרִים נֶצֶת
 Due viri Hebrai litigabant, Sic Exod. 2. v. 6. dicit filia
 Pharaonis de Mose; מִילָּד' הָעֲבָרִים זוֹ De pueris Hebreorum est iste. Exod. 5. v. 3.
 אֱלֹהִים נִקְרָא עַלְיוֹנוֹ Deus Hebreorum occurrit nobis: Et cap. 7. v. 16. אֱלֹהִים
 דָּוִמְיָן Dominus Deus Hebreorum misit me: Vide & Exod. 1. 15. 16. 19. &c.
 Hinc scribit R. Bechai ad Exod. 21. 2. קַח שְׁמָךְ שְׁהָא לְהָם לְיִשְׂרָאֵל בְּחוּתָה
 בְּמִצְרָיִם בְּאיַן תּוֹרָה Est nomen quod habebant Israëlite, quum essent in Aegypto absq;
 Lege. Postmodum tamen etiam aliquando hoc nomen iis tributum legitur.
 Vide Exod. 21. 2. Deuter. 15. v. 12. 1. Sam. 4. v. 6. 9. & cap. 13. 3. 7. 19.
 & 14. 11. 21. & cap. 29. 3. Jer. 34. v. 9. 14. Jonæ 1. 9.

28. De Nominis hujus ratione & Etymologia quatuor, si accurate obseruemus, occurruunt diversæ Authorum sententiae.

29. Prima est quorundam Christianorum scriptorum, qui ab Abrahami nomine *Ebreos* vel *Hebreos* dictos volunt, imperitiâ magis, quam notitiâ originalis vocis ducti. Sic enim apud Eusebium De præparatione Evangelica lib. 9. cap. ultimo legitur: *Artapanus historicus Judeos dicit appellatos fuisse, & Hebreos ab Abrahamo dictos.* D. Ambrosius in Epistola ad Philipenses cap. 3. scribit: *Hebrei propter Abraham dicti sunt. Immutata enim est litera propter sonum, ut non vocarentur Abræi, sed Hebræi, ut apud veteres, cum diceretur Medidie, & esset absurdum, immutata est litera, ut diceretur Meridie.* Si enim origo ex Abraham est, ex ipso debet & trahi nomen, non ex Heber, qui sextâ generatione est super Abraham. Si enim in Abraham reformari cœpit genus humanum, & ipse est Pater fidei, ex ipso & Nomen & lingua Hebreæ. Prima enim lingua que erat sine nomine, cum huic redditur, ex eo nomen accepit. Nam nulla causa est, cur ex Heber trahat nomen, &c.

D. Augustinus in Quæstionibus in Genesim quæst. 24. scribit: *Quid ergo probabilius sit, ab Heber tamquam Heberos dictos, aut Abraeos ab Abram meritò queritur.* Et lib. 1. de Consensu Evangelistarum cap. 14. *Israel qui nepos fuit Abrahæ, à quo gens cœpit Hebreorum.* Nicolaus Lyra etiam ambiguè hac de re scribit in Matth. cap. 21. v. 28. Et accedens ad primum, id est, ad gentilem populum, qui incepit à Noa: *Judæi autem ab Abraham, vel ab ipso Heber, unde dicti sunt Hebrai, quod Heber fuit longè posterior ipso Noâ.* Sic nonnulli alii.

30. Sententia hæc longâ refutatione non habet opus, cum in ipsa principia Linguae Hebrææ, ut peritis notum, incurrat, unde ne ulla quidem ejus apud Hebreos mentio.

D. Augustinus quod prius scriperat, ipsem revocavit Libro Retractationum 2. cap. 16. In quo libro quod dixi, ex Abram cœpisse gentem Hebreorum, est quidem & hoc credibile, ut Hebrai velut Habraei dicti esse videantur, sed ex illo verius intelliguntur appellati, qui vocabatur HEBER, tamquam HEBERAEI, de qua re in lib. 16. de Civit. Dei satis differui.

Pau-

CONFUS. CONS. ET PROPAGATIONE. 141

Paulus Episcopus Burgenis Matth. 21. Additione secundâ ad Lyram sic hac de re scribit: *Hebrei non dicuntur ab Abraham ratione proprii nominis, ut manifestè patet per literas Hebraicas, ut ipsemet Postillator tradit Genes. 14. Cujus ratio est, quod Abraham incipit à litera Aleph (אַבְרָהָם vel אֲבָרָם), Heber verò per Ajin (עָבֵן). Et idcirco si Hebreus diceretur ab Abraham, inciperet ab Aleph, quod non est verum, sed incipit per Ajin.* Verba Postillatoris in Genesin sunt: *Et ex hoc patet, quod Hebrei non sunt dicti ab Abraham, sed ab Heber, à quo etiam ipse Abraham hic dicitur Hebreus. Item idem patet per literas in Hebreo, quia Abraham incipit ab Aleph, Heber verò per Ajin, &c.*

Augustinus Steuchus Eugubinus Genes. 14. Nulla verò ratione admitti potest, ut Hebrei ab Abraham appellantur, propter literarum varietatem: potius enim Abrahami essent appellandi.

His adde, quod si Ebraeus unius literæ immutatione est ab Abram, tunc Abram, qui primus, ut paulò antè visum, Ebraeus vocatus, à seipso sic denominatus erit, quod est absurdum. Nulla enim res à seipsa denominationem accipit, sed ab alia aliqua certa & evidenti. Quis dicat Euphrates euphrateus, Fluvius fluvialis, Nigredo nigra?

31. Secunda Sententia est illorum, qui HEBRÆORUM vel EBRÆORUM nomen deducunt ab Hebræo עָבֵן Abhar Transire, unde עָבֵר Ibri Transitem reddunt. In explicatione autem & ratione etymi reddenda variant.

1. Plerique ita sentientes rationem nominis istam reddunt; Abramum primum sic appellatum esse, quod ipsi, quando ex Mesopotamia in terram Cananæam ex Divina vocatione transivit, traxiciendus erat fluvius Euphrates. Ab hoc Transitu & Trajectu Euphratis volunt ipsum à Cananæis vocatum עָבֵר Ibri, Transitem, Qui Trajectit Euphratem. Sic nomen hoc עָבֵר Ebraeus, non erit patronymicum aut gentilitium gentis Hebrææ, sed Eventuale, ab Eventu Transitus fluminis traductum.

Occasionem hujus expositionis præbuuisse videtur Græca LXX. viorum Versio, qui Genes. 14. vocabulum hoc עָבֵר reddunt περάτης, quod D. Hieronymus Transitem reddidit: Sic enim scribit in Jes. 19. v. 18. עָבֵר. Hebreus περάτης, id est, Transitem sonat, qui de loco transit in locum. Et in Ezech. cap. 7. Quonobrem & Abraham Hebraeus, id est περάτης & Peregrinus, Transitorum memoratur.

Hinc scribit Theodore in Genesin quæst. 60. Quidam dicunt, ab Heber Hebraicam linguam appellatam esse, & illum solum in pristina lingua permanisse, indeq; Hebreos esse dictos. Ego verò puto, Hebreos esse appellatos ex eo, quod Abraham Patriarcha, quum è regione Chaldaeorum veniret in Palestinam, fluvium Euphratem pertransiit.

142 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

Ελεα ριφ τη Σύρου φωνή ὥπερ Ευφράτης διονάζεται, i. e. Hebra enim Syrorum lingua idem significat quod Euphrates. In his postremis verbis notanda ἀπειπται Hebraica Patris Theodorei. Hebra enim non Euphratem significat, sed עבר Syre idem quod Hebraicè עבר Trans, & עבר' ibri, sive Ebri, Qui de ultero loco in alium transiit. Euphrates autem dicitur פְּרָת. Augustinus tamen Steuchus verba haec citans ad Gen. 14. legit; ὁ περιγένετος διονάζεται, Hebræus Syrorum Lingua Transiens appellatur. Aut an forte Theodoretus scriptis ὁ περιγένετος Qui trans Euphratem, Transeuphratus, & id postmodum ab imperitis scribis mutatum in ὁ περιγένετος!

Sic Origines in librum Numerorum, Homiliâ 19. HEBRAE Transeuntes interpretantur. Iste ergo ipse populus etiam Hebræus dicitur, quia transiit de Aegypto ad terram re promissionis, de tenebris ad lucem, de vita ad mortem.

D. Chrysostomus in Genes. Homil. 35. Adveniens quidam nunciat Abræ Transitori; Hoc dicit, ut nos memores faciat, quomodo ex Chaldea exierit. Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus est Transitor. Et antea etiam parentes ei ab initio hoc nomen indiderant, jam antea significantes, eum inde migratum. Vocatus enim est Abram, quia migratus erat trans Euphratem, & in Palestinam venturus. Haec postrema verba indicant, & hunc pium virum ex imperitia linguae Hebraicæ ista scripsisse. Nam Etymon Nominis, quod, ex horum interpretum sententia, à Transitu fluminis accepit Abraham, non ad nomen proprium ipsius אַבְרָהָם Abram, sed ad cognomen עבר' ibri accommodari potest. In eundem sensum scribit apertius Tomo 1. Homiliâ De Nomine Abraham: Quid igitur sonat nomen hoc (Abraham) cum interpretatur? Transitor. Nam Abram Syrorum voce idem est quod Trans vel Ultra. Et sciunt qui lingua ejus periti sunt. Magna quoq; Syrorum cum Hebraea lingua cognatio est. Sed dicas, quare Transitor vocabatur? Judea regio, hoc est, Palestina omnis que ab Aegypto usq; ad Euphratēm ē regione jacet Babylonie, unde erat Abraham, & Fluvius communis terminus utriusq; terre, medius utramq; secat. Et quia Abraham non Palestinus erat, sed ab Ulteriori ripa fluminis venerat, nempe à Babylonie, idèo à Loco & Facto nomen accepit, & dictus est Transitor. Et circa finem illius homiliæ; Sicut igitur Abraham ab Abar, quod est Trans vel Ultra, dicitur, &c.

In hunc sensum scribit Arias Montanus in Canaan cap. 9. Hebraeorum autem, inquit, nomen non certa cuiusdam familia fuit; sed commune omnium, qui, cum Euphratēm flumen trajecissent, inter flumen ipsum & mare magnum sedes sibi optaverē, atq; tabernacula fixere. Significat enim verbum ipsum עבר idem quod Latinus Transiens, vel Transmittens, atq; hac significatione ad eos dignoscendos usurpabatur, qui post primam illam gentium divisionem ē loco ubi majores ipsorum confederant, migrantes, flumine trajecto, in proximas regiones certis jam cultoribus & nominibus adscriptas

adscriptas devenientes, advenarum potius, quam indigenarum jure utebantur. Hujusmodi commigrationis primus omnium viam inivit Heber, vivendi comnodatatem nomini suo consentaneam querens. Cuius exemplum imitatus Thare, sextus jam familie nepos, cum Abrahamo filio in eandem regionem migravit, deinde Abraham ipse in Canaanorum agris hospitem agens, dupli causa Hebræi nomen obtinuit: & quod è patria in Haran, & quod ex Haran in Chanaan pertransisset. Illius etiam filii & nepotes, interim dum nullas obtinuerunt proprias sedes, Hebræi ab Aegyptiis aliisq; nationibus appellati sunt.

2. Volunt quidam, Cananeos primūm Hebreos, h. e. Transitores vel Trajectores dictos à Chaldaeis, & vicinis populis, quod cùm ab illis se se separarent, & in Cananæam migraffsent, Jordanem trajecissent: Cùm itaque Abraham in Cananæam venisset, illum, ut & ab ipso deinde posteros ipsius, inde quoque nomen Hebrai accepisse. Sic scribit Thomas Erpenius in Oratione de Lingua Hebræa; Quid ergo? Testibus omnibus Rabbinis, Origine, Augustino, & aliis, ab Ebreis, qui populus fuit oriundus ex Canaan, quem constat, post confusionem illam Babylonicam, cùm suis Asia litoralis tractum occupasse, qui est inter Jordanem fluvium & mare mediterraneum, & ab ipsis appellatus fuit Terra Canaan. Hi enim, licet generali nomine Cananeos se se, & specialibus aliis à familiarum patribus appellarent, à Chaldeis, à quibus se se eo migrantes separaverant, & vicinis populis, Ebræi sunt vocati, ac si Trajectores dicamus, quod trajecissent Jordanem, cuius Traectus in Orientis illis terris memorabilis est. Qua causa est cur Abrahamus, cùm relictâ Mesopotamiâ patriâ suâ, in eam quoq; provinciam secessisset, Ebræus appellatur in libro Geneseos. Præcedentem etiam sententiam de Transitu Euphratis rejicit & refellit.

3. Sunt etiam nonnulli, qui Hebreos primos sic appellatos volunt à Tigris transitu seu trajectu. Sic scribit F. Ludovicus S. Francisci Lusitanus, in Globo Canonum & arcanorum Linguæ Sanctæ cap. I. Transitus autem fluminis dicitur propter Hebreos illos, quos Ulteriores dicunt: Arphachsad namq; filius Sem cum aliis fluvium Tigrim versus Occidentem transfivit. Noë siquidem cum liberis suis post diluvium, in Orientali regione cura Tigrim habitavit, unde Transeuntes Tigrim, meritò Ulteriores dicti sunt à dictione Hebraea עבר Heber, que secundum R. David Kimchi significat Transitus, & Ulteriorem partem ad quam transflitur. Quo fit, ut illud Genes. ubi scribitur; Sem fuisse patrem filiorum Heber, significare debat, fuisse patrem omnium Ulteriorum, qui Ultra fluvium venerunt. Hi fuerunt postea Cananei & Arphaxadai, à quibus, sicuti ab Heber Lingua Hebræa, ita ea ipsa Lingua Canaan apud Esaiam dicta est cap. 19. 18. Videatur & Carolus Sigonius in libro de Repub. Hebræorum cap. I.

Hi omnes deducunt nomen hoc עבר HEBRÆUS à verbo עבר HABAR Transire, Trajicere, licet in ratione assignanda varient.

Sed,

Sed, quomodounque explicetur hæc sententia, nullam probabilitatis alicujus speciem hæc etymologia habet:

1. Forma Nominis in 'I' definens, non hanc vim denotare videtur: est enim propria ferè nominum Gentilium, ut paulò post etiam videbimus. Et licet pauca quædam alia eam quoque habeant, nullum tamen est, quod significationem similem admittat. Hoc sensu potius dicendum fuisset אָבָר Obber, vel אָבָר Abbar. Sic scribit Augustinus Steuchus: *Mibi certè probabilius ridetur, Hebræos dici ab Heber, quam ab Habar, hoc est, Transivit. Nam id etiam ipsa vox demonstrat: Siquidem nomina gentilia apud Hebræos per Jod in ultima proferruntur: Quod si ab Habar duceretur, ut Hibri Trajectorem significet, potius Hober diceretur, vel Habbar per Kametz, quod fit in Nominibus appellativis. Nunquam itaq; appellativa nomina eam formam sequuntur.*

2. Quia non probabile, ab Actione ejusmodi transitoria, nec ulla ratione, quantum videre possum, tantopere insigni & memorabili, Gentiam celebri, genti tam Sanctæ, genti ex omnibus gentibus unicæ & soli à Deo pro suo populo & peculio electæ, Nomen, quod ipsi inter seipso, quod apud omnes per universum orbem populos, per multa sæcula retinerent, fuisse impositum. An res tam memorabilis fuit Fluminis Trajetus? Imò cùm statim post dispersionem commercia sine dubio exercerentur inter diversos & dissitos populos, quotidiana fuerunt ejusmodi transmigrationum exempla. Omnes reliqui populi vel à suis Patribus, vel à Terris, sua nomina accepérunt. An solus populus Hebræus à Fluminis alicujus, sive is Tigris, sive Jordanes, sive Euphrates dicatur, trajectu denominandi fuerunt?

3. Græcum περιτην vel περιτην, quo Græci utuntur, aliter etiam hoc loco transferri potest, nempe *Transfluvialis* (ut habebat antiqua Latinorum editio, notante Steucho) *Transepurateus, Ex transepuratei regione oriundus.*

4. Nullus Hebræorum vel per somnium de hac sententia cogitavit, ut mirari subeat, doctissimum Erpenium Omnes Rabbinos sententiæ suæ testes allegare.

5. Hebræi illi Ulteriores, de quibus F. Ludovicus scribit, Rabbinis planè sunt incogniti: perinde est ac si dices, *Hebræus Hebraicus.*

6. Si, ut Erpenius vult, nomen Hebræorum olim proprium fuit Canaanorum, qui fit, quod nullum vestigium uspiam hujus rei reperiatur, quod Canaanæus aliquis vocetur *Hebraeus*: Soli Israëlitæ & posteri Jacobi sic vocantur in Sacris Literis, ut ex inductione locorum liquet, & Aben Esra obseruavit ad Exod. 21. y. 2. Hoc probè notandum. Alia omitto.

32. *Tertia sententia* est eorum, qui *HEBRÆORUM* nomen deducunt ab *EBER,*

ab EBER, vel EBER HANNAHAR, hoc est, (Terrā) *Trans fluvium*, vel *Transfluviali*, seu *Transeuphratae*, quomodo primis & priscis temporibus syneccodicè, in Canaanæ, dicta fuit *Mesopotamia*, posteaquam Abraham cum suis ex ea in terram Canaan se contulissent, uti patet ex illis, quæ suprà diximus, ita ut junctim duo ista nomina EBER HANNAHAR, quæ per se sunt appellativa, in Nomen proprium quasi abiverint & degenerarint ejus regionis, quæ per se & propriè vocabatur ARAM NAHARA-JIM SYRIA inter annis. Sic nomen אֶבֶר IBERI verè est *אַנְשׁוֹן* Gentile, à Terra nativitatis & patriæ derivatum; & concisum est pro עָבֵר נָהָר vel עָבֵר נָהָר, אֶבֶר נָהָר, quia Hebræis diversarum vocum compositiones insolentes aut rarissimæ sunt: Latinis secus, qui hoc usu Præpositionem *Trans* vel *Ultra* cum nomine Loci, sive is Mons fuerit, sive Fluvius, componere solent: Sic dicerent illi *Transfluvialis*, *Transfluvianus*, *Transeuphrataeus*, sicut dicunt, *Transmarinus*, *Transalpinus*, *Transmontanus*, *Transrhenanus*, &c. Ad hujus imitationem Esras junctim dixit Babylonicè אַנְשׁוֹן *Homines trans-fluvium*, Esrae 4. y. II. וְשָׂאֵר עָבֵר נָהָר In *trans fluvium*, hoc est, in regione *transfluviana*: Et reliquis *trans flumen*, *transfluvianis*, y. 17. Sic volunt, Abrahamum primò appellatum à Terra sua, in qua natus & educatus, aut saltem in qua diu habitavit cum suis patribus & Majoribus.

33. In hac sententia sunt nonnulli tum Hebræorum, tunc Christianorum Doctorum:

Ex Hebræis est, quod legitur in Bereschith rabba Sect. 41. ad illa; *ut רַבִּי נְחָמִית אֹמֵר שְׁחוֹא מַבְנֵי בָּנֵי שְׁלֵמָה אֶבֶר* Ebraeo: *רַבִּי נְחָמִית אֹמֵר שְׁחוֹא מַעֲבֵר הַנָּהָר וְשְׁחוֹא מַשְׁיחֵךְ לְשׁוֹן עָבֵר*: וּרְבָנֵן אֹמְרים *שְׁחוֹא מַעֲבֵר הַנָּהָר וְשְׁחוֹא מַשְׁיחֵךְ לְשׁוֹן עָבֵר*: id est, Rabbi Nehemias dixit, Abrahamum sic vocatum, quod fuerit ex posteris Eber. Rabbini alii dixerunt, quod esset ex Eber hannáhar (regione *transfluviali*, *Mesopotamia*) & loqueretur linguam Ebream.

אליה העברים כי הם בני אברם במדבר נקרא בתורה אברם העברי בעבור שהיה מעבר נהר R. Bechaj in Exod. 1. circa finem, fol. 66. col. 3. אָבְרָהָם Deus Hebræorum, Exod. 5. 3. *Hi sunt filii Abraham, qui vocatur in Lege Hebræus, quia fuit ex Eber hannáhar (regione *transfluviali*)*.

Eiusdem sententiæ fuit R. Moses Bar Nachman, ut videre est ex Comment. ejus, in fine sectionis נָהָר.

Aben Esra titubanter de hac quæstione loquitur: Exodi 21. videtur inclinare in hanc sententiam; alibi in aliam propendet, quod Ebrai ab Eber sint nominati, ut in seqq. videbimus. Inquit illic inter cætera: או נְקָרָא עָבֵר בעבור שבא מעבר נהר אַיְ' שְׁחוֹה לְחיָות עָבֵר נהרי ותdzשוב כי' הכתוב hoc תפש דורך קזרה בעבור שמאצאו וחקח את אביכם את אברהם מעבר הנהר?

est, Aut Abrahamus vocatur Ebræus, quia venit ex Eber hannáhar; quamvis sic potius dicendum fuisset עבר נחר'Ibhri naharí: ad quod tamen dicere possumus, Scripturam sicutam esse concisam loquendi rationem. Invenimus enim; Et accepi patrem vestrum Abramum ex Eber hannáhar, Jos. 24.

Hujus sententiae videtur etiam fuisse R. Salomon, Gen. 10. ¶. 21. Ipse fuit pater omnium filiorum Eber, explicans; omnium filiorum Eber hannáhar, Transfluvium, & Gen. 14. ¶. 13.

In hanc sententiam scribit Augustinus in Quæstionibus in Genesim, quæst. 29. Et nunc iayit Abraham transfluviali, Gen. 14. Transfluviale (עַבְרֵאָם) Abraham appellatum, etiam Graeca exemplaria satis indicant: sed cur ita appellatus sit, hac videtur causa, quod ex Mesopotamia veniens, transito flumine Euphrate, fides constituit in terra Canaan, & Transfluvialis appellatus est ex ea regione unde venerat. Hic tamen sciendum, Augustinum rationem explicare, quare à Græcis aliisq; sic vocatus sit: ipse enim aliter suam sententiam producit lib. 16. de Civitate Dei, ut infra videbimus.

Paulus Episcopus Burgensis, Matth. 21. Additione secundâ ad Lyram: Inter Mesopotamiam & terram promissionis transit fluvius Euphrates, &c. Abraham autem natus fuit in Mesopotamia, ubi Thare pater ejus, & alii cognati ejus, serviebant idolis, & inde adductus fuit Divina direccione in terram Chanaan, &c. Idcirco Abraham veniens in terram promissionis, Hebræus vocabatur, id est, Transfluvialis. Heber enim cum Ajin scriptum Hebraicè, Transfluvialis significat, & idcirco sicut illi, qui veniunt de partibus Ultramontanis, communiter Ultramontani dicuntur, sic Abraham in initio sue vocationis ad fidem, in terram promissionis exiens, Hebræus vocabatur, hoc est, Transfluvialis.

Sebastianus Munsterus in Grammat. Chald. Nec antea vocata est Lingua Sancta Hebraica, quam Abraham trajecisset Euphratem fluvium, derivato scil. adjetivo עַבְרֵי à prepositione Trans, ut R. Salomon quoq; testatur Genes. 14. 13. in hac verba; Abraham vocatur שָׁבָא מעַבְרֵ הַנָּהָר Hebræus, quod venerit ultra fluvium; & non propterea quod ab Heber descenderit, ut alii dicunt. Sic alii quidam.

34. Hæc sententia meliorem speciem & probabilitatem habet, quam duæ præcedentes, quamvis non omnibus arrideat.

Nam 1. si Abraham appellaretur Ebræus à regione, quasi Transfluvialis, vel Mesopotamius, nomen hoc ipsi jure cum multis convenisset. Apparet autem singulari aliquâ de causâ illum sic vocari.

2. Deducit R. Jehuda Muscatus in Cosri fol. 25. col. 1. argumentum contra hanc sententiam ex eo quod legitur Genes. 43. ¶. 32. Non possunt שָׂאָכֶת הַזָּהָר עֲנֵנִי אָמַרְוּ כִּי לֹא יוּכְלוּ אֶgyptii comedere cum Hebræis panem: המצריים לאכול את העברים לחם וכ' המקומ גורם טניעת אכילהם נם יחד Quod si, inquit,

inquit, Ebræi dicuntur à regione Eber hannáhar, quæ estratio ejus quod dicitur; Non possunt Ægyptii panem comedere cum Hebræis? An locus causari potest, quò minus duo simul possint capere cibum? Et sicut Ægyptii hic vocantur Mitzrim, à Mitzráim filio Cham: sic Hebrei ab Heber filio Sem.

Quarta igitur de Nominis hujus Etymologia sententia est eorum, qui illud derivant à Nomine proprio Heber filii Semi, ut HEBRÆI dicantur, quasi HEBERÆI. Et haec est communior Hebraeorum sententia.

Probatur hoc 1. ex Genes. 10. v. 21. ubi Sem dicitur pater omnium filiorum Heber. Quamvis enim R. Moses Gerundenis, R. Salomon, & alii non nulli, ut suprà vidimus, ita explicant, ut עֵבֶר הַנָּהָר Eber contractè & concisè dicitur pro עֵבֶר הַנָּהָר Eber hannáhar, omnium transfluvialium; attamen non sufficientibus id rationibus, imò ne probabilibus quidem, probant. Primo etenim, quod si hæc fuissest mens Mosis, cur non disertè & integrè ita loquutus fuisset? Annon absurdum esset, si Bethleemitas quis vocaret בְּנֵי בֵּית בְּנֵי עֵבֶר הַנָּהָר Filios Beth pro Bethlehem, & sic alios, quorum terra nomen habet ex duobus compositum? Deinde, nullibi Moses Mesopotamiam vocat Eber אֲרֹם נָהָרִים Terram Transfluvialem, sed propriâ eam voce designat Genes. 24. 10. & Deut. 23. 5. Adde quòd non solùm contra stylum Mosis, but עֵבֶר הַנָּהָר Transfluviales, ex Mesopotamia oriundi, sed non omnes ejus posteri fuerunt vocati עֵבֶרִים Ebrai, sed illi tantum, qui ex Abrahami linea & semine sunt progtati, ejusque fidem ac professionem sunt sequuti & amplexi, quique postea Filii Israël, Israëlite, & Judei quoque fuerunt dicti. Hinc עֵבֶר Ebraus, idem est quod Judeus, ut & à Judæis in Germanicis suis translationibus redditur. Ein Zud. Sic quoque à Paraphrastis Chaldaëis, Onkelo, Exod. 1. 16. & Jonathane, Jonæ 1. v. 9. Quartò, quæ ratio singularis, quæ emphasis & ἐπίστα his verbis subesset, si hic esset sensus? Apparet autem emphaticum esse, quòd Sem vocatur Pater omnium filiorum Eber, & singularem ob causam illum sic vocari. Rectius itaque & verius intelligent alii præstantissimi Interpretes hunc locum ad literam de Hebero, Semi filio, ut Pater filiorum Heber, idem sit quod Pater Hebraorum. Probatur hoc 1. Ex similibus locutionibus: ut, Filii Israël, Israëlite, Filii Jude, Judæi, Filii Moab, Moabitæ, & alii plures similes. Sic cap. 9. v. 18. & 22. Et Cham erat Pater Chenaanis, Genes. 19. v. 37. אָבִי בְּנֵי עָמֹן Pater Moab: v. 38. אָבִי מֹאָב Pater filiorum Ammon, &c. Quia sic elegans constat ratio, cur Sem vocetur hic fin-

gulariter pater filiorum Eber; quia scilicet Eber פָּאֵלִיְּרַת peculum fuit Semi, ut Hebrew loquuntur, hoc est, Præcipius filiorum ejus, in quem non solum familia, sed etiam benedictio paterna transiit, ut supra vidimus Th. 13. & 14.

II. Similis ferè locus est Num. 24. 24. in Prophetia Bileami: אֲשֶׁר וְעַבְדָּו Et affligerunt Assur, & affligerunt quoque Heber. Quis hic dubitabit, sicut per Assur intelliguntur Assyrii, ita per Hebrew intelligi Hebraeos, & sicut אֲשֶׁר dicitur elliptice pro בְּנֵי אֲשֶׁר filios Assur (qui filius erat Semi, à quo Assyrii dicti): ita בְּנֵי Heber elliptice dictum est, pro בְּנֵי Filios Heberi, (qui Semi erat pronepos)? Annon convenientior hæc expositio, quam si reddatur, Et affligerunt Assur (quod est nomen patris gentis suæ): & affligerunt Transfluviam vel Transfluviales, ut R. Salomon exponit?

III. Probatur hæc etymologia ex forma nominis עָבֵר ubri Ebraeus; Nam cum Nomina gentilia & patronomica in'. I desinentia, denominantur, vel à Populo aut Authore, vel à Terra, vel à Loco, veluti Urbe aut oppido certo, ut Elias docet in Notis ad Grammaticam Mosis Kimchi; hoc verò nomen neque à Terra, neque à speciali Loco, sic appellato, sit deductum; probabilissimum sane est, ab Authore & progenitore aliquo sic dictos Hebraeos, qui nullus alias quam iste Eber seu Heber esse potest.

IV. Quia sic etiam melior dari potest ratio, cur Abraham Ebreus sit ab extraneis vocatus; quia scilicet fuit פָּאֵלִיְּרַת peculum Heberi, sicut Heber fuit præcipuum decus & peculum Semi; & quia ejus doctrinam, fidem, & pietatem est amplexus & sequutus. Unde etiam non omnes posteri hoc nomen acceperunt.

35. Et hinc apparet etiam ratio, Quare ab Hebero potius, quam ab alio aliquo filiorum Sem, posteri ipsius fuerint denominati?

Propter ipsius videlicet Pietatem, quam coluit, propter Syncerum Dei cultum, quem retinuit & servavit. His ex gratiâ meruit, ut Lingua etiam Hebrew, quâ Deus in V. T. colî voluit, quaque se patribus manifestavit, non solum penes ipsum, & in ipsius domo, in Confusione Linguarum libata conservata fuerit; sed etiam Lingua & Populus, atque adeò Religio vera ipsa, nomen ab ipso acceperint; ita ut deinceps Hebrew nominati fuerint non simpliciter omnes ipsius posteri, sed illi duntaxat, qui illius Doctrinam, ipsius Religionem & Fidem sequuti fuerunt. Ut proinde nomen HEBRAORUM non simpliciter fuerit Gentile & Patronymicum, sed simul Nomen Professionis, fidei, doctrina & dignitatis.

Hinc Abrahamus primus sic vocatus, tamquam ex proximè ab ipso descendentibus præcipius, unde & רַאֲתָהָמְנִים Pater credentium appellatur.

Hinc nulli in Scriptura alii Hebrew uspiciuntur, quam filii Jacob & Israelite.

Hinc

Hinc piaculi loco allegat uxor Pothipharis, quod Potiphar adduxerit in domum *אִישׁ עָבֵר* *Virum Hebreum*, Genes. 39. 14. vel *צַעַר עָבֵר* *Puerum Hebreum*, Genes. 41. 12.

Hinc piaculum fuit Ægyptiis comedere cum Hæbraeis panem, seu cibum capere cum Hebræis, *כִּי ذְּהָם הֵן שְׁנָוֹת* *quia Leges alias, aliam doctrinam & religionem habuerunt, religionem scilicet Heberi parentis sui;* non quia ex Mesopotamia erant. Cur olim Judæi non couisi sunt Samaritanis? Non quia ex Chutia erant vel Samaria; sed propter sacrorum diversitatem, & quia ab illis pro Idololatriis habebantur. Cur Judæi cibos Christianorum aversantur? Non quia Romani sunt vel Latini, sed quia Christiani.

Hinc cum Jonas interrogaretur in navi, *Unde veniret, & de quonam populo esset?* respondit non simpliciter *עָבֵר אֶנְגָ' Hebraus sum*, sed explicationis ve-
luti loco continuo addit, & *Dominum Deum cali timeo, qui fecit mare & aridam.*

Hinc Deum suum vocant Moses & Aharon, *Deum Hebreorum*, Exod. 5. 3.
Imò Spir. S. ipse se ita nominat Exod. 7. 16. *Dices ad ipsum, Dominus Deus Hebræorum misit me.*

His omnibus sanè, juxta hanc sententiam, longè melius sua constat ratio, quam juxta explications superiores.

36. Hinc etiam patet, quid respondentum sit ad *Objectionem*, quam ad-
ducit Theodoretus *Quæstionibus in Genesin*, & iisdem ferè verbis Aben
Esra Exod. 21. *אֲם שְׂרָאֵל נִקְרָא עֲבָרִים בְּעַבְרֹ שָׁם מִיחָסִים אֶל עַבְרָ שְׁתַחַפְוּ עָמָנוּ Si Israelite, inquit vocantur Ebræi ab Ebero,
commune erit hoc nomen etiam filius Ketura, & filius Esau, quis scilicet etiam ab Hebero originem suam duxerunt.*

Resp. Nequaquam: quia non simpliciter est gentile & patronymicum; sed præcipue transit in nomen professionis. Dicti illi populi neque Lingua, neque Fidem Heberi retinuerunt. Unde illi quoque nunquam Hebræi sunt vocati.

37. Declaremus & confirmemus nunc hanc sententiam quoque illu-
stribus quibusdam Hebræorum & Christianorum testimoniis.

רְبִי נְחֶ�מִיה אָמַר Ex Hebræis *sint sequentia. In Bereschith rabba Sect. 41.* *שָׁהָא מַבְנֵי בְּנֵי שְׁלֹעַר* *Rabbi Nehemias dixit; Abraham vocatus fuit in Hebræus, quia fuit ex posteris Heberi.*

אַבְרָהָם אָבִינוּ עָצָמוּ הִיא בְּדוּר הַפְּלָנֶה נִשְׁאָר הֵא. *§. 49.* In libro Cosri part. I. Abraham pater noster ipsem fuit in seculo Divisionis, & remansit ipse cum propinquis suis in Lingua Heberi avi sui, unde etiam vocatus fuit *HEBRÆUS*; Et §. 95. *וְאַבְרָהָם הִיא סְנוּלָת עַבְרָ וְתַלְמִיזָו וְעַל כֵּן נִקְרָא עָבֵר* *Abraham fuit Peculum Heberi & Discipulus ejus; ideoq; etiam vocatus*

150 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

fuit *Hebraeus*. Observa duplicem causam, cur Abrahamus vocatus fuerit *Hebraeus*, 1. quia fuit *Heberi* nepos & quidem præcipius, 2. quia fuit ejus discipulus. Eandem sententiam approbat & confirmat Commentator libri *Cosri*, *Jehudah Muscatus*.

כִּי שָׁהָא מִמְּשֶׁחֶת עַבְרֵי קֹרֵא עַבְרֵי עַל אַמְנוֹתָו: 16. פ' hoc est, *Quicunq; est de familia Heberi, & de fide ejus, vocatur Hebraeus*. Idem tradit ad Exod. 21. פ' 8. Et Jonæ 1. 4. השׁב לָהּם עַל הַאֲחָרֶן שָׁהָא מַבּנֵי עַבְרֵי הַגְּנָךְ אֲרָאִים: Respondit *ibis* *Jonas ad questionem postremam, quod sit de filius Heber, qui vocantur Hebrei, quod sint de fide Heberi primi, qui fuit pater omnium filiorum Heber, Genes. 10.*

עַבְרֵי אָמַרְמִים שְׂמָמֵנוּ In *Schalschéleth hakkabbálah* R. Gedaljæ fol. 90. col. 1. *לְקֹחַ הַיּוֹדִים אֶת שְׁמֵם עַבְרִים וְעַלְיוֹן וּרוּעָן שָׁאָר לְשׁוֹן הַקוֹדֶשׁ* *HEBER: Ab hoc dicunt acceperisse Judeos nomen HEBRAEORUM: apud ipsum item & semen ejus manasse Lingua Sanctam, qua antea vocata fuit Lingua Humana.*

Sic R. D. Kimchi in libro Radicum, in Radice *שרשים* *עַבְרֵי* scribit, Jo-nam prophetam se appellasse *עַבְרֵי Hebraum*, quod esset *de familia Heberi*.

ונשארה הלשון המקודשת לשם בן נח. נח. 3. col. 3. ובחוון מבני עבר שבבערו נקרא לשון עבר וב אברהם שחה בן של עבר ותלמידו: hoc est, *Remansit autem Lingua sancta penes Noachum, & quidem in precipuo filiorum ejus Hebero, à quo Lingua HEBRAEA est vocata, & in Abrahamo, Heberi tunc nepote, tunc discipulo.*

Obadias Saphorno in Legema; ad illud; *Et indicavit Abraham Hebraeo, scribit;* *שהיה מוחזק בדעת עבר כמוות* כמותו. *apprehendit sententias & dogmata Heberi.*

Sic scribit Elias in notis ad Grammaticam Mosis Kimchi: *עַבְרֵי Hebraeus,* esse nomen patronymicum à populo, non à regione vel terra derivatum.

Christianus Gerson in Talmud Judæorum Germanico cap. 1. in hunc sensum scribit: *Heber quoque Scholas, & quidem in Chebron fortassis, habuit, & non solum salutarem doctrinam de Semine Mulieris, sed & primavam Lingua Sanctam conservavit, & ad Abrahamum usq; propagavit: Unde etiam Lingua Hebreæ vocata fuit. In his Scholis Patriarcha Jacob, ex R. Salomonis sententia, 14. annis studuit: Et quia illi, qui vere Religioni addicti fuerant, Lingua Hebreæ, ab Hebero accepta, usi fuerant, hinc omnes fideles nomine ipsorum HEBRAEI vocati fuerunt tam à Deo ipso, quam ab infidelibus populis &c.*

Huc referenda sunt illa apud Hebraeos Scriptores loca, in quibus Lingua Sancta vocatur Lingua Hebrei; ut apud Kimchium in principio libri *Michlol*: *וַיִּבְחַر בְּיִשְׂרָאֵל מְכֹל הָאוּמָות וּבְלְשׁוֹן עַבְרֵי מְכֹל הַלְשׁוֹנוֹת: Et ele-git Israæ-*

git Israëlem pra omnibus populis, & Linguam Heberi pra omnibus linguis. Et mox: לְזִוֵּן מָלֹמְדִים בְּנֵוֹרִיָּה שְׂוִין עַבְרָאַבְרָהָם Et fuerunt edocti in juventute sua Linguam Heberi patris sui. Sic frequentissimè apud alios quoque.

Ex Ecclesiae Christianæ scriptoribus vetustissimus primò occurrit Eusebius, Anno Christi 300. celebris, qui De præparat. Evangelica lib. 7. cap. 2. scribit: *Hebrei vero ab Hebero dicti sunt, à quo Abraham originem traxit.*

Deinde celebre est testimonium D. Augustini, quod legitur lib. 16. De Civitate Dei cap. 11. his verbis: *Cum enim legitur, unam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem commendatur HEBER, quamvis ab illo quintus (juxta LXX. Græcos, quartus juxta textum Hebræum) oriatur, & inde HEBRÆA vocatur lingua, quam Prophetarum & Patriarcharum, non solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris custodivit authoritas, &c. Et mox: Nisi quod in hujus gente remanserit, à cuius nomine nomen accepit. Item ibid. cap. 3. Sed nimurum hoc verum est, quod ex HEBER HEBRÆI appellati sunt, ac deinde una de tractâ literâ HEBRÆI, quam linguam solus populus Israël potuit obtinere. Vide eundem lib. 18. cap. 39. & suprà thes. II.*

Theodoreetus in Ezech. in fine: *Hebreus ex Hebreis: Hebrei enim ab Heber appellati sunt.*

Johannes Calvinus ad Genes. 10. 21. *Quantum ad nomen Heber, qui gentile esse negant, sed deducunt à Transitu, hoc uno loco satis superq; refelluntur.*

Lutherus in Comment. in Genesin de Hebero loquens, cap. 11. sic scriptum reliquit: *Hac ejus (Heberi) virtus meruit, ut authoritate Sancti Patriarchæ Sem, Ecclesia appellationem ab eo sumeret, & HEBRÆI dicerentur, qui doctrinam & fidem HEBER Sancti Patris retinerent. Ac manxit hec appellatio Ecclesie usq; ad Christi tempus.*

Franciscus Junius in oratione de Lingua Hebræa: *Verum ut omisssis lusinibus (præcedentes Etymologias sic vocat) veritas seria proferatur, certo certius est, Hebræam linguam ab HEBERO, Schelachi filio, Arpachschadi nepote ex eo tempore nomen habuisse, quo divinitus in superbiam hominum dissonantia vocum & varietas linguarum profusa est: quo tempore HEBER in Sancta familia sua linguam à Deo majoribusq; traditam sanctè conservavit: quamobrem disertè à Mose nominatus est Sem Pater omnium filiorum Heberi, id est Hebraorum, antequam exponat historiam Babylonie.*

Johannes Mercerus in Genes. 14. scribit: *Ab HEBER prænepote Sem gens HEBRÆA dicta est, qua in Abraham maximè permanxit, unde qui ab eo descendenterunt Hebrei sunt dicti, non ceteri, qui hac illac sunt dispersi ex ejus filiis, per Orientem in Indianum usq;, in quorum familiis puritas linguae illius primigenie non permanxit, ut in familia Abrahæ.*

Benedi-

152 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

Benedictus Pererius in Comment. in Genes. lib. 5. Idcirco ab HEBER dicitur est HEBRAE A, quod nomen primum tributum legimus Abrahamo, Gen. 14.

Genebrardus in Chronolog. lib. I. p. 33. HEBER, inquit, HEBRAEIS nomen dedit.

Hugo Broughonus in Concentu S. Scripturæ: Ab eo (Hebero) posteri Abrahami fideles Hebræi dicti sunt. Multi, inter quos LXX. sentiunt, Abrahamum Hebraum fuisse dictum ab Euphratis Trajectu; verum id mihi non sit verisimile.

Augustinus Steuchus, ad Genes. 14. Verissima igitur videtur Hieronymi sententia. Nam post diluvium, cum adhuc viveret Heber, linguarum confusio facta est. Ac vera antiquissimaq; lingua in ea domo remansit: cumq; totius familia caput esset HEBER, ab eo nomen ea lingua ac natio accepit. Et cum in domo Abraham integræ ac sincera permanesset, hisq; Hebrai, eaq; lingua Hebreæ vocari meruit. Ceteri quidem, qui ab Heber descendissent, non sunt Hebræi vocati, propter eam quam diximus causam. Non enim puritatem illam servarunt. Atq; hoc modo refellitur, quod objicitur à Theodoreto.

In libro, Zelus Christi, in Comment. Martini Alfonsi Vivaldi fol. I. col. 2. Hebræi dicti sunt ab Heber, cuius familia tenuit cultum unius Dei.

Sic Cornelius à Lapide, Andreas Rivetus, D. Pareus, & plurimi alii in Genesin commentatores. Vide & sup. quæst. I.

Et hæc de quarta quæstione proposita.

V.

Quomodo porrò, populo hoc Hebreo multiplicato,
et mutationes varias passo, in familiari loquendi usus sit conservata? quando familiaris loquendi usus inter ipsos desierit? ubi denique postmodum, cessante familiari usu, sit conservata?

38. Posteaquam haec tenus vidimus, Inter quos & Ubi locorum Lingua Hebræa, in Confusione Linguarum, sit conservata, sequitur, ut quoque audiamus, Quomodo porrò fuerit in illo populo conservata & propagata? quando inter ipsos desierit? & ubi postmodum conservata fuerit? Comprehendemus summam hujus rei brevibus canonibus & aphorismis:

39. Ab Hebero ad Abrahamum propagatam audivimus in Mesopotamia. Ex hac cum iussu Divino, trajecto Euphrate, in terram Canaan profectus esset, Linguam secum Hebræam in eam quoque intulit, & in ea cum

cum suis usurpavit. Confirmatur hoc per varia Hebræorum testimonia in superioribus passim producta, quæ non necesse h̄ic repetere. Vide sup.

Si quæratur, Quomodo Abraham cum Cananais sit loquutus, & illi vicissim cum ipso; qualem item Linguam Cananæi sint loquuti? Ad hoc responderi potest; Cūm Syri & Cananæi vicini fuerint, probabile est, Cananæos linguam quoque Hebrææ affinem accepisse, ita ut homines sagaces aliquo modo sibi invicem mentem suam exprimere potuerint, & brevi alter alterius linguae & idiotismo assuescere. Qualis autem lingua fuerit, si ignoretur, nemo mirari debet, cūm plurimæ aliæ linguae, in Confusione Babylonica ortæ, ignorentur, & vel planè interciderint, vel ita insigniter mutatae sint, ut nec vestigia, nec memoria illarum remanferint. D. Hieronymus in Lib. 7. Comment. in Jesa. 19. v. 18. Ergo & nos licet sancti, quamdiu in Aegypto sumus, & in istius mundi versamur tenebris, non possumus loqui linguâ Hebreâ, sed Cananitide, qua inter Aegyptiam & Hebream media est, & Hebreæ magna ex parte confinis. Et libr. 5. ad eundem locum: Alii Ares, id est, ὄπανος, hoc est, testam, Urbem Ostracinam intelligi volunt, & ceteras juxta Rhinocoruram & Casium civitates, quas usq; hodie in Aegypto linguâ Cananitide, hoc est, Syrâ loqui manifestum est.

40. II. Porro Abraham cum suis varias quidem peregrinationes postmodum suscepit, sed minores, in quibus non probabile est, illum aliquid alieni suæ linguae affricari passum esse. Notabilis verò fuit profectio Jacobi cum sua tota familia in Ægyptum, in qua gravi servitute plus quam per ducentos annos pressi fuerunt, ubi non fuisset mirum, si suæ linguae obliti, & Ægyptiacæ assueti fuissent. Testantur autem Hebrei, & miraculi quasi loco prædicant, Majores suos in Ægypto Linguam Hebreæam immutatam retinuisse. Celebre est hac de re ipsorum dictum, quod legitur in Tanchuma in libro Numerorum, sectione בלק Balak: בוכות כמה דברים נגאלו בלק שנו את שמותם: ולא ישראל מצרים: כך שנ רבותינו בוכות ארבעה דברים שלא שנו את שמותם: ולא שנו את לשונם: ולא גלו מסתורים שלהם: ולא נפרצו בערויות: לא שנו שמות שראוון ושמעון יודה ריאבו ושמעון עלו: לא שנו את לשונם שנאמר כי פי המדבר אליכם שחו: מספּרין בלאשון הקדש וכו': Quot rerum merito redempti & liberati fuerunt Israëli ex Aegypto? Rabbini de hac re sic docuerunt; Quatuor rerum virtute sive merito: 1. Quod non mutarint nomina sua: 2. quod non mutarint linguam suam: 3. quod non revelaverint secreta sua. 4. quod deniq; fornicationibus se non contaminarint. 1. Non mutarunt nomina sua; Simeon enim & Ruben, &c. descendenter in Aegyptum: Simeon & Ruben rursum inde ascenderunt: 2. Non mutarunt linguam suam, sicut dicitur; Ecce oculi (verba sunt Josephi) vestri vident, oculi quoque fratris mei Benjamin, quod os meum loquatur ad vos, Genes. 45. v. 12. Loquebantur enim linguâ Sanctâ, &c. In eundem sensum legi-

154 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

בְּכוֹת ד' דָּבָרִים גַּנְאֵלִי יִשְׂרָאֵל
 מִמְצָרִים שֶׁלָּא שָׁנוּ אֶת שְׁם וְלֹא שָׁנוּ אֶת לְשׁוֹנוֹ וְלֹא אָמְרוּ לְשׁוֹן הָרָע וְלֹא נִמְצָא בָּהּ
 אֶחָד פָּרִז בְּעוֹרָה : לֹא שָׁנוּ אֶת שְׁם רָאוּבָן וְשָׁמְעוּנָן וְחַתִּין רָאוּבָן וְשָׁמְעוּנָן סְלָקָנָן
 וְלֹא הוּא קָרוּן לְרָאוּבָן וְרָפָס וְלְשָׁמְעוֹנָן לֹא חַקְוָן לְלוֹאָנִי וְלְיוֹסָף לְסָטָם וְלְבָנִים
 אַלְכְּסָנְדְּרָא וְלֹא שָׁנוּ אֶת לְשׁוֹנוֹ לְהַלְּזָן כְּתִיב וּבְאַפְּלִיטָן וְגַד לְאַבְּרוּם הָעֲבָרִי וְכַאֲן כְּתִיב
 id est, id est, הָעֲבָרִים נִקְרָא עַלְעַל וְכְתִיב כִּי פִי הַמְּדָבָר אַלְכְּסָנְדְּרָא בְּלִשׁוֹן הַקּוֹשׁ וּכְזֹאת :

Quatuor ob res liberati fuerunt Israëlite ex Aegypto; 1. quod non mutarunt nomina sua, 2. quod non mutarunt linguam suam, 3. quod non sycophantati fuerunt, 4. quod nullus inter ipsas fornicator repertus fuerit, 1. Non mutarunt nomina sua; Ruben & Simeon descenderunt, Ruben & Simeon ascenderunt; non vocarunt Rubenem Rufum, neque Simeonem vocarunt Lulianum vel Lælianum, Josephum αἰώνα, aut Benjaminum Alexandrum 2. Non mutarunt linguam suam; Illic enim scriptum; Et venit profugus, & nuntiavit Abrahamo Hebraeo, Genes. 14. (id est, Hebraicè loquenti, ex mente hujus authoris & loci) : Hic verò scriptum est; Deus Hebreorum (Hebraicā linguā loquentium) occurrit nobis : Exod. 5. y. 3. Item; Quod os meum loquatur ad vos, Genes. 45. y. 12. nempe, Lingua Sancta. Idem etiam legitur in Vajikra rab. sect. 32. & libro Mechilta sect. fol. 3. col. 3. Et in Pirke R. Eliesaris, cap. 48. in fine. Elias in Meturgeman sic citat: תְּרִיא non mutarunt Israëlite in Aegypto; Nomina sua, Vestimenta sua (id est, vestimentorum formam) & Linguam suam. David de Pomis in Præfatione Dictionarii sui: Unde orta est apud nos non à publica re sejuncta sententia, eandem indumentorum formam, linguam, nec non & circumcisionem (ut in pristinis temporibus) in Aegypto Hebreos servasse. Locum illum Gen. 45. y. 12. alii etiam interpretes sic explicant, ut R. Salomon, Aben Esra, &c. Sic Jonathan Paraphrastes Chaldaeus; אַרְוֹם פּוֹמָן קְוִישָׁן בְּתַת קְוִישָׁן נְמַלְלָעֲבוּנָה quod os meum loquatur vobiscum lingua sancta.

Quod si forte quid sordium Ægyptiacarum attraxerint, & linguæ etiam suæ quidam admiscerint, id omne mansione 40. annorum in deserto purificatum & depositum iterum fuisse, eamque singulari Dei providentiâ, hujus rei causâ, tam diuturnam fuisse, scribit R. Alarias in Meor Enâjim cap. 57. fol. 174. col. 2.

41. III. Posteaquam ex Ægypto in terram Canaan venissent, omnes maximi & minimi, Principes & Plebeji, Lingua Sanctam locuti sunt; & sicut plerosque habitatores Canaanos sedibus suis expulerunt, & maximâ illâ multitudine, quâ Jordanem transgressi sunt, totam illam terram inundarunt, dominique illius facti sunt: ita Idioma quoque Cananæorum videntur tûm extirpasse, & suam linguam introduxisse, ut ab eo tempore demum lingua Hebræa in Canaan vernacula fieri, & Lingua Canaan appellari coe-

CONFUS. CONS. ET PROPAGATIONE.¹ 155

Iari cœperit. Hæc unica & sola quoque lingua incorrupta & intemerata apud ipsos mansit usque ad captivitatem Babyloniam.

Hinc sribit R. Afarias in Meor Enajim cap. 57. אולם אהורי גנום ישראאל בארץ בימי יהושע יatom שוכלים גם המוניהם היו מדברים תמיד בלשון הקודש : Verum posteaquam Israëlitæ ingressi sunt in terram Canaan tempore Josue, credibile est omnes, etiam plebejos inter ipsos, semper loquitos esse linguam sanctam. Probat deinde hoc variis argumentis, inquiens : הינה לך כמה עדים נאמנים : h. e. Ecce etibhujus rei plurimos testes fide dignos ;

1. Judic. 12. 6. Tunc dicebant ei, Dic nunc שבלה Schibboleth ; ille aures discerat סבולה Sibboleth.

2. Quod Judic. 15. §. 15. dicitur: **לְחֵי הַחֲמֹר**: Id per paranomasiam respondet ei quod sequitur §. 16. **וְמִרְמָר חֲמֹרִים** quæ ambo sunt Hebraica.

3. Plurima nomina propria Virorum & Locorum; ut, גִּילְגָּל Gilgal, יְרֻבָּאֵל Jerubbâal, רָמָת לְחֵי Ramath-Lechi, נָעָם Noâmi, שְׁמָעוֹל Schemuel, יְדִידָה Fedidjah, עֹבֶד Obed, (quem Noâmi sic vocavit ex consilio mulierum, quod sibi in senectute inservitum prævideret, ut Josephus scribit Antiquit. Judaic. lib. 5. cap. 11. nam **אָבָד** Hebraicè Servire) & alia, quæ, licet historiæ ipsorum sint in alias linguas traductæ, immutata remanerunt.

4. 2. Reg. 18. §. 26. legitur: Et dixerunt Eliakim filius Chilkia, Schebna & Joab (ministri regis Hiskiae) ad Rabacen: **כִּי שָׂמָעָם אֶנְחָנוּ** ad Rabsacen: **וַיֹּאֶל תְּדַבֵּר עָמָנוּ יְהוָה בְּאוֹנֵה הַעֲמָן** Loquere quæso ad servos tuos Aramicè, (id est, Chaldaicè) quia nos intelligimus (licet illa lingua, volunt dicere, peregrina sit in terra nostra) & ne loquaris nobiscum Judaice, (id est, Hebraicè) in auribus totius populi. Unde colligitur, nullam aliam tūm in terra Canaan linguam Israëlitæ intellexisse & loquitos esse nisi Hebraicam; paucis & nonnisi singularibus quibusdam viris exceptis.

5. Dan. 1. In principio captivitatis Babylonicae præcepit Nebucadnezar, **לְלִימֹד אֶת הַלְּדִים הַם סִפְרֵי לְשׁוֹן כָּשָׂדִים** docere pueros quosdam libros & linguam Chaldaeorum; quod arguento est, illos haec tenus linguam Chaldaicam non intellexisse.

6. Omnes veterum monetarum & monumentorum inscriptiones superfites, ante captivitatem Babyloniam factæ, sunt pure Hebraicæ.

Quod Jeremias cap. 10. versum undecimum Chaldaicè scripsit: **כִּזְנָה תְּאִמְרוּ** &c. dicunt, præter linguam suam consuetam ab eo factum esse, quod voluerit, ut illa quoq; audirent & intelligerent Babylonii ipsi; q. d. Indicate verba hæc ipsis (Chaldæis) eâ lingua quam intelligent, &c. Libre professionem & confessionem vestram edite, &c. Abarbenel scribit, Jeremiah hæc Aramicè scripsisse, **אָהָוָה זוּ מְרַגְּלָה בְּפּוּמָה שַׁהְיָה טְוַעַן חַטְעָנָה**

156 DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

היאת להכמי הגויים המאמנים בכחوت השמיות quod Argumentum hoc ipsi fuerit trifidum, & subinde coram Idololatris ac calicolis in ore; Nullus Deus debet coli & timeri, quam ille, qui fecit cœlum & terram: sed omnes alii dii ex toto terrarum orbe sunt perpendendi, & omnis illorum memoria abolenda. At neq; sculptilia, nec sydera & stellæ, &c. Ergo, &c. Quia igitur hoc argumentum instar muri ahenei ipsi erat contra omnem Idolatriam, suggestis populo suo illud linguâ Chaldaicâ, ut, à Chaldais ad Idolatriam sollicitati, id ipsis possent propriâ ipsorum linguâ objicere, & eo se defendere.

42. IV. Duravit hic linguæ Hebrææ familiaris usus usq; ad captivitatem Babyloniam, in qua plerique, maximè populus, linguæ suæ obliviscabantur, & Chaldaicæ affuerunt, prout ea tum in florentissimo Babyloniam regno in usu erat. Quin imò non solum Linguæ, sed & Legis suæ magnâ ex parte obliviscabantur. Hinc legitur 2. Paral. 17. quod Josaphat miserit in civitates Iudeæ Principes quosdam, & cum eis Levitas, qui secum deferebant Librum, & per universas urbes Iudeæ circuibant, & populum docebant. Sic Chilkijas Sacerdos tempore Josiæ, tamquam novi & miri quid annuntians, dicit; *Librum Legis inveni in domo Domini, 2. Reg. 22. §. 8.* וְמִקְרָא מֶלֶךְ וְהַשְׁנִינִיתְךָ אֵם בְּמִלְוָתְךָ וְאֵם בְּקֹצְתְּעִינִים כִּמְקָרָה כָּל דָּבָר הַמוֹנִי וְכָל מָרוֹק מְכָלָן translata & consultata pro facultate & viribus quorundam doctorum, non sine mutatione insigni tum in vocibus, tum in rebus nonnullis, prout accidere solet in omni re vulgari, aut que de vase uno effunditur in aliud, scribit R. Asarias in Meor enajim. Interea tamen in animis quorundam, maximè Sacerdotum & Judicum, mansit cognitio tum Linguæ Hebrææ, tum Legis Divinæ, sicut scribitur in libro Cosri part. 3. §. 15. וְשָׁמָרָה בְּלֵב הַכֹּהֲנִים וְהַסְנָדוֹרִין בְּעַבוֹר לְחוֹרוֹת מְשֻפְטָא קָרְבָּן Conservata fuit in corde Sacerdotum & Judicum, ut bi docerent judicia iustitiae. Hinc cùm Deus populi sui misertus esset, illosque iterum in terram suam deduxisset, excitatus fuit Esdras, qui coacto concilio ex primariis Sacerdotibus & principibus populi, Legem Dei à variis corruptelis repurgavit, pristinæque suæ puritati restituit, in usum etiam unâ cum lingua revocando pristinos & Sanctos Charæteres Hebraicos.

Post hanc tamen captivitatem nunquam Linguæ Hebrææ usus familiaris revocari & restaurari potuit, ed quod maxima populi pars ita Lingue Chaldaicæ & aliis assueti essent, ut nullam aliam intelligerent: Unde Nehem. 13. §. 23. 24. legitur: *In diebus quoq; illis vidi Iudeos, qui duxerunt mulieres As-*

res Asdoditidas, Ammonitidas, Moabitidas: Et filii eorum parim loquebantur Asdodice, & nesciebant loqui Judaicè (id est, Hebraicè), & secundum linguam cuiusq[ue] populi. Hinc scribit Elias in Præfatione libri Meturgeman: וכשנלו מאדמתך Cum verò de terra sua exularent, & in Babyloniam abducti essent, penitus obliti fuerunt lingua sue, sicuti scriptum est in libro Nehemias. Hinc etiam, licet Lex Dei Hebraicè legeretur in Synagogis, tamen exponenda simul erat Chaldaicè, ut populus intelligeret: unde Paraphrases Chaldaicæ postmodum, quas etiamnum hodiè habemus, natæ.

43. V. Post Captivitatem Babyloniam familiaris linguae Hebrææ usus nunquam amplius purus fuit inter Júdaeos, sed primò Babylonicè sunt loquuti pure, quâ Dialecto etiam Daniel scripsit: postmodùm autem in terram suam reduces, hanc quoque corruerunt. Hujus linguae Chaldaicæ usus inter ipsos, licet variatis nonnihil pro diversitate sacerdotiorum dialectis & idiotismis, duravit inter Israëlitas durante toto Templo secundo, & post Templi illius quoque vastionem, ita ut Chaldaicè non solùm sint loquuti, sed & scripserint, ut antiquarum Traditionum stylus in Talmud Babylonicô, Libro Zohar, Talmud Hierosolymitano, circa illa tempora conscriptis, & alia documenta evincunt: de quibus autem alibi fuisse, Deo volente, dicendi locus erit.

המשתדרים בחכמת התורה ראו' בעל':
התלמידו הנינו הילזון ההוא הנבחר וכותבו מאמריהם בלשון ארם' ברוב שהוא לשון
הקרש שנשתבט וואלי לא עשו זה בבחירה אבל להכרח כינשכח הלשון או בזמנן חבור
התלמידו לפ' שכבר חבר התלמידו ביתר מרבע מאות ושלשים שנה אחר החרבן ונגולות
העם כי נחתם שנת ת'יא לשטרות היא שנת ד' אלף' רנ"ט לישרא: *Ope-ram dantes sapientia Legis, Volo dicere, Talmudici reliquerunt selectissimam illam lin-guam, & scripserunt sua Lingua Aramaicâ maxima ex parte, que est lingua Sancta con-fusa. Fortassis autem non fecerunt hoc voluntarie, sed coacte, quod in oblivionem venisset Lingua Hebreæ tempore compositionis Talmud. Talmud enim compositum fuit plus quam 430. annis post vastationem Templi, & captivitatem populi: nam obsignatum est anno 8II. Aera contractuum, qui est annus 4259. à Creatione mundi.*

44. VI. Sublatâ itaque ex communi loquendi & scribendi usu, Lin-gua Hebræâ, admodum decrevit quoque Lingua ejus facultas & notitia in ipso populo Hebraico, adeò ut eo tandem res devenerit, ut nulla amplius pura & incorrupta ejus rudera & vestigia remanserint, præterquam in sacris Veteris Testamenti, Mosis sc. & Prophetarum libris, qui singulari Dei providentiâ ita conservati fuerunt. Hinc scribit iterum Ephodeus cap. 7. Grammaticæ suæ: ולסבה הזאת והזקקה נשכח הלשון וכמעט אבד זכה:

DISSER. III. DE LING. HEBR. POST

אלה הנמצא ממנה בספר הקדש אשר להשחתת "על הלשון ההור ועל עמו נשארו על
שלמותם ותמותם בתכילת הדוקדק והאות לא נמצא בס מחלוקת בין שני יהודים
hoc est, Et propter hanc causam validissimam, in oblivionem de-
renit, & propemodum penitus periret memoria ejus (Linguæ Hebrææ) præter id quod
de illa reperitur in Libris Sacris, qui ex singulari Dei providentia erga Linguam hanc, &
erga populum suum, in sua perfectione & integritate remanserunt in tanta accuratione,
ut de illis nulla sit dissensio vel inter duos Judæos, ab India usq; ad Aethiopiam, &c.

נעים גול אבותינו: בין הגויים הם: ולמדו לשונם ושבחו לשון הקדש עד הרגלו בניהם
בארץ לא להם: ובניהם עד חיזם לדבר לשון נכricht ושפה זהה איש ללשונו בארץותם: לפ' מקומות
בניהם: בקדור ואזרום: וכל לאום ולאום: לא נמצא בידינו רק מה שנשאר כתוב אצלנו:
עשרים ואבעה ספרות ומלים מעתים בדברי המשנה ועל בן צרכין אנו לזהר על מה
ישיב בידינו מן הלשון להנני כמשפטו ושלאל להשחיתו וזה דבר בו דברים אשר לא כן:
hoc est, Ex quo tempore deportati sunt Patres nostri in terram alienam, & inter gentes
illas, didicerunt linguam ipsorum, & oblieti sunt lingue sanctæ, donec assueverunt filii &
filii filiorum ipsorum, usq; in hodiernum diem, loqui linguam alienam & labium pere-
grinum, quisq; nimis secundum linguam loci captivitatis vel exilii sui, & populi sui;
nihil invenitur Hebraicæ in manibus nostris, preter Viginti quatuor libros sacros, qui inter
nos remanserunt, & pauca quedam vocabula in Mischna. Unde sollicitè custodire debe-
mus id, quod Deus nobis de nostra lingua reliquit, &c.

45. Et de hoc quidem nulla haec tenus haesitatio vel controversia: Hoc
vero inter multos controversum; An hi Libri incorrupti & inviolati ad
nos usque pervenerint, hodieque habeantur? An item Sacra hæc Scriptu-
ra Hebraica à Mose & Prophetis integrè juxta Consonas & Vocales, ut
hodiè est, prodierit, ac proinde authoritas horum librorum juxta easdem
partes hodiè sit sancta, certa, inviolata? Hic fluctus, hic tempestates.
Circa Literarum integratatem queritur; An illæ literæ Hebraicæ, quas nos
habemus, verae & antiquæ sint literæ Hebraicæ, quibus Moses reliquæ
Scriptores Sacri libros suos conscripserunt? Et hanc quidem quæstionem
decidimus in Dissertatione de Literis Hebræorum. Sed videntur plura esse
dubia de Librorum istorum circa literas intemeratâ integratitate, quæ solu-
tionem merentur; veluti Primo, Quid sentiendum de illis 18. locis quæ
scribæ aliter legenda ordinasse dicuntur, ^{תקו סופרים} Tikkun Sopherim Vul-
gò dicta? 2. quod dicuntur literam Vau à principio dictionis in quinque
locis abstulisse, quæ loca vocantur ^{עטדור סופרים} Ittur sopherim Ablatio Scri-
barum. 3. Occurrunt Voces Variæ lectionis & scriptionis, quæ Keri Uke-
sif vocantur. De Punctis vocalibus, eorumque origine, famosissi-
ma est Controversia. De multorum etiam particularium locorum aliorum
Synce-

Synceritate quæstiones moventur à Christianis, ubi sc. Hebræi codices à Latinis discrepant. Sed hæc alterius erunt loci. Sufficit ad præsens nostrum institutum vidisse, Quandiu Linguæ Hebrææ usus familiaris inter Iudæos duraverit? & Ubi, cessante usu familiari, postea remanserit?

46. VII. Cæterum cùm Linguae Hebrææ usus & cognitio inter Ju-
dæos magis magisque decrevisset, & saltē non planè interiret, solida au-
tem Textus Hebraici intelligentia necessaria cordatis videretur esse, exci-
tati sunt inter ipsos nonnulli, qui, ad exemplum aliarum Nationum, ad
certas regulas & præcepta eam reducere, Grammaticosq; libros de ea con-
scribere coeperunt; ובדרך זה השיבו החכמים לקדמותה והודיעו ואבודה לבעל:
Et hac ratione restituerunt eam Sapientes in pristinum suum statum, redireq; fecerunt rem
amissam ad dominos suos, scribit Ephodeus cap. 8.

47. Quando verò & à quibus Studium Grammaticæ inter Hebræos excoli cœperit, referunt Ephodeus, Aben Esra, & R. D. Kimchi. *Ephodeus* hac ratione illos recenset:

Primum ponit R. Saadiam Gaon, quem scribit tres libros composuisse de Grammatica, sed ad nos non pervenisse. Evidet autem hic R. Saadias ad Gaonotum, floruitque circa annum 4678.

Huic succenturiat *Rabbi Hajum*, itidem *Gaonæum*, qui floruit circa annum 4727. Hic de arte Grammatica scripsisse fertur librum, quem vocavit **המאנז**, de quo Aben Esra testatur, : **שזהו מלא חכמה וכלי יופ'**: quod plenus sit sapientia, & perfectæ elegantia, hoc est, quod sit eruditissimus & elegansissimus.

Hos scribit fuisse in Oriente, & præter ipsos alios adhuc extitisse, qui si-
militer in arte hac illustranda laborarint. Judicium autem ipsius de illis
hoc est, **אֲלֹהַ כָּלֶט לֹא כָתַב בְּחִכָּמָה הַזֹּאת כִּי הָרָאֵי כִּי מִתְחִילָם הַזֹּהָב וְלֹא הַשְׁלִמָה**
*Istionnes scriperunt de arte hac non ut oportebat: incipiebant enim duntaxat eam, sed
non perficiebant. Et in Præfatione scribit, quod ea, quæ Geónim scriperunt
de Grammatica, perierint.*

Itaque scribit post hos insecuritos esse alios in Occidente viros sapientissimos, qui profundiū in eam penetrarint, & majori soliditate eam tractarint, nempe,

R. Jehuda ben David, Chijug dictus, Fessanus: Hunc vocat in præfatione רַאשׁ הַמְוֹרָקָב Principem Grammaticorum, vel, Primum Grammaticum (cujus sc. libri ad nos pervenerunt) Sic notat Elias ad Michlol Kimchi p. 62. *Hic fuit Grammaticus primus.*

R. Jonah (qui eruditionem præcedentis R. Jehudæ in libro suo laudat). Horum duorum, tanquam primorum, meminit Kimchius, & quidem cum singulari eloquio & encomio. R. Ado-

R. Adonim ben Labrat; itidem Fessanus.

R. Jonah ben Ganach Cordubensis. Hunc supra præcedentes omnes extollit, & scribit de eo, כ' העלה פנינים מיס החכמה זהה א' *Quod eduxerit mar-*
garitas ex mari sapientie illius, aureosque planè libros de ea composuerit.

ר' אברהם בן עזרא, de hoc scribit: *חביר בה קצרים נאמנים אבל מה :* hoc est, Composuit de hac arte libellos elegantissimos, sed pauca habet nova, que ceteri non habent.

Videatur & R. Abraham Aben Esra, ab initio libri *צחות Tzachuth*, ubi eos accuratiū recenset, & longè plurium mentionem facit: Item R. David Kimchi in Præfatione Michlol.

Satis etiam de hac quæstione.

VI.

*An Lingua Hebræa perpetuò sit permansura,
adeoq; etiam in altera vita ejus usus
futurus?*

48. Quæstio hæc curiositatis magis, quàm necessitatis & magnæ utilitatis est: quia tamen non raro à curiosis ingenii moveri solet, nonnulli etiam hac de re aliquid scriperunt, placuit præsentem nostram De Lingua Hebræa tractationem, problematicā hac quæstione claudere.

Sciendum ergo, esse nonnullos authores, tam ex Hebræis, quàm ex Christianis, qui asserunt, perpetuum, & in altero quoque mundo, hujus Linguæ usum futurum.

49. Et Judæi quidem, qui duplicem Piorum felicitatem post mundi hujus calamitosam vitam sibi imaginantur; *Primam* nempe בָּרוּךְ הַגָּאֵל־ Tempore liberationis per Messiam quem exspectant, quando is, prostratis omnibus suis & populi sui inimicis, regnum suum in hac terra eriget; *Alteram*; בָּרוּךְ תִּחְיֶת כָּמֹת Tempore resurrectionis mortuorum: Sic ex Christianis Chiliaстæ, qui post Primum Christi adventum in carnem, duplē adhuc somniat, Medium sc. quando veniet, ut mille annis in hac terra regnet; & Ultimum, quando ad Judicium veniet vivorum & mortuorum; Isti, inquam, vel saltem ex his aliqui, statuunt, *Primo*, Omnes illos, ex quibuscumq; sint gentibus, qui Verum Deum sunt agniti, & Christo nomen daturi, & aurei illius saeculi participes futuri, in hac vita unâ & quidem Hebræa lingua inter se usuros: *deinde* in Resurrectione mortuorum in vita altera, omnes eos, qui ad vitam æternam sunt resurrecti, reliquis linguis omnibus.

omnibus abolitis, hanc unam quoque loquuturos esse, & in ea Deum in aeternum celebraturos, ejusque Nomen laudaturos. Atque huic sententiæ (exclusa priori ejus parte de Mille annis in hac vita) subscribunt etiam non pauci pii & docti viri, vel saltem ei non adversantur.

50. Fundamenta pro hac sententia adstruenda afferunt tūm ex Scriptura, tūm ex Ratione.

LOCA SCRIPTURÆ quæ adducunt, sunt sequentia potissimum;

1. Psal. 149. §. 6. רָמֻמוֹת אֶל בְּנוּנוֹת Exaltationes Dei in gutture eorum. Ex hoc loco probant, quod sancti in cœlo sermonem vocalem, in gutture formatum, sint habituri.

2. Jesaiæ 19. 18. יְהוָה מֶלֶךְ אֶרְצֵינוּ מִזְרָחִים שָׁפַט נָאָז. Tempore illo erunt quinque civitates in terra Aegyti loquentes linguam Canaan, & Jurantes Deo Exercituum, &c. Intelligunt Judæi hunc locum de tempore liberationis per Messiam suum; quod sc. Aegyptii & aliæ gentes, potentia & judiciis Messiae percussæ & commotæ, relictis Iodilis suis, se ad Deum verum sint conversuræ, Religionem veram, atque adeò etiam linguam Judæorum, acceptaturæ & amplexuræ. Per Linguam enim Canaan intelligunt Lingua Hebraam: Eam hoc epitheto, potius quam alio, indigitare Prophetam voluisse putant, ut significet; quemadmodum Canaan & Mizrajim (à quo Aegyptii nomen acceperunt) fratres fuerunt, atque unius parentis, Chami videlicet, filii: ita in posterum quoque iterum esse conjungendos Mizrajim, h. e. Aegyptios, non quidem cum Cananæis primis populis, sed cum Cananææ habitatoribus, Hebræis videlicet, Deum verum colentibus, illorum linguam locuturos, illorum Deum culturos, per illum juraturos, &c.

3. Sophoniæ 3. §. 9. כִּי אָנוּ אֱהֹפֵךְ אֶל עַמִּים שָׁפָה בְּרוֹרָה לְקֹרְאָ כָּלֵם בְּשֵׁם יְהוָה Tunc convertam ad populos Labium electum, ut omnes invocent nomine יהוה, ad colendum eum humero uno. Hunc quoque locum similiter explicant ut præcedentem: Per Labium electum intelligunt Linguam Hebraam. In hanc linguam dicunt conversurum Deum Linguas omnium Gentium, quæ se ad Deum eo tempore sunt conversuræ, ut omnes unâ Linguâ Deum invocent, Quod verò per Saphe berurah intelligenda sit Lingua Hebræa, probant etiam per Artem Cabalisticam Gematriam: Nam hæ duæ voces Labium electum continent in numeris 798. Lingua Sandâ, 797. unitate deficiente, quæ cum non sit numerus, nullam differentiam constituere potest. Notat hoc R. Asarias in Meor enajim cap. 57. Aben Esra hac ratione probat, quod intelligatur lingua Hebræa; quia statim subjungitur, quod hoc est, (ex

ipsius mente) *Ut omnes invocent (Deum) nomine יהוה:* Hoc enim in nulla aliâ linguâ fieri potest, quâm linguâ Hebræa: quia Nomen hoc in nulla aliâ lingua extat. Hinc scribit: *תְּהִפְכֵו לְעָבוֹד הַשֵּׁם לְבּוֹ בְּשֶׁפָּה בְּרוֹה הָא לְשׁוֹן* hoc est, Convertentur ad colendum D E U M solum Labio electo, hoc est, Linguâ sanctâ: quia in illa solâ vocatur vel invocatur N O M E N G L O R I O S U M.

4. Zachariæ 14. 9. *וְיָהִי יְהוָה לְמַלֵּךׁ עַל כָּל הָאָרֶץ בְּיֹם הַהוּא יְהוָה יְהוָה;* Et erit D OM IN US in Regem super universam terram: In illo tempore erit D E U S unus, & Nomen ejus Unum. Quia scilicet hîe dicitur Deus illo tempore futurus Unus, & Nomen ejus unum; concludunt, Ergo etiam Unam tantum futuram linguam: Et quia verum ac proprium Dei Nomen, quod Ipse sibi dedit, in nulla alia habetur Lingua, præterquam in Lingua Hebraicâ; iterum concludunt, Lingua illam nullam aliam esse posse, quâm Hebræam. Hinc rursum Aben Esra scribit, per Nomen Unum intelligendum שְׁמַם הַמִּפְרָשׂ Nomen Tetragrammaton יהוה. Hoc, dicit, tûm temporis ab omnibus juxta literas & scripturam suam prolatum & usurpatum iri.

51. R A T I O N E S præterea addunt sequentes. Ac primò quidem quod Beati in futura vita sermonem externum & vocalem sint habituri, inde probant; quia corpora sunt habituri. Ergo etiam voce corporeâ, h. e. instrumentis corporis formatâ, Deum laudabunt. Cui enim bono illa organa, si nullus illorum futurus esset usus?

Quod autem deinde Lingua Hebræa sint loquuturi, sequentibus rationibus probare nituntur:

1. Quemadmodum Lingua hæc prima & sola in nascentiis mundi exordio fuit; Ita probabile est eandem quoque fore ultimam; & solam superfitem futuram, quando finitâ mortalitatis serie exhibunt hæc humana.

2. Quia hæc lingua è cœlo quasi originem traxit, utpote quæ à Deo fuit creata, & in statu innocentiae & integratatis Homini ornamenti & perfectionis loco data & concreata, atque in Paradiso terrestri ab ipso usurpata: reliquæ autem in peccati pœnam immisæ; Ergo iterum volunt probabile esse, eandem etiam in Paradiso cœlesti, in Statu gloriae, & quando Dei unius erit regnum, abolitis omnibus Ipsius inimicis, permanesram, reliquasque, quæ peccati, & pœnæ peccati speculum ac minemosynon forent, atque idèo gloriosum hominis statum non nihil obscurarent, abolendas & exterminandas.

52. Huc pertinet, quod scribit R. Simeon ben Jochaj in libro Zohar, in fine sectionis נא Noach: Posteaquam enim dixisset, Confusionem Linguarum introduxisse Dissensiones in mundum, subjungit; אֲבָל בְּזִימָנָא זָאת' מה בתיב

מה כתיב כי אן אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרוא כולם בשם "נו'" : וכתיב והה
המלה על כל הארץ ביום ההיא היה "אחד ושמו אחד ?
hoc est, sed de seculo
futuro quid scriptum est ? Tunc convertam ad populos Labium electum, ut
omnes invocent Nomen יהוה, ut serviant ei humero uno, Sophon. 3. 7.
Item; Et erit Dominus in Regem super universam terram: Tempore illo
erit DOMINUS unus, & Nomen ejus unus, Zachar. 14. 9.

Sic scribitur in Tanchuma, itidem sub finem sectionis Noah: אמר נח Noah: בבל לועם
הקב"ה בעולם זה על ידי שיר הרע חלקו ברויתנו ונחלקו לט' לשון: אבל לועם
הבא משווים כלם בכתף אחד לקרוא בשם ושבדים אותו ט' אן אהפוך אל עמים שפה
בברורה לנו': h. e. Dixit Sanctus Benedictus ille; In mundo hoc propter Concupiscentiam
malam divisa sunt creature mea in 70. linguas: Sed in seculo futuro omnes erunt aqua-
les, ad humero uno invocabundum nomen meum, & colendum illud, sicut dicitur; Tunc
convertam ad populos, &c.

R. Afarias in Meor Enajim cap. 57. fol. 173. b. הנדו אצלם דאנט' פכו' חילק נן עדן אשר שם לו בפי הראשון אמר: הלשון
אשר בו היה מדבר נזחה לנבר טרם נשלם בין המדי: כי הנה נשאר בבורך ה'
זה באיזנו: אורובא לפ' הנראה מדבר מה קוש רשי' סוף פרשת נח כולם יאבדו:
Proinde falso invenies apud maximum Poëtam Christianorum Dantem
Cap. 26. ubi agit de horto Hedenis, quod Adamum primum in hunc sensum introducat lo-
quentem: Lingua illa, qua fui loquens, extirpata est penitus, antequam
perficeretur Structura Turris Babylonicae; Nam ecce adhuc superstes est, &
quidem, laus Deo, est in manibus nostris. Imò contrà, ut colligitur ex eo quod R. Simeon
ben Jochai scribit in fine Sectionis ננ, omnes alia linguae peribunt, & haec sola manebit.
Et mox, post productum Sophoniae locum: נס על החכם הנדול לניצרים אמר כי הלשון הקדוש לבדו עתיד להשאר בשוב ה'
אקרים שטעת אין באחד מהכורי אמר כי הלשון הקדוש לבדו עתיד להשאר בשוב ה'
hoc est, Quin etiam audivi, quod doctissimus inter
Christianos vir, Thomas Aquinas in quodam suo libro scribat, quod Lingua s. sola superstes
sit mansura, quando Deus aliquando pro sua voluntate & beneplacito reducturus est ca-
ptivitatem seculi sui. Ab hac Aeternitate putat idem author Lingua He-
bream Sanctam dictam, quemadmodum videre est in Dissertatione De
Linguæ Hebreæ Origine & Antiquitate Thesl. 54. In quem sensum scri-
bit Genebrardus ad Psal. 50. v. 1. Aliqui addunt, ideo vocari Sanctam, (Linguam
Hebream) quod ejus usus in caelo futurus sit post resurrectionem, dum ea sancti in se-
cula seculorum laudabunt Deum, &c.

53. His etiam consona sunt, quæ scribit Franciscus Georgius Venetus
in libro de Harmonia mundi, Cantic. 3. Tomo octavo cap. 2. Et pro quanto
ratio mihi persuadere potest, si aliquo idiomate utuntur, ipsum est Hebreum: in quo data
est Lex, prædicatum Evangelium à Christo, conscripti divini Hymni, & data omnia Ora-

cula, demptâ tantummodo illâ revelatione, quæ Græcè Apocalypsis dicitur, Græco sermone tam ex arata quam habita. Tum, quia est mysteriosissima lingua in figuris, punctis, accentibus, & numeris per illas literas importatis: adeò ut secretiores Theologi ex revolutione literarum & apicis, & ex supputatione numerorum per literas significatorum, omnia promittant explicare: Tum, quia literæ illæ dicuntur scriptæ in sede Dei, quod calum est: instar cuius figurarum sunt formatae literæ ipsæ, quibus prius usus fuit Moses in danda Lege, ut memini vidisse, si antiquitati attestanti fides adhibenda est. Tum demum, quia ut hæc fuit prima lingua, emanavitq; à cœlo, & fuit ante confusionem linguarum exortam in Babylone, ita erit ultima, extirpatâ confusione illâ, quæ in punitionem (ut inquit Augustinus) tantæ temeritatis & fastus inflicta est, &c. Et mox: Sicut igitur haec fuit prima lingua, semper permanens invariata, sic erit ultima etiam in patria, si quis dabitur sermo vocalis: Cujus signum est, quia Intelligentie, dum hominibus loquuntur scientibus ipsam linguam, utuntur sermone Hebraico: quamvis nonnulli afferant, demones aut sapientes intelligentias singulas singularium gentium, cum quibus habitant, linguas exercere. Verum (ni fallor) quod diximus, probabilius est, cum omnia sermè oracula sint habita illo idiomate. Convenientissimum igitur est, ut sicut quelibet victoria civitas non solum jugum imponit domitis gentibus, sed multoties & idioma: sic Imperator illius civitatis supernæ, & astantes principes decernent, ut omnes illuc erecti loquuntur linguâ & sermone inde oriundo, & quo solebat uti princeps illius regni, dum inter homines versaretur. Quod forsitan (ut diximus) erit priusquam illo deveniamus, vel saltē post iudicium futurum per ignem, juxta id quod in Sophonia Prophetæ dicit Dominus: In igne zeli mei, &c. Eadem iisdem verbis leguntur apud Archangelum de Burgo novo, in Apologia pro defensione doctrinæ Cabalæ contra Petrum Garziam f. 264. b.

Petrus Galatinus de Arcanis Catholicæ veritatis libr. 12. cap. 4. prolixè hac de re agit: Primo adducit superiorem locum ex Sophonia, postmodum ita ait; Cum ergo Prophetæ dicit voce Dei, Convertam ad populos labium electum, quid per Labium hoc electum intelligitur? quodve est labium istud, quod Dominus elegit ad invocandum nomen suum, atq; ad colendum se ab omnibus gentibus humero uno, id est, parte una? Resp. Hac in variis varia dicunt. Quidam enim ajunt, Labium hoc electum Graciam esse linguam, quam Dominus elegit, ut in ea nomen suum invocetur atq; per eam ipse colatur, &c. Alii verò Labium hoc electum Latinam affirmant esse linguam, quâ plurime regiones, ut Italia, Germania, Pannonia, Gallia, Hispania, & pleraq; aliae nationes, & nomen Domini invocant, & ipsum Deum contundunt, &c. Talmudistæ autem Labium hoc electum Hebraicam linguam esse afferunt, quod eam Deus præ ceteris elegerit, quâ & patribus loqueretur, & legem suam daret: quare Legem ipsam, arcanaq; penè omnia Prophetis revelata, eâ lingua scribi voluit, unde & ipsam peculiariter vocabulo Sanctam vocant. Eas obres tunc, juxta Propheticum vatici-

vaticinium, Dominum ipsum ad populos labium electum ad vocandum nomen suum, & ad se colendum humero uno, converjurum ajunt, cum omnes gentes per Messiam salvandae, humero uno, id est, sib uno ipius Messiae regno, Deum ipsum Hebraicâ linguâ laudabunt, quod post resurrectionem generalem in electis adimplebitur. Quemadmodum enim ante Linguarum divisionem, in Turri Babel factam, universa terra unius erat labii: ita in resurrectione generali omnes homines una loquentur linguâ, Hebraicâ scilicet, quam primi parentes in Paradiſo loquebantur, & quam electi omnes in statu innocentiae loquuti fuissent, si ipsi primi parentes in gratia Dei stetissent. Et haec quidem opinio magis literâ consonat. Hæc Galatinus, quæ etiam adducuntur à Theodoro Bibliandro de ratione communî omnium linguarum p. 37. Videatur etiam F. Ludovicus in Globo Canonum & Arcanorum linguæ Sanctæ lib. I. cap. I.

Haymo, Episcopus Halberstiensis ad Jeſa. 19. 18. In patria cœlesti Hebraicâ, id est, multò digniori linguâ ad plenum Domino psallemus. Idem I. Cor. 13. ad hæc verba; Sive linguae cessabunt, scribit: Quoniam sicut ante turrim Babel una erat lingua Ebraica: sic (ut quidam putant doctores) expleto iudicio, ipsa remanebit una. Revera in multis Linguis varietas est, & ubi varietas, ibi est dissensio. In Sanctorum vero regno non erit dissensio. Ergo nec linguarum varietas.

Gilbertus Genebrardus in Chronologia p. 32. Omnia ergo matrix Hebreæ, mundo coæva. Que ut prima fuit, ita erit & ultima. Nam ejus usus est, eritq; in cœlo, dum eâ Sancti, ut Psalmus ait, in seculorum secula laudabunt Deum. Unde & Angelicam dictam putant ab Apostolo I. Cor. 13.

Bonaventura Cornelius Bertramus, in Præfatione in Comparationem Linguae Hebraicæ & Aramicæ: Lingua ergo Hebraica, apud suos aliquo modo abolita, aliquo etiam modo conservata, in eternum permanens & duratura est una cum ipso Dei verbo.

Thomas Erpenius in Oratione de Linguâ Hebræa: SANCTÆ LIN-
GUA & titulo est decorata, quod Sanctissimus mundi opifex eâ cum primis nostris paren-
tibus & prophetis suis loquitus sit, & sanctam suam voluntatem eâ consignatam Ecclesiæ
tradiderit; quod deniq; ex magnorum virorum sententia verisimile admodum sit, san-
ctos Dei homines, cum aeo sempiterno in celis fuerint, usuros eâ esse.

Ita multi sunt Authores, qui cæteris Lingue Hebraicæ decoribus &
privilegiis hoc quoque addunt, quod sancti in cœlo eâ sint olim usuri, quam
de re liberum esse cuique potest suum iudicium.

54. Hoc tamen sciendum, loca illa Scripturæ commemorata nequa-
quam id primariò ac disertè dicere.

Quod Jesaias cap. 19. de quinq; Civitatibus in Aegypto, Lingua Canaan loquun-
turis, dicit; non tam de idiomate & sermone, quam consensu ipso cum
populo Dei, in veri Dei Agnitione & Confessione intelligit. Nam per

166 DIS. III. DE L.H. POST CONF. CONS. ET PROP.

Linguam Confessionem designat: Ore enim & Linguâ fit Confessio: Dicit autem Lingua Canaan; quia tunc temporis unica illa lingua, quâ Israëlitæ qui terram Canaan incolebant, usi sunt, erat, quæ Deum verum agnosceret & profiteretur. Cùm ergo dicit, Civitates illas Aegyptias Lingua incolarum terre Canaan loquuturos, manifestè significat, ipsos abjecto omni Idololatrico & superstitione cultu, mutatâ quasi suâ linguâ, cum fidelibus in religione consensuros.

Eadem est ratio loci adducti ex Propheta Sophonia cap. 3. ubi Deus promittit, se versurum ad gentes Labium purum, hoc est, se facturum, ut Gentes, quæ ob Idolorum cultum & invocationem verè populus erant pollutus labiis, puris labiis possint invocare ipsius nomen, ipsique soli servire, &c. Idololatria enim pollutos & immundos reddit homines coram D e o. Jesa. 20. 7. Stercoreis Diis Aegypti ne polluatis vos. sic 2. y. 18. Et cap. 23. 30. Peluisisti te diis stercoreis ipsorum, &c.

Idem esto judicium de aliis, quæ de re potius, quam de sermonis idiomate loquuntur. Concludamus.

55. In Talmud Nidda fol. 70. col. 1. legimus, R. Jehosuam, curiosius querenti cuidam de statu mortuorum ad vitam æternam resurrectorum, breviter & nervosè respondisse, לְכַשֵּׁת זֶה נָחָם לְהָנָן Quando reviviscent, cognoscemus eos; qualis scil. ipsorum status sit futurus. Ita brevissima & certissima ad præsentem quæstionem de Sermone quo usuri sumus? responsio erit, si dicamus: נְשָׁמָה Quando reviviscemus, sciemus illud; qualis scil. haec sit futura Lingua;

אמֹן כִּי יְהִי רְצוֹן :

Hoc est,

Quod faxit cœlestis Pater per D.N.J.C.

A M E N.

DISSER-



DISSERTATIO QUARTA,

*De*LITERARUM HEBRAI-
CARUM GENUINA AN-
TIQUITATE.

THEISIS I.

NO BILIS est & antiqua, DE LITERIS HEBRÆO-
RUM, controversia; *Quibusdam*, Literas Samaritanorum pro ve-
ris, germanis, & primigeniis Hebraeorum literis venditantibus;
eas autem, quibus hodiè Judæi in describendis Sacris Voluminibus utun-
tur, Affyriorum olim proprias, & ab Esra Sacerdote demùm, post captivi-
tatem Babylonicam, prioribus abrogatis, & Samaritis relictis, in illarum
locum substitutas, & Judæis in posterum usurpandas, traditas fuisse, sta-
tuentibus: *Aliis* contrà firmiter afferentibus & asseverantibus, Literas istas
Hebraicas quadratas, quibus Hebraica Biblia exarata passim extant, veras
& genuinas esse & fuisse Hebraeorum literas, atque adeò adhuc easdem
planè, quibus Léx à Deo Tabulis insculpta fuerit.

2. Utraque sententia, & olim & etiamnum hodiè, tam inter Hebræos,
quam inter Christianos, suos habuit & habet propugnatores ac patronos.
Quamvis eò ferè inter nos res devenerit, ut prior sententia longè plu-
res, eosque nec vulgaris nec infimæ notæ, a seclusa nostra fuerit, qui præto-
riam planè in hac quæstione sententiam ferentes, dissentientes nec feren-
dos nec audiendos judicant. Divus Hieronymus dicit indubitanter; *Cer-
tum est, Esdram alias literas reperiisse, quibus nunc utimur, &c.* Bellarminus de Ver-
bo Dei lib. 2. cap. 1. ex Hieronymi dictis concludit, *sine dubio nos novas literas
habere.* Magnus ille Josephus Scaliger, in Animadversionibus ad Chronol.
Eusebii, severè pronuntiat; *Putare veterum Hebreorum alias fuisse literas, quam
qua in illis scilicet (Samaritanis literis notatis) visuntur, & que sub Regibus Juda
in commerciis Judeorum erant, extreme & insanie est & imperitia.* Et iterum: *Eæ
literæ, quibus hodiè Judæi sacros libros, & omnia acta sua conscribunt, nuperæ ac novitiae
sunt, ex Syriacis depravatae, illæ autem ex Samaritanis, quod cùm luce clarius sit, tamen
quidam*

168 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

quidam semidocti, semitheologi, & ut signantius loquar, semi homines, non solum Judaicas literas verè Hebraicas esse priscas audent deferare, sed etiam impios putant, atq; adeo palam vocant, qui aliter sentiunt. Miserrimam verò doctorum & piorum hominum conditionem, si doctrina & pietatis sue non alios testes haberent, quam asinos. Isaacus Cesaubonus in Exercit. contra Baron. fol. m. 445. I. Certum est, literarum Hebraicarum figuratas hodiernas, post Ezechiem, & captivitatem, fuisse inventas. Et mox: Nam priores characteres Hebraeorum, consensu omnium eruditorum, apud Samaritanos remanserunt, & inde quoq; illis usurpantur. Doctissimus Johannes Drusius, ad difficiliora loca Exodi, cap. 56. arbitratur, rem hanc tam esse claram, ut nemo amplius, nisi fortè alter Carneades, qui de rebus omnibus dubitare solebat, eam in dubium vocare ausit. Summorum horum virorum de Novitate literarum Hebraicarum judicia, ambabus manibus amplectuntur Punctorum Novitatis patroni, tamquam in rem suam apprimè facientia, iis insuper Hebraeorum consensum & assensum adjungentes. Eruditus Arcani punctuationis revelati author lib. I. cap. 6. scribit: Agnoscunt Judei, & verò ultrò fatentur, literas, quibus jam ab Esdra tempore descripta sunt, & etiamnum hodie describuntur atq; excuduntur Sacra Biblia, non esse antiquas Hebraeorum literas, quibus Moses, ceteriq; Veteris Testamenti ad Esdram usq; scriptores, sacros libros descripsérunt, sed esse Chaldaicas literas, quibus Esdras post redditum à captivitate Babylonica totum Vet. Test. Canonem descripsit, posterisq; reliquit. Sic scribit audacter Johannes Morinus in Exercitationibus Ecclesiasticis in utrumque Samaritanorum Pentateuchum, Exercitat. 2. cap. 1. Judæi ferè omnes, quorum id totum interest, nobis præ ceteris assentiuntur, (in hoc sc. quod character, quo Lex primùm scripta est, sit Samaritanus). Et cap. 2. Judeorum de primigeniis literis suis tripliciter dividuntur sententiae. Omnes tamen Samaritanas Hebreas esse fatentur. Item: Sed antiquissimorum atq; recentiorum major & senior pars, Legem in monte Sinai, Moysi à Deo characteribus Samaritanis datam esse, ultrò concedit.

3. Hæc & alia ejus generis, apud hos & alios viros eruditos, passim leguntur, quorum fulgor, & vel sola, de summa literaturæ Hebraicæ exquisita cognitione, egregia fama, alios ejusdem minus peritos, non difficeret in eandem sententiam pertraxit.

4. Evidem cum nemine super hac re acrius contendere aut disceptare mihi est propositum. Quia tamen altera sententia, de Literarum Hebraicarum antiquitate, nimis frigidè haec tenus mihi videtur expensa, & in dictâ causâ condemnata, nec ullus ex omnibus nostris, qui hanc quæstionem haec tenus tetigerunt verius quam tractarunt, visus, qui altius in Hebraeorum sententiam inquisiverit, eamque ex confusis Historiæ Hebraicæ ruderibus paulò accuratius eruerit, nec ingratam, nec inutilem Lectori
rem

rem me facturum existimavi, si post Linguae Hebrææ Historiam explicatam, operam etiam aliquam in obscuram & intricatam istam Controversiam conferrem, eamque, quoad pro ingenii mei tenuitate fieri potest, aliquanto planius & pleniū expedirem. Assertā enim Literarum Hebraicarum genuinā Antiquitatē, simul & Lingua Hebrææ sua dignitas, & Tex-tui Hebræo sua Authoritas & Majestas, tanto magis & validius afferitur & vindicatur.

5. Quamvis autem haudquaquam sperare ausim, me hoc asequutu-rum, ut omnibus satisfaciam, ultimamque Literarum Hebraicarum anti-quitatem ἀναφεύσατάς probem ac periuadeam; id tamen me effecturum confido, ut ostendam, nequaquam ita ab omnibus præsidiis & rationibus imparatam ac desertam esse eam sententiam, ut, qui eam sequuntur ac tuentur, vel ex doctorum, aut Theologorum, aut hominum prorsus censu, tamquam ἄλογοι sint excludendi, vel insania & imperitia, ut רִקְמָה vacui cerebro, accusandi, vel Carneadi, tamquam puri Sceptici, accensendi. Quin imò gravissimis testimo-niis solidè evincam, tantum abesse, ut vel Antiquissimorum vel Recentiorum He-breorum, seu major seu melior pars, Legem à Deo Moi, in monte Sinai, literis Samari-tanis datam esse, ultrò fateatur & concedat; ut pòtiū utrorumque pars utraque, utroque pollice alteram sententiam laudent, plenisque linguis & animis ei faveant.

6. Ut verò & methodicè & perspicuè nostra Dissertatio procedat, primò omnium Statum Quæstionis formabimus & proponemus, ut rectè, quid id sit de quo quæritur, constet: deinde, utriusque partis argumenta & fun-damenta considerabimus & expendemus.

7. STATUM QUÆSTIONIS quod attinet, quomodo ille ad præsen-tum nostrum scopum sit formandus, ex Thesi primâ jam animadverti po-test. Quæritur enim;

Utrum Figura ea Literarum Hebraicarum, quā hodie vulgo Sacra Biblia Hebraica descripta & impressa videmus, eadem sit, quam Moses in Tabulis à Deo accepit, & inde ab eo tempore inter Ju-daeos extiterit?

8. Ad rectè intelligendam Quæstionem hanc, uti etiam ea, quæ in se-quentibus dicentur, maximè in testimoniis Hebræorum, quæ adducturi sumus, præmittenda sunt quædam, pertinentia ad explicationem tūm Subjecti, tūm Predicati. Circa Subjectum sciendum, nos hic quærere de illa Scriptura, quā Hebræi utuntur, non in suis Commentariis, sed in Libris Biblicis. Eam Scripturam ipsi communiter appellant כתב מרובע Scripturam

170 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

quadratam. Talmudici, & ad illorum imitationem posteriores quoque Hebræi, sœpè eam appellant 'אַשְׁר h.e. *Affriam*, ut quidam interpretantur. De hujus appellationis ratione plura in sequentibus Th. 68. dicentur. Hic duntaxat monemus Lectorem, cùm vel in transferendis quibusdam Rabbinorum dictis & Testimoniis, vel in iis explicandis, 'כָּתָב אֲשֶׁר Scripture *Affriacæ* mentionem faciemus, nos eam ipsam Scripturam, de qua est quæstio, Hebraicam videlicet hodiernam, intelligere, & οὐχιποτενῶς hanc vocem usurpare. Ita sœpè כתְּבָעֵר Scriptura Hebræa vel *Transfluvialis*, eodem modo sumetur pro Scriptura Samaritanâ, de quo ulterius infra agitur Th. 50. Circa *Predicatum*, sciendum, primò; Nos hoc præcipue querere de hac Scriptura; Utrum sit adhuc eadem, quam Moses à Deo in monte Sinai accepit? secundò, Utrum ab eo Tempore semper alicubi, sive publicè, sive privatim, inter Judæos extiterit?

9. His sic præmissis, ad Quæstionis Tractationem ipsam accedemus. Sunt, ut suprà vidimus, qui ejus tenent Affirmativam, sunt qui Negativam, unde duplex exurgit nostra Tractatio I. Κατασκευὴ, sententia Affirmativa. II. Ανασκαψὴ, sententię Negative. Videamus ergo primo Κατασκευὴ.

I.

ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ, SENTENTIAE
AFFIRMATIVAE.

10. Hanc quod attinet, asseritur eā, *Figuram Literarum Biblicalium Hebraicarum hodiernam, eandem esse, quā olim Deus, Digitō suo, Legem, duabus Tabulis, Moysi in monte Sinai tradidit, inscripsit; ac proinde negatur; Illam ab Esdrā demūm, post captivitatem Babyloniam, vel ab Affriis mutuatam, & Judais usurpandam traditam, vel de novo confitam & inventam esse.*

11. Ad assertionis hujus confirmationēt adhibentur Argumenta tūm *Inartificialia*, tūm *Artificialia*; sive, *Testimonia*, & *Rationes*.

12. *Inartificialia*, h.e. *Testimonia*, sunt duplia; vel Personarum, vel Rerum. Et *Testimonia Personarum* iterum vel *Hebreorum*, vel *Christianorum*.

13. *Teſti-*

13. Testimonia itaque Personarum quod attinet, cùm de Hebræorum Literis agatur, rite & ordine, ni fallor, procedemus, si ab Hebræorum testimoniis exordium ducamus, & illos primò omnium audiamus. Sunt autem illa vel *Veterum*, vel *Recentiorum*.

14. EX VETERIBUS HEBRÆIS Primum locum sibi vendicant תנאים TANNAIM h.e. Deuterota, Doctores Mischnici, Authores Mischnæ seu Textus Talmudici, tamquam apud ipsos antiquissimi. Illi enim originem suam, per continuam successionem acceptationis Legis oralis, deducunt inde à Mose, & terminant in R. Jehudah hakkádosch, qui floruit sub Imperatore Antonino, Anno Christi 150. Ex illis huic sententiae faveat R. JEHUDAH, à pietate, eruditione, & præstantia, cognomento HAKKADOSCH Sanctus, & HANNASI Princeps, sapientius etiam καὶ ἐξελιγμένος RABBI, vocatus, quique ideo ut plurimum meruit, ut, inter varias Doctorum opiniones, secundum ipsius sententiam decisio fiat. Hic ergo quid de hac Quæstione senserit, refertur in Gemara Talmud Babylonici, Tractatu Sanhédrin cap. 2. fol. 21.2. & fol. 22. 1. his verbis; תנא ר' אומר בוחילה בכתב זה נתנה תורה לישראל כיון שחתנו נחף להן לזרען: כיון שהוו ביהן החזרו להם טנא' שבוט לביצוע אסרי Tradition: RABI (i. e. Rabbi Jehudah hakkádosch) dicit; Ab initio in Scriptura ista data est Lex Israëli: Posteaquam autem peccaverunt, conversa est ipsi in fracturam: Cùm vero redirent (ad Deum per paenitentiam) restituit eam ipsis, secundum illud, Convertimini ad munitionem, δινῆτε spei: etiam hodie annuntio vobis, me restitutur vobis duplum, Zach. 9.12. Quare vocatur Aschúriθ? quia est Meüschéres beatificata per Scripturam, vel in Scriptura.

Ad intelligendum sensum & vim verborum horum, sciendum 1. Traditionem hanc esse Barájetham, hoc est, Extraneam, à R. Jehudah in Academiis Babyloniæ traditam & decisam: hic verò à Compilatoribus Gemaræ referri, prout infinitæ tales traditiones in Gemara extant, quibus præfigitur תניין, vel מתניתא Tradition, Διδασκαλία. 2. Sententiam ejus esse, Legem primitus datam esse eâ literarum figurâ, quæ Aschúriθ vocatur. 3. Aschúriθ hic non sumi propriè pro Assyriaca scripturâ, sed appellativè, à verbo אָשֵׁר Ischer vel Aschar, quod significat Beatum reddere vel facere, ac proinde significare scripturam Beatam, quod Nomen huic Scripturæ ideo competit, quod ea, per datam & scriptam in ea Legem à Deo, facta sit Scriptura omnium Beatissima; vel quod sit omnium ornatissima ac decentissima. 4. Postea, peccatorum ipsorum causâ, in oblivionem devenisse inter Israë-

litas, non quidem in universum, & apud omnes, sed in communiusu, & inter plerosque, plebem maximè; ac in Scripturam aliam, Samaritanam scil. hodiè dictam, mutatam. Indicat hoc iis verbis, quando ait, נָתַף לְהַם עֲזֹזֶה *Conversa est ipsis in fracturam;* de quorum verborum sensu yariè disputant Hebræi, ut videre est apud R. Asafiam in Meor Enajim cap. 56. omnes tamen in hoc convenient, significari hac phrasí, vel Oblivionem, vel Mutationem Scripturæ istius præscæ, in qua Lex data fuit. Tempus mutationis non definit. 5. Tempore Esdræ postliminiò restitutam ac redditam ipsis fuisse Scripturam, quam primitus habuerant. Probat hoc ex Zach. cap. 9. §. 12. quæ verba ita suo proposito accommodat; *Convertimini ad munitionem;* urbem munitam Jerusalem, tempore Templi secundi; *Et annuntio vobis, me restituturum vobis duplum,* h. e. Pro eo quod oblitus fueras Scripturam dupli sive exemplaris Legis hujus, restituam tibi id cuius oblitus fueras: *Vel hoc sensu;* Et restituam tibi mutatam Scripturam Legis. Nomen enim מִשְׁנָה Mischne, Duplum, Exemplar, derivatur à radice שָׁנָה Schánah, Mutare: Iterare; unde volunt, Legem hic à Prophetæ, & à Mose Deut. 17.18. מִשְׁנָה Mischne, Duplam vel Secundanam vocatam fuisse, quod ejus Scriptura Mutari, vel Iterari & secundâ vice dari, debuerit. Hæc est mens & sententia R. Jehudæ Sancti, quæ etiam legitur in Talmud Hierosolymitano, Tractatu Megilla, sed verbis paulò disertioribus, quam in Babylonico, unde & illa hic adscribemus: ר' אמר אשורית ניתנה תורה וכשחטאנו נהפכ' לְחַס 'א' אמר אשורית ניתנה תורה וכשחטאנו נהפכ' לְחַס : לְרוּעָן וכשוכנו בֵּין עֲזָרָא נהפכ' לְחַס אשורית ש' נִמְגַד משנה אשיב' לְחַס : וּבְתַבְתַּב' לו את משנה התורה הזאת על ספר כתוב שהוא עשי' להשתנות Rabbi (Jehudah) dicit; Scripturæ Aschurith (ut antea) data fuit Lex: cum vero peccassent, conversa est ipsis in fracturam. At cum penitentiā agerent in diebus Esdræ, redditæ est ipsis Aschurith beatificata ista Scriptura, secundum illud; Etiam hodiè annuntio vobis, me restituturum vobis duplum, Zachar. 9. §. 12. Item; Et scribebit sibi (Rex) מִשְׁנָה Mischne, Duplum Legis hujus in libro; scripturæ scil. quæ duplicanda, h. e. iteranda, iteratò danda, vel mutanda est.

Post R. Jehudam Sanctum sequuntur ibidem, R. Schimeon, & duo Eleasari, qui idem, imò paulò amplius, testantur. Verba sunt: ר' בֶּן אַלְעֹזֶר אָמַר מִשְׁמָן ר' אַלְעֹזֶר הַמִּזְרָעִי כתב זה לא נשתנה כל עיקר ש' ו' העמודים: מה אטודים: לא נשתנו א' ו' ו' לא נשתנו: ואמר אל היודאים כתבם ומילשונם מה לשונם לא נשתנה א' כתבם לא נשתנה h. e. Scriptura ista nunquam prorsus fuit mutata, sicut liquet primò ex eo quod dicitur, ו' העמודים ו' Vav sive Uncini columnarum, Exod. 27. §. 10. II. &c. Quæ est enim ratio columnarum? non mutantur. Sic etiam Vav non mutantur vel mutata sunt: deinde ex eo, quod scriptum est; Et ad Judæos secundum scripturam ipsorum, & secundum lin-

guam

guam ipsorum, Esth. 8. 9. *Quæ est ratio linguae ipsorum?* Illa nunquam mutata est: (in Bibliis sc.) sic & Scriptura illorum nunquam mutata est. In Talmud Hierosolymitano Megilla cap. 1. idem his verbis legitur: *כתב אשורי נתנה תורה מה טעם ואו העמדים וים של תורה דומים לעמודים* *Quod in scripturâ Assiriacâ data sit Lex, quenam est ejus rei ratio?* Id quod dicitur; Vav columnarum, Exod. 27. 10. Inde enim concludimus, literas Vav in Lege similes fuisse Uncini. Horum Rabbinorum sententia est paulò alia, quam R. Jehudæ; videlicet, quod nulla unquam mutatio contigerit Scripturæ istius, sed eadem semper fuerit. Hęc verò differentia huic sententiæ nihil obstat; quia in hoc consentiunt, Literas illas, quas hodiè habemus, eas esse, quibus lex olim Mosi à Deo data fuit. Probant id dupli argumento; Primo ex eo, quod Uncini in Lege Mosis, seu, in lingua Hebræa, à Mōse vocentur *ל'וּ וָוּ וָוּ*, à figura scil. literæ *Vav*. Unde concludunt, tempore Mosis jam literam *Vav* pictam fuisse instar Uncini, sicuti hodiè, & per consequens non mutatam esse. Quæ autem ratio est literæ unius, eadem procul dubio etiam reliquarum. Deinde ex eo, quod Esth. 8. ȝ. 9. Lingua & Scriptura Judeorum conjungantur. Unde concludunt, Judæos, sicut Linguam immutatam in Sacris retinuerunt, ita & Scripturam.

Quam benè & appositè argumententur isti omnes, jam non attingo; Utrum videlicet Uncini à figura literæ Vav sint vocati, vel, An figura Literæ à Re sit nuncupata? Tantùm auctoritatibus nunc agimus, & veterum Rabbinorum testimonia quærimus, qui sentiunt, Literas illas Hebraicas, quas hodiè habemus, esse adhuc easdem, quæ olim tempore Mosis fuerunt. & quibus Lex est data.

15. Ad Mischnicos Doctores referendus quoq; est *Rabbi Elieser Hakkâlîr*, Tanna antiquissimus, è terra Israëlis, uti videre est in *Tzémach David* par. 1. fol. 40. col. 1. & in *Juchasin* fol. 34. col. 2. Hujus pro hac sententia testimonium legere est in *machzor* *Machzor*, qui est liber Precum Judaicarum, quo in Festis majoribus maximè utuntur. In eo enim extat Precatio rhythrica sub ejus nomine, sub literis initialibus rhythmorum latente, in Die primo Festis septimanarum seu Pentecostes, quæ incipit: *או בכתב חנ שבועות* Festis septimanarum seu Pentecostes, quæ incipit: *ובבר מארית זבלזון עברית*, *הנחלת לבת עברית* (sc. in datione legis) *Scripturâ Assiriacâ*, & *Linguâ Hebraicâ*, & *Pronunciatione Aegyptiacâ*, hereditare fecisti filiam Hebraicam (i. e. Ecclesiam Hebraicam seu Judaicam). Hic expresse quoque dicit, quod Lex data sit Scripturâ Assiriacâ, h.e. Scripturâ hodiernâ, quæ sic vocatur, ac proinde nequaquam sensit, quod Esræ demum tempore vel de novo excogitata, vel ab Assyriis mutuata fuerit. In *Machzor Germanico* verba illa sic à Judæis redduntur: *Denn da du hast*

174 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

geben die Tórah zu Israél hast du geben sic im besten Kláf (Schrift) das da heißt Kláf Asschúris, vnd in Láschon hakkódesch, &c.

Huc referendum quoque sequens, quod legitur in Talmud Seváchim cap. 6. fol. 62. col. 1. his verbis; אָרְיוֹחָנָן שָׁלַשָּׁה נְבִיאִים עַל עַמָּם מִן הַגּוֹלָה אֶחָד טהָרָעֵד עַלְּהָם עַל המזבח ואחד שהעיד על מקום המזבח ואחד שהעיד להם שטකריבין אעפ' שאין בית במתניתא תנא ר' אליעזר בן עקיבא אומר שלשה נביאים עליהם מן הגוללה אחד שהעיד להם על המזבח ועל מקום המזבח ואחד שהעיד להם שטקריבין אעפ' שאין בית ואחד שהעיד להם על התורה שתכתב אשורית; h. e. *Dixit R. Jochanan; Tres Prophetæ ascenderunt cum Israélitis ex captivitate; Unus, qui testatus est ipsis de Altari (h. e. forma altaris, &c. qualis fuerit:) Unus, qui testatus fuit ipsis de Loco altaris (ubi sc. fuerit) Unus deniq; qui testatus fuit ipsis, quod oblationes siant, etiam nulla fuerit domus (nullum templum adhuc) in Mathematica traditum est: R. Eliezer filius Jacob dixit; Tres Prophetæ ascenderunt cum ipsis ex Captivitate: Unus, qui testatus fuit ipsis de Altari, & de Loco altaris: Alter qui testatus fuit ipsis, quod oblationes siant etiam absq; templo. Tertius, qui testatus fuit ipsis, quod Lex scribenda sit Assyriacè (h.e. quod Legem non amplius Literis transfluvialibus debeant scribere, ut haec tenus vulgo solebant; sed Assyriacis in universum, etiam in vulgaribus exemplaribus:) vel potius; quod Lex (ab initio sc.) scripta fuerit Assyriacè, seu Assyriacis Literis. Nam in Jalkut, in libro Chronicorum fol. 161. col. 2. ubi hic locus ex Talmud adducitur, pro שתכתב אשורית *Quod Lex scribenda sit Assyriacè; legitur in præterito tempore;* *Quod scripta fuerit Assyriacè.* Quæ lectio non repudianda videtur: quia reliqua etiam, de quibus cæteri duo Prophetæ testati esse dicuntur, fuerunt de rebus præteritis & antea usitatis, non de rebus futuris. Et verbum *testandi* id evincit: Testimonium enim non editur de eo quod futurum vel faciendum est, sed de eo quod fuit vel factum est. Quod si quis verò priorum lectionem & interpretationem urgeat, exponendum id est eo sensu, quo alia similia testimonia, de quibus Thes. 42. & 43. Et Tres illi Prophetæ dicuntur in Glossa fuisse, Haggæus, Zacharias & Malachias.*

Et hæc sunt testimonia Tannáim, seu Mischnicorum.

16. Secundum locum sibi vendicant אַמּוֹרָאִים AMORAIM, Scaligero Γνωστοὶ dicti, h. e. Gemarici, Authores Gemare, seu Complementi Talmudici. Ex his est primo ר' רָב חַסְדָּא Raf Chasda, in Talmud Babylónico, Tractatu Megillah cap. 1. & de Sabbatho, folio 104. col. 1. dum ait; מ' ס' מ' שְׁבָתָא תּוֹרָה Mem & Samech, quæ in Tabulis erant, miraculose stabant. Hujus dicti hic est sensus; Volunt Hebræorum quidam, Sculpturam literarum Decalogi in Tabulis fuisse perforatam, transeuntem, ita ut figura literarum ab utraque parte conspicua fuerit. Jam verò, cum Mem finale & Samech ex omni

ex omni parte sint clausa, instar alicujus circuli, vel O apud Latinos, per ejusmodi sculpturam transeuntem in alterum latus, pars media solida in illis literis, nullibi amplius adhæsit, nullamq; subsistentiam, ut in aliis literis habuit, sed naturaliter excidere debuisset, quâ ratione necessariò figura literæ destructa & corrupta fuisset. Quod ergo non excidit, atq; ita figura illarum literarum incorrupta mansit, id miraculo adscribit h̄ic Rabbi Chasda; unde dicit, *Duas illas literas miraculosè subsistentes.* Quàm rectè hoc dicatur, jam dictum à nobis in Dissertatione de Decalogo, Th. 30. H̄ic verò nihil interest, rectè an secus dicatur. Eò duntaxat h̄ic adfertur, ut appareat, hunc Raf Chasdām statuisse, His literis Hebraicis, quas nos habemus, Legem in Tabulis fuisse exarata; non verò charactere Samaritano. Nam in lingua Samaritanâ istae duæ literæ eam figuram non habent, ut miraculosè illas stare vel subsistere necesse fuerit. Mentionem hujus facit quoq; Guilelmus Postellus in libello de Originibus, seu, De varia & potissimum orbi Latino ad hanc diem incognitâ, aut inconsideratâ historiâ, Basileę apud Joh. Oporinum edito, An. 1553. scribens; *Alio etiam argumento certificamus, quod literæ Hebraicae prostantes sunt Mosis, & per consequens Adami. Visu enim ipso totus Isræl est certificatus, ut continua memoriam per Mischnâjoth seu Deuteroscis, & per utrumq; Talmud constat, quod Mem finale & Samech stabant miraculosè in Tabulis: unde factis illis remanserunt illæ sole literæ in suo medio solide, sicut remaneret O.* Atqui in nulla alia lingua mundi potest verificari, ut Samech & Mem finale sint similes, & omnino clausæ, nisi in ea qua nunc est Hebraica. Præter hoc miraculum aliud quoq; argumentum latet in hoc testimonio, videlicet; *Quod in Tabulis Mem finale fuerit.* Atqui, ut mox videbimus, lingua Samaritana literas illas finales non habet.

Iterum in Talmud Babylonicō, Tractatu Megillah, cap. 1. dicit Rabbi Je-remias, vel ut alii volunt, Rabbi Chijah bar Abba, מִנְצָפֶן אַזְפִּים אַמְרוּם h. e. Literas מנצפן, id est, Quinq; literas duplices, Mem, Nun, Tzade, Pe & Caph, Videntes vel Prophetæ dixerunt eas. Hoc ita deinde ibi explicant, quod Prophetæ non primi has literas invenerint vel excogitârint, aut ordinârint; sed quod, posteaquam seu in oblivionem, seu in desuetudinem venerint & obsoleverint, ipsi eas restituerint, & in usum revocarint; primam verò suam originem à Mose habuerint. Sequitur enim; וְסֻכָּא אַזְפִּים לֹא מֹשֶׁה וְהַכְּנִיב שְׁאֵין נְבָא רְשָׁא לְחַדֵּשׁ מִשְׁנָה h. e. Recténe verò statuitur, quod Prophetæ illas ordinariint, & non Moses ipse? Rq. Numquid scriptum est; Ista sunt præcepta, quæ præcepit Deus Mosis ad filios Israël, in monte Sinai. Levit. 27. §. ult. unde concluditur; *Quod nulli unquam Prophetæ permisum fuerit quicquam innovare ab illo tempore (quo sc. Moses id scripsit).* Et mox: שְׁבָחוּם אֲנָא וְחִזְרָוּ אַזְפִּים וְסֻכָּם Proinde in oblivionem devenerunt, & venerunt Prophetæ, ac iterunt de no-

de novo fundarunt eas. Eadem hæc Traditio extat in Talmud Hierosolymitanus, sed verbis magis disertis & apertis, & sub alterius nomine, unde & illa subjiciemus: 'מִתְהָבֵן חֲרַשׁ אָמַרְוּ מִנְצָפֶךְ הַלְכָה לְמַשָּׁה מִסְנִי' h. e. Nomine *Matthia, Ben Chárasch, seu filii Fabri, dicunt;* *Litera Menazpach* sunt traditio Moses de monte Sinai. An hæc omnia rectè dicantur, non est hic locus ventilandi. Sufficit, quod inde liqueat, & R. Jeremiam in Talmud Babylonicus, & R. Matthiam in Talmud Hierosolymitanus, statuisse, Literas quinque duplices esse à Prophetis, imo à Mose ipso; ac proinde, Legem à Mose & Prophetis scriptam esse literis Hebraicis hodiernis. Nam in illis solùm istæ literæ duplices seu finales locum habent: in Samaritano charactere nequaquam. De hoc aliquid ulterius dicetur adhuc infrà. Sed in hoc testimonio istud quoq; notandum, quod, dum ex illo dicto Levit. 27. v. ult. *Ista sunt precepta;* concludunt, Prophetis non licitum fuisse saltem quinque literas novas effingere & excogitare, Legique inferere; quia sc. scriptum est; *Ista sunt precepta, que praecepit Dominus Moysi ad filios Israël in monte Sinai;* nempe, *Ista precepta, iisdem & non aliis literis scripta;* quanto minus ipsorum iudicio licitum fuisse Esdræ Totam Legem, & omnia Prophetarum scripta, novis, imo profanis literis, scribere? Itaque hinc appetat, quām liberale hic testimonium pro hodiernarum literarum antiquitate habeatur, & contineatur. Argumentum hoc urget quoque R. Abraham in libro 'שְׁלֹשֶׁת הַגְּבוּרִים' fol. 171. col. 2. ubi inter cætera; *Quomodo non animadvertis, stultissimi mortalium, quod si, ne Propheta quidem alicui licitum fuerit vel minimum mutare in Lege, multo minus permisum fuisse Esra vel toti Israëli, Scripturam Assyriacam ipsis obtrudere, & Hebraicam (h. e. Sanctam) totam abrogare, in qua Tabula, & Liber Legis, scripta fuere?* Audite quid Rabbini nostri dicant in *Masseches Megilla;* Dixit R. Jeremias, *Quinque literas duplices &c.*

Præterea extat in Talmud Hierosolymitano, Tractatu Megilla, cap. I. dictum cuiusdam R. Levi, huic sententiæ favens; אמר ר' לוי תורה של ראשונים לא היה אלא מ' שלמים סתום הא סמד סתום: Dicit R. Levi, In Lege prisorum, neg₃ He neg₃ Mem ipsorum fuit clausum: sed Samech fuit clausum (in Lege sc. prisorum). R. Asarias in libro Meor enájim cap. 58. putat, hunc R. Levi (nisi error aliquis hic subrepserit) in ipso dicto respexisse tūm ad literas Hebraicas hodiernas, tūm ad literas Syriacas hodiernas, quæ tempore hujus R. Levi, cùm lingua Syro-Hierosolymitana Judæis esset vernacula, in usu erant, & voluisse dicere; In Scriptura sive charactere prisorum Israëlitarum, figuræ duarum istarum literarum He & Mem non fuisse clausas; ac proinde docere velle, non usos esse illâ figurâ literarum Syriacarum, quâ suo tempore usi sint in Syria; sed Samech fuisse clausum; quasi innuere voluif-

voluisset, Illos usos esse Scripturā Assyriacā seu Hebræā hodiernā quadra-tā, ex mente Raf Chasdæ. Quòd verò dicit, non fuisse Mem clausum; re-spicit ad Mem apertum, ab initio & in medio dictionis usitatum. Notum enim est, in ea Scriptura duplex esse Mem; Apertum unum, ab ini-tio, & in medio; Clasum alterum, in fine dictionis. Et hīc ergo docet, literas hodiernas esse adhuc antiquas Hebræorum literas. Hīc in tran-situ observet Lector elegantem flosculum Johannis Morini circa interpre-tationem superioris Traditionis Rabbi Jeremiæ verborum; **כָּנְצַפֵּךְ הַצּוֹפִים** אַמְרוּם *Literas Menazpach Prophetæ dixerunt.* Is enim ea in Exercitationibus suis, Exerc. 2. ex Mose Botrel, Commentatore libri Jezirah, adducens, sic exponit, ac si sensus esset; *Menazpach ab antiquis Effluentes dictas esse;* de suo addens; *Verū illas sibi effluere Posteriores non sunt paſi.* Ridiculè meherclē. Erravit nempe in voce **הַצּוֹפִים**, quam deduxit à **רֹאשׁ**, quod *Effluere* signifi-cat: cùm **צְפִים** sit legendum, à **הַתְּפִלָּה**. Sed hoc nihil novi est illi. Plura ejus generis in illis Exercitationibus occurunt, quorum quædam nobis etiā adhuc notanda erunt. Hinempe sunt illi *fructus & flores*, quorum decer-pendorum gratiā nonnunquam digredi, *Rabbinicæ & scientiæ גְּדֻלָּה*. quæ prodere se velle pollicetur, ut in Præfatione ad Lectorem scribit. Sed pro-grediamur, & plura Talmudicorum testimonia, ad antiquitatem Hebrai-carum literarum adstruendam, videamus.

Huc etiam non impertinenter sequens observatio referri potest. Se-ptem sunt literæ Alphabeti **שׂ טׂ נׂ בׂ עׂ תׂ מׂ** quæ in Lege Judæorum manuscri-ptā, ut & in Tephillin & Mefiloth, tribus apicibus superne, quasi Coro-nulis, notantur. Apices five Coronulæ illæ Hebraicè vocantur q. d. *Armaturas*, vel *Galeros*. Item **תְּנִינָה**, **כָּתְרִים** *Corona*: Item **קְוִצָּה** *Spine*. De illis Traditio extat in Talmud Tractatu Menachoth fol. 29. 2. **שְׁבָעָה אֶתְחָזִי** i. e. Septem literæ sunt, que opus habent tri-bus apicibus, & sunt septem istæ, Schin, Ajin, Teth, Nun, Sajin, Gimel & Tzade, &c. אמר ר' יהודא אמר ר' רב בשעה שעלה משה לארון מצאו להקב'ה שושב: Et mox: וּקְשָׁר כָּתְרִים לְאֶתְחָזִי: אמר לפניו רבו של עולם מ' מעכב על י'יך'. אמר ר' זו אדם אחד יש שעתי' להיות בסוף כמה דורות ועקביה בן יוסף שנשעתי' לדורות על כל ק�ז h. e. *Dixit Raf Jehudah, Raf dixisse; Eā horā, quā ascen-dit Moses ad Deum (in montem Sinai) invénit Deum sedentem, & coronulas literis alligantem. Dixit (Moses) coram eo; Domine mundi; Quis detinet apud te (id quod scripsisti, quòd litetis jam sculptis addas coronas)? Respondit Deus; Homo quidam venturus est post multa facula, qui commentatus est super unumquemq; api-cem talem multos cumulos sententiārum vel Traditionum.* Hæc ibi. Quām recte & piè hæc scripta sint & dicta, non jam disputo. Patet, hæc dicta esse ad am-

plificandam summam dignitatem Rabbi Akivæ, & esse allegorica, prout in ipso Talmud ad marginem annotatur. Interim verò hoc inde concludi potest, quod iste *Raf Jehudah vel Raf* (alias *Abba dictus*) senserit, Literas istas, quas nos habemus, jam in monte Sinai fuisse, illisq; & non aliis, Legem à Deo scriptam, & Mosi traditam esse. Nam isti Apices locum duntaxat habent in hodierno Alphabeto Hebræo, non in Samaritano. Si autem istæ literæ septem tñm jam fuerunt, procul dubio quoque cæteræ. Hinc est, quod vetitum sit Tephillin & Mesuoth aliis literis scribere, quam Assyriacis dictis, ut videre est apud Majem, in *הלוות תפין* cap. i. & in Talmud Megillah cap. i. in Mischna; quia sc. de horum quoque scriptione volunt Deum Mosi in monte Sinai præcepta dedisse. Porro de illis Apiculis vel Coronulis literarum scribit quoque Ephodæus in Præfatione, Operi ipsius Grammatico, hactenus nondum edito, præfixâ; *In primis solliciti fuerunt priisci de forma scriptioris Legis ob ejus dignitatem & prestantiam, ita ut etiam בכתה ההאות עות de Coronamentis literarum que מתני Tagin vocarunt, anxxii fuerint.* Et *הרי ספר תאנ' דאסיך אל'*, hoc est משתים עשרה אבנִים, *אשகים יושע בגלג'ל ומסרו לשלואן ושמואל לפטל'ין בן ליש זכו עד צורא ומנו עד ר'*. *Hic est Liber Tagin seu Coronamentorum, quem Eli sacerdos derulit secum ex duodecim lapidibus, quas Jehosua erexit in Galgal: Is tradidit eum Samueli, Samuel Palti filio Lajisch, &c. & sic continua successione usq; ad Esdram, & ab Esdra usq; ad R. Nahum scribam, qui tradidit eum Rabbi Jehuda sancto. Et de his dicunt, quod, cum Moses ascenderet ad Deum, invenerit Deum coronis his literas coronantem. Unde priisci curiosissimi circa hanc rem fuerunt. Voluerunt enim, ut isti libri essent eo per omnia modo, ut dicti & scripti fuerunt per Prophetiam sine ulla mutatione; metuentes, ne mutata formâ illorum, quoq; tollatur vel debilitetur proprietas illis adherens, que formam sequitur, &c.* Hactenus Ephodæus. Itaq; præter traditionem Talmudicam, hic quoq; ex isto libro Tagin habetur, quod istæ literæ ante Esdram fuerint; imò Esdras eas per manum à majoribus suis accepit. Unde iterum apparet, cujus antiquitatis priisci judicarint esse Apices illos, & per consequens Literas ipsas. Et hæc sunt testimonia AMORÆ ORUM, seu Γνωμοδόγων Talmudicorum.

17. *Tertio loco succedant his, ob argumenti affinitatem, BAALE TOSEPHOS*, h.e. *Authores Additionum Talmudicarum*. Horum nomine Testimonium huic sententiæ luculentum perhibet Rabbi Jom Tof bar Abraham, abbreviatus Ritfa dictus, prolixè hanc sententiam confirmans in Additione, quæ legitur in En Jisræl cap. i. mihi fol. 141. col. 2. & 142. col. 1. ubi אבל וריא אין סוף טה הכתב הנכרא אשורי הוא כתוב הקדש inter cætera ait; אבל וריא אין סוף טה הכתב הנכרא אשורי הוא כתוב הקדש h.e. Sed revera non est dubium, quin ista Scriptu-

HEBRAIC. GENUINA ANTIQUITATE. 179

Scriptura, quæ vocatur *Affyriaca*, sit Scriptura illa sancta, quæ fuit in Tabulis. Et hujus quoq; rei causâ vocatur *Sancta*, ut & *Lingua Sancta*. Cætera quæ illic habet, alio forte commodiore loco in hac Dissertatione proponentur. Hic sufficiat ejus testimonium habere.

18. *Quarto itaque loco excipient hos*, illi Hebræorum Doctores, quos גּוֹנִים Geonim vocant, h. e. *Excellentes vel Magnificos*, quod singulari doctrinâ præ cæteris excellerent. Hi post Amorâim & Sebhurâim proximè sunt subsecuti, ut videre est in Halîchoth ôlam Portâ 1. cap. 2. De horum sententia scribit R. Asarias in Meor enâjim cap. 58. וְכֵן בַּתְשׁוּבָות ר' סִמְן עַד תָּמֶצָא דְבָרֵי הַגּוֹנִים רְבָבָה וְרְבָבָה אֲשֶׁר הַכִּיחַד בָּרוּכָה מְשֵׁה אֶל אַשְׁקָר סִמְן שְׁבָכְתָב אֲשֶׁר נִתְנָה h. e. Sic in Responsonibus R. Mosis Alaschkaris capite 47. inventies verba Geonaorum, Raf Scherira & Raf Hai, qui prolixè arguunt, quod Scripturâ Affriacâ data sit Lex. Mihi illæ Alaschkaris Quæstiones & Responsones non sunt præ manibus, ut inde propria ipsorum verba excerpere queam.

19. *Quinto*, non sunt prætereundi nobis CABALISTÆ, qui suarum plerarumque Traditionum originem non ad Esram, sed ad Mosen, referunt; quamvis peritum hujus Esdram fuisse, & multa Cabalistæ scientiæ arcana in libros retulisse ferant, de quo etiam aliquid simile legitur in lib. 4. Esdræ cap. 14. 45. 46. 47. Hos verò in hac quæstione non sensisse aliud, multis argumentis evinci potest. Quæ enim *de Mysteriis arcanis*, sub figuris Hebraicarum literarum latentibus, scribunt, manifestum est, illos intellectu de figurâ literarum Hebraicarum hodiernâ; neque volunt, illa à se esse confita, sed à Patribus accepta. Unde communiter de illis dicunt, quod sint *להכה למשה מסני Traditio Mosis de mente Sinae*. An probabile est, si istas Literas non pro literis Sacris, quibus Moses & Prophetæ scriperunt, habuissent, illos tanta mysteria sub illis quæsituros fuisse? An credibile, illos tam divinam vim & efficaciam tributuros fuisse illius linguæ literis, de qua dicunt & scribunt, quod *Angeli eam ob summam ejus barbariem non intelligent?* in quâ preces fieri & concipi vetant, אֲזִיכָר בְּלֹשֶׁן אֲרֹם. מִלְאָכִי נְזֹקְקִין אַלְעָן è quod Angeli sancti se ei non asscent, qui necessitates suas petit linguâ illâ; Affriâ dico, in Talm. de Sabbatho cap. 1. fol. 12. 2. Si Esdras harum literarum author esset, & priores periissent, utique mysteria illa Esdras demum illic recondidisset, eiique, non authoribus ipsis, adscribenda fuissent. Videamus quædam. R. Jehuda Hallevi in lib. Cosri parte. 4. ubi de præstantiâ linguae Hebrææ super cæteras differit; Numero 25. scribit: וְאֵל הַנְּאָמֵר בְּמִכְתָּב כִּי צְרוֹת אֲתוֹתֵינוּ אַיִם בְּלֹא כוֹנוֹת וּבְמִקְרָה אַבְלָל עַזְנֵינוּ גָּנוֹת שֶׁם הַמְכוֹן מִכְלָאות וְאַוְתָּות. Et propterea dictum est (à Cabalisticis) de Scriptura (Hebraica) quod figure literarum ejus non sint absq; intentione tales vel per ac-

cidenſ, ſed propter ſignificationem convenientem cum eo quod unaquaq; literā intendi-
 tur. R. Schemuel Arcuvolti ſcribit in libro Arūgas habbōsem fol. 4.
 וְכָל־כָּל נִזְמָנָן מֵהָעֲוֹדִים בְּסֶד ה' שְׁהָאֹתִיָּת הַקְּדוּשָׁות י' שְׁבַּתְּמוֹנָתָן וּבְשִׁנְחָתֵיהֶן
 רוחניות וְחוּתָן גָּלָם , וְאוֹר נְכָבֵד נְאַצֵּל מַעַצְמָן הָעֲלוֹנִים וּמְשֻׁתָּלֵשׁ , וּמְתַלבֵּשׁ בָּהֶן וּמִ
 שְׁמָוֹבָה י' בְּמִסְפָּר שֵׁם הָעוֹהָה וְיוֹד לְמַעַלָּה כְּסֹרוֹה וְיוֹד לְמַתָּה הַפְּנִימָה כְּחִידָם כְּאֶחָד
 h. e. In genere acceperimus à ſtantibus in Secreto Domini (Cabalistis) quod
 in Literis his sanctis, tunc in figura, tunc in nominibus illarum, ſit spiritualitas & vita
 quædam occulta: & quod lux preioſa, derivata à ſuperis, ab eis depeudeat, &c. Et
 idem iterum: אֱמֶן שְׁמָצְרוֹת קְדוּשָׁתָן נְוֹרָעָת צָא וּלְמִדְרָא מְזוֹרָת אֶחָד
 שְׁמָוֹבָה י' בְּמִſפָּר שֵׁם הָעוֹהָה וְיוֹד לְמַעַלָּה כְּſtroה וְיוֹד לְמַתָּה הַפְּנִימָה כְּחִידָם כְּאֶחָד
 h. e. Quod verò ex figura illarum (Literarum) sanctitas illarum perſpicia-
 tur, ito & diſcio ex figura literæ א, que indicium est de unitate Nominis Dei benedicti,
 conſtant ex Jod, Vau & Jod (י' י') que litera conficiunt numerum Nominis Tetragram-
 mati (videlicet 26.) & Jod ſuperius rectum, & Jod inferius inverſum, indi-
 cium est Lucis recte & redeuntis vel reflexæ que adunantur in uno, quod est miraculum
 magnum, &c. Sic dicere quoque ſolent: אין האותיות העבריות כאותיות שארכ
 Non ſunt literæ Hebraicae, ſicut literæ aliarum linguarum: nam
 vivaces ſunt (ad imitationem Exod. 1. §. 19.) Hinc ſcribitur in ſæpius jam
 וּבְעֵל' התוספות השם הריט"ב א' פ' ק. 58. cap. 58. libro Meor enajim
 דְמִגְלָה וּסְנָהָרוֹן פרק ב' מִכְחָכָה כְּמַה חַכְמִי האמת שָׁם מִיחָסִים סְדוֹת
 עֲלִיּוֹנִים לְצָרוֹת האותיות וַיֵּרֶת הַרְאִוָּת הנְמַצָּאות לְהֵם שֵׁם אַינְם בְּשָׁום אוּפָן
 לְשָׁמְעַת הנְתָן הַתּוֹרָה מִſנְיָן רָק בְּכַתְבָּא אֲשֶׁרְיוֹן וְאַתָּה הַקּוֹרָא אֶל יְכָד עַלְךָ לְשָׁאָוב מִſ
 h. e. Et authores additionum Tal-
 mudicarum nomine Ritba, in Megillah cap. 1. & Sanhedrin cap. 2. vi plurimorum ver-
 borum Sapientum veritatis (h. e. Cabalistarum, quos ſic vocitare ſolent) qui ar-
 cana ſublimia attribuunt figuris literarum, & vi aliarum rationum, quas illic adferunt,
 nullo modo audire volunt, ac ſi Lex alia, quam Scripturā Assiriacā, data eſſet de monte
 Sinaj. Neq; pīgeat te, Lector benevole, haurire aquas cum gaudio ex fontibus illorum:
 nam dulces ſunt ſicut mel, & ſancta. Hæc ibi. Hæc, & alia ejus generis, ſufficienter
 arguunt, Cabalistas omnes ſemper, harum Literarum præſentium figu-
 ram pro Divinis & authenticis habuiffe, quibus & Deus Legem in Tabu-
 lis, & Moses in libro, reliquiq; authores Sacri libros suos, conſcriperunt.
 Quid enim? Utut vaniſſimi fint Judæi in frivolis minutis & argutiis in-
 veniendis & excogitandis, vix tamen credibile eſt, illos tanta mysteria in
 Literis, ſuā opinione humanis, gentium præſertim prophanarum & ſibi
 inimicarum, quæſituros fuiffe. Proinde & hi pro Antiquitate Literarum
 Hebraicarum militant. Nam ſi hæc literarum mutatio per Esdram ad-
 mittatur, magna pars Theologiae Cabalisticæ concidet. Nos verò eo tan-
 tum fine eos adducimus, ut conſenſum eorum in hac Quæſtione ostenda-
 mus.

HEBRAIC GENUINA ANTIQUITATE. 181

mus. Qui plura volet, & horum curiosus est, consulat libellum ר' אָותִיּוֹת 'אַקְיָבָה Ofios R. Akivah Literæ R. Akivæ dictum, in quo, ni fallor, ostendit, quomodo singulæ Literæ ex Jod & Vau sint compositæ, & hæ duæ literarum omnium sint fundamentum. Et inde, vel ex alio simili authore Cabalistico, hausit Guilelmus Postellus, quod in Tabulis Linguarum docet, quâ ratione ex sola litera Jod (י) tamquam Universi mysterio, omnia vingtini duo elementa sacra exurgant. Sic scribit Johannes Quinqueribus, in Opere de re Grammatica Hebræorum pag. 9. Volunt Cabalistæ, hoc est, Hebrai, qui configunt & comminiscuntur sâpenumero arcana, sive mystica sacra ex literis Hebraicis, literam Jod esse literarum omnium principium & finem, quod veluti punctum protracti possit illa in qualibet literarum lineamenta & figuræ quaslibet, &c.

Et hec sunt testimonia Veterum Hebreorum.

20. RECENTIORES quod attinet, amplissimum illi magno consensu in hac causa testimonium ferunt, neque haec tenus mihi, nisi unus Josephus Albo visus, (de quo in seqq.) qui disertè aliter senserit. Videamus quosdam ex selectoribus.

Aben Esra, qui vixit circa annum Christi 1140. vel circiter, quique apud Hebræos *Sapientis*, & apud multos è nostris, *Docti nomen meruit*, in libro *Tzachuth in שער האותיות Tzachuth* in *Portâ literarum*, sic scribit: *שׁ מוחלקת שׁ הוצאה בדעתו אם הוא כתוב עבר עברי כי סלה אשוריית יש מ' בין הקדומים אם זה המכתר שהוא בדעתו אם הוא כתוב עבר עברי כי סלה אשוריית יש מ' שהוציאה מגורת אשורי ויש שאומרים שהוא מאושר באותיותו, ועל זה אסמן:* *h. e. Controversia est inter antiquos; An Scriptura ista, quæ hodie est in manibus nostris, sit scriptura Hebraica? nam vocem אֲשֶׁרִית (quâ vocari solet) quidam derivant ab Assur, (quasi Scriptura Assyriaca:) alii dicunt, significare Scripturam מאושר Meuschar, beatificatam in literis suis. Et huic innitor ego, hanc sententiam amplector ego. Et in Commentariis suis Biblicis, Exod. 1. 16. scribit ad vocem וְחַיָּה: Et vox וְחַיָּה Vachâjah difficilis vel irregularis valde est in Grammatica. Dicendum enim esset וְחַיָּה וְחַיָּה Vachâjeta: quia He radicale in verbo חַיָּה mutari solet in Thau, secundum consuetudinem constructorum; ut, וְלֹכֶד חַיָּת הָאָרֶץ Gen. 1. 30. Sic autem fit, quia litera He & Thau affines sunt in Scripturâ, hoc est, figuræ habent affines & consimiles, nec nisi exigui puncti est differentia in litera He, ubi est aperta; sed pronuntiatione multum differunt. Et differunt nominibus: primò enim ה vocatur He, sed cum protractabitur punctum, vocatur Thau: Et hoc est signum, quod scriptura ea, quæ est in manibus nostris, sit Hebreæ.*

Rabbi Salomonem, qui ejus fuit coætaneus, in eadem fuisse sententia, arguitur ex aliquot ejus dictis. Inter alia, legitur Estheræ 9. פ. 27. Statuerunt ac receperunt Judei super se, &c. se celebraturos duos dies illos Fuxia scripturam eorum. Ad hanc vocem scribit R. Salom. שתהא המגלה כתובה כתב אשוריית.

182 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

ut sit volunen (Estheræ) scriptum Scripturâ Affriacâ, h. e. Ut libellus ille quotannis legatur in scripturâ Affriacâ, ut Targum etiam exponit. Ergo statuit, Scripturam illam tûm fuisse Judæorum propriam, quæ Affriaca dicitur. Estheræ autem historia contigit ante tempora Esræ. Vide Aben Esram.

Rabbi Moses ben Majemon, Rambam abbreviatè dictus, qui circa idem tempus vixit, in Commentario super librum *Mishnajoth*, Tractatu *Jadájim*, cap. ult. ad §. 5. הַכֹּתֶב הָזֶה אֲשֶׁר נְכֹתֵב בְּאַנְחָנוּ תּוֹרָה הַזֶּה כְּתָב אֲשֶׁר. וְהַכֹּתֶב אֲשֶׁר בְּהָנִיר כְּתָב יְתָב' תּוֹרָה אֲשֶׁר מִן הַגּוֹלָה הַתְּפָאָרָת כְּמוֹ בְּאַשְׁרִי כִּי h. e. *Scriptura autem ista*, quâ nos hodie scribimus Legem, est *Scriptura Aschuri dicta*. *Scriptura autem*, quâ Deus Legem scripsit, vocatur Aschuri propter magnificentiam & decorem, ex significatione illa verbi Aschar, quâ legimus; בְּאַשְׁרִי Beoschri Beatam me! quia Ischeruni אשְׁרָנוּ Beatam dicent me filie, Genes. 30. 13. Et hoc est quod Rabbini nostri dicunt: Aschuri dicitur, quia est *Scriptura omnium beatissima*.

אבל: Rabbi Obadias de Bartenóra, scribit eodem loco, in eundem sensum: הַכֹּתֶב אֲשֶׁר אָנוּ כּוֹתְבִין בְּסֶפֶרִים הַזִּים כְּתָב אֲשֶׁר הָזֶה נְקֹרָא וְהָזֶה הַכֹּתֶב שָׁהֵד Verum *Scriptura illa*, quâ nos hodie scribimus libros sacros, est *Scriptura Aschuri dicta*, & est illa ipsa *scriptura*, que fuit in Tabulis. Vocatur autem Aschuri, quia est *beata*, &c.

Rabbi Propheto Durante, vulgo Ephodens, à titulo libri sui, quem מעשה Máafe Ephod inscripsit, dictus, quique vixit circa annum Christi 1390. in Praefatione illius libri, ubi, inter alia, quindecim tradit regulas de utili & fructuosa Sacrae Scripturæ lectione, Regulâ nonâ scribit: הדְּזַהַּר התְּשִׁיעִי שִׁיחָה הַצְּיוֹן בְּמִקְרָא בְּסֶפֶר כְּתָב בְּכֹתֶב אֲשֶׁר הַמְאֹשֵׂר בְּאוֹתִיּוֹתִוּ וְהָזֶה אֲשֶׁר בְּנִתְהָנָה תּוֹרָה הַאֱלֹהִית עַל דַעַת רְבִנֵי הַקְדוֹשׁ, וְהָזֶה הַאֱמָת וְכָmo שְׁהָבָא עַל רְאֵיהָ וְאַעֲבָר בְּסֶפֶר צָחוֹת וּבְפִי תּוֹרָה פְרָשָׁת וְאֶלְהָ שְׁמוֹת וְהַכֹּתֶב הַזֶּה אֲשֶׁר קָרָא אֶתְהוּ הַהְמָנוֹן כְּתִיבָה סְרוּבָעָת וּכְ Via seu Regula nonâ est, ut instituatur lectio Scripturæ in libro scripto scripturâ Aschuri, tamquam beatissimâ & ornatissimâ in literis suis. Est enim ea *scriptura*, in qua Lex Divina data est, ex sententia Rabbenu hakkadosch, & quidem verissimè; & ex sententia Rabbi Aben Esre in libro Tzachuth, & Commentario in Exodum. Et haec *scriptura* est illa, quam vulgo vocant *Scripturam quadratam*. Et paucis interjectis: וכבר יוד אוטו הבוֹא בְּנִתְיַת תּוֹרָתוֹ Et peculiari honore dignatus est eam Deus in Datione Legis sue, &c. Eandem sententiam repetit in ipso libro, cap. 7. Morinus, hujus authoris ex R. Asaria mentionem faciens, sic adducit; Quibus addere possumus Ephodcum in libro quindecim modorum, quibus utiliter juvatur memoria legem discentium, prefatione in modum nonum. Non est peculiaris liber, qui sic vocatur, neq; ulla Praefatio extat in modum nonum, sed

sed est modus vel regula nona ipsa. Nempe non asscutus est verba Asariæ scribentis: **וְחַכְמָם אֲפֹוד בְּהִקְרָמָתוֹ בְּתִשְׁעִית מֵתֶן רָכִי וּמו'** h. e. Et sapiens Ephod in prefatione sua (libri sc. **מֵאַשָּׁה אֲפֹוד in viâ nonâ**, seu modo nono, illorum 15. quibus &c. sribit: Non verò; In prefatione in modum nonum.

R. Jacob bar Schelomoh ben Chavifin libro **עַזְנֵי יִשְׂרָאֵל** En Jisraël, Tractatu Mégilla, cap. 1. fusus est in afferenda hac sententia; כותבין בו הים ספר תורה וכל דבר שבקדושה הנקרה כתוב אשורי והוא עצמו היה הכותב **שְׁבָלוּחוֹת הַעֲדוֹת q[uod]d ista scriptura, quâ nos hodie scribimus librum Legis, & omnia Sacra, Scriptura Aschúri dicta, si illa ipsa Scriptura, que fuit in Tabulis testimonii, & in Libro Legis, reposito ad latus Arcæ fideiis Domini; Hæc verba sunt ipsius. Contrariam quoq[ue] sententiam multis refellit, uti in sequentibus pluribus videbimus.**

יש לדעת שמכتب האותיות: Abraham de Balmis in cap. 1. Grammaticæ sua: **אֵלֶּה הַעֲבָרִים הָאָלֶף פְּנֵים שׁוֹנִים לְפִי חָלוֹף הַמְּדִינָה אֲבָנִים וְמִשְׁתָּחָתָה לְכָל הָאָרֶץ** האותיות שקוראים אשוריית שהוא מערות באותיות ויצה עמו מאשור: ולכן בדבר בה בפרט וראשוונה: **וְנִאמֵּר כִּי בָּוֹא הַכְּתִיבָה שְׁחָא הַכְּתִיבָה שָׁבָה נִכְתְּבָה** כתיבת הקדש באמת וכו' h. e. **Sciendum est, scripturam literarum apud Hebreos fieri diversis modis, secundum varietatem regionum. Veruntamen communis omnibus est figura Literarum, quam vocant Aschúrit, que est rectissima vel beatissima in literis suis, & exivit nobiscum ex Assyria. Itaq[ue] de ea loquemur particulariter & primo. Dicimus ergo, quod in hac Scriptura, que est Scriptura illa ipsa, in qua Lex scripta est, & que revera est Scriptura Sancta, figura literæ Aleph sit talis, &c**

R. Samuel Arcuolti ejusdem est intentiæ in הבש Arugas habbōsem, ab initio.

R. Asarias in Meor enájim cap. 58. post multa de hac materia concludit: זה וכדום אשר מזורע לתר הדברים הנאותים בדורש זה שיכרנו ושלא זכרנו יביא אותנו להכרי' באמת ובתמים שהלחות והتورה לא בכתיב אחר כי אם באשרינו נתנו; i. e. **Hec & alia, ad questionem hanc pertinentia, que attulimus, & que non attulimus, inducunt nos, ut concludamus in veritate & integritate, quod Tabule & Lex non alio, quam Assyriaco charactere, date sint.**

Abraham Haróphe in שָׁלְטִי הַגְּבוּרִים, sub-ejus finem: **Linguam & scripturam suam nunquam mutarunt in aliam, filii Abraham servi ejus, quamvis alias etiam Linguas callerent, quibus in familiari sermone loquebantur cum mulieribus & parvulis: Quamvis etiam, per duritatem & gravitatem exiliorum, vulgus & communis plebs obli- viscerentur aliquando Scriptura & Lingua Sancte; tamen quidam semper eam accurate & perfectè retinuerunt, veluti Esras, Daniel ejusq[ue] Socii, Mardocheus, Bilschan, David, Esther, Nehemias, Tischata, & alii similes; Imò etiam venientes è Caspia (qui sunt reliquia quedam singulares, quos, ad honorem & gloriam Dei, Esras evocavit, quando ascen- debat**

debat è Babylonia, agentes illuc in Caspia sub umbra Addónis capititis sui, è quibus fuerunt viri prudentes, Scherefiah, Chuschufiah, & socii eorum; (vide Esræ 8. v. 17. 18. 19.) Hi inquam, reduxerunt secum hæc duo, Scripturam & Linguam sanctam, secum latentem, & reliquos è captivitate superstites sub templo secundo, cùm venerunt ad colendum illuc Deum; ita ut revera ad nos, & perfectissimè redierint è Caspia, in pristino suo nitore & decore, tūm Scriptura, tūm Lingua nostra Sancta, neque illic literæ ejus mutatae sint in figuræ Scripturæ Assyriacæ, ut quidam arbitrantur. Neq; mirandum est, si Caspienses, & cæteri in Assyria captivi, (qui diu ante abducti fuerunt, quam Juda & Benjamin) semper memores fuerint Scripturæ, & Linguae Sanctæ; filii autem captivitatis Babylonicae ejus oblii fuerunt. Nam Juda & Benjamin longè graviorem experti sunt captivitatem per Regem Babyloniam, & impium Nebucadnezarem, subitoq; ac derepentè cum gentibus commixti fuerunt, qui eis sunt dominati, & tyrannide suâ amaram reddiderunt vitam ipsorum: Decem verò tribibus, quæ per Salmanassarem abductæ fuerunt, solis, sine commixtione alterius populi eum ipsis dedit Rex iste, Caspiam, Chalach, Chabur, & alia loca peculiaria, quæ commemorantur 2. Reg. 17. Hæc enim perpetua fuit consuetudo Regum Assyria, ex quo dominium acceperunt super regna gentium, ut videmus, Sennacheribum Regum Assyria i. tale quid promisso per Rab-saccæ filius Jehudæ & Hierusalem, quando dixit; Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite unusquisque de vite sua, & unusquisque de fico sua, & bibite unusquisque aquam cisternæ suæ, donec veniam, & transferam vos ad terram similem terræ vestræ, terram frumenti & vini &c. 2. Reg. 18. 31. 32. Et hac de causa non mutarunt illi saporem & odorem suum (h. e. Lingua suam) ut captivi in Babylonia. Haec tenus ille.

R. Gedaliah in *שָׁלַשְׁת הַקְבִּילָה* Schalschæleth hakabbalah seu Catena Historica fol. 89. 1. אבל התורה נתנה כתבות שאנו כותבי היום בס"ת שנקר אשותית i.e. Sed Lex data est in Scriptura, quâ nos hodie scribimus librum Legis, quæ vocatur Assyriaca, &c.

Eiam quoque, celebrem illum Grammaticum, in hac sententia fuisse, patet ex eo quod in libro Maſoreth Hammāſoreth in Præf. primâ Rhythmicâ scribit: *Tunc ascendens Esra, (qui fuit Malachias,) Similis Angelo ministrorio, Sacerdos & Doctor & Scribarum pater, Mater Bibliorum atq; Maſoreth, Fecit Babyloniam tanquam voraginem, In quâ nullus amplius piscis relicitus.* Ille autem apposuit intellectum, habuitq; intelligentiam Bibliorum In Scriptura hac beatificatâ. Et in Præf. 3. ubi exponit, quidnam Esras circa restitucionem Legis Dei præstiterit, mutationis scripturæ & literarum nullam mentionem facit.

Deni-

HEBRAIC. GENUINA ANTIQUITATE. 185

Denique videtur etiam comprehendendi hæc sententia sub Octavo Articulo fidei Judeorum, quâ unusquisq; Judæus profitetur, שָׁהַתּוֹרָה שְׁבִידֵינוּ הַיּוֹם הַיּוֹם כִּי מִבְּלִי חֲלוֹן וְשָׁנָיו כָּלֶל Credo, quod Lex, qua hodiè est in maximis nostris, sit ea ipsa, quæ Moysi in monte Sinai data est, sine ulla prorsus mutatione, ut Abarbenel eum tradit Praefatione in Jeremiam. Nam si literæ mutatæ es-sent, utique istud non posset ipsis credendum injungi. Vide eundem in Rofsch amānah cap. 13. fol. 18. col. 2. Hoc verò testimonium potius ad præcedentem classem, veterum videlicet authorum, referri posset.

Plura in hunc sensum afferri possent, si omnes libros evolvendi vel facultas esset, vel libentia. Communis enim hæc est Hebraeorum sententia. Nam כָּלִי עֲרָמָא הַזּוֹ שְׁהַלְחוֹת וְסִתְתַּחֲרוֹן נִכְתְּבוּ בָאָתוֹ כְּתֵב אַשּׁוּרִי Totus mundus facetur, Tabulas & Librum Legis, qui in arca fuit, fuisse scripturâ Affriacâ, scribit R. Jacob, in libro En Jisrael, in Megilla cap. 1.

21. Huc quoque respexisse videtur Philo Judæus Alexandrinus, lib. 2. de Vita Mosis, scribens: *Sola nostra Lex, firma, inconcusa, tanquam ob-signata natura signaculis, manet, ex quo scripta est, in hodiernum diem usq;, & spes est mansuram per omnia secula immortalem, donec Sol, Luna, Cœlum, totusq; mundus manebit, &c.*

22. Et hæc quoq; sufficient de Recentiorum, atq; adeò Hebraeorum in universum testimoniis, pro Antiquitate literarum nostrarum Hebraicarū. Videamus nunc etiam quorundam, ex Christianis scriptoribus, suffragia.

23. CHRISTIANORUM testimonia quod attinet, nemini mirum videri debet, ex Patribus antiquis nulla expressa extare, cùm pauci inter eos Linguae Hebrææ, & rerum Hebraicarum periti fuerint. De Hieronymo & Eusebio dissentientibus postea in specie videbimus. Videamus ergo quædam, prout illa se nobis offerunt.

Johannes Picus, Mirandula Comes, in Epistola ad Ignatum, quæ, *Quisquis es,* incipit: *Et ut ad ea veniam, quæ de Chaldeorum Hebraeorumq; literis desideras, per cunctatus ego sum sapè in Mithridatem (Præceptor erat Pici, Judæus) & multos Hebreos, de his que apud Hieronymum in Galeato Prologo leguntur, ubi ille scribit; Eosdem fuisse olim Samaritanorum & Hebraeorum characteres: Esdram autem, post instaurationem Templi, sub Zorobabel alias adinvenisse literas, quæ nunc sunt in usu; nescios se hujus mutationis omnes prædicant, & (quod est majus) pro comperto habent, iisdem, quibus nunc utimur in Hebraica literatura, apicibus usos esse Mosen, & Patriarchas antiquos omnes. Cui sententia, ut nunc mihi subvenit, fidem maximam facit scientia Cabala, cuius scriptores, qui cum Esdra in synodo fuerunt, sub ipsis literarum characteribus & figuris, quibus nunc Legem descriptam habemus, dissimulasse Mosen Divina mysteria, & volunt & probant, quod esse nullo modo posset, si aliis Moses, ab his quibus nunc utimur, characteribus usus fuisset, &c.*

Aa

186 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Guilelmus Postellus in libro de Originibus cap. 5. duobus probat argumentis, quod literæ Hebraicæ prostantes sint Mosis & Adami: idemque alibi saepius repetit & tradit, quem tamen *Josephus Scaliger* in lib. de Emendat. Temporum, & alii, in alteram sententiam pertrahere volunt, ex non recte intellectis iis, quæ scripsit in Alphabeto duodecim linguarum. Sed ejus sententiam pluribus adhuc in sequentibus videbimus.

Marcus Marinus Brixiensis, in Arca Noæ, seu Thesauro Linguae sanctæ, ab initio literæ Χ: Verum quā figurā fuerint Hebreorum literæ primis illis temporibus, quibus illis datae sunt, sive a Mose, sive ab alio quopiam, aut Deo aut homine, non satis liquet. Minus ausim affirmare, formam hanc literarum, quā nunc in Bibliis utimur, ab Esdrā traditam, ut omnes ferē volunt.

Theodorus Biliander, Ecclesiae & Scholæ Tigurinæ lumen olim clarissimum, in erudito Commentario De optimo genere Grammaticorum Hebraicorum pag. 76. 77. Porrò quia Veteres prodiderunt, Esram unā cum aliis in Synodo sanxisse modum legendi & explicandi Scripturas Canonicas, idq; in alienam sententiam traxerunt posteri; factum esse opinor, ut aliqui Iudeorum afferant, tūm primum excogitatos apices vocalium & prosodias: & quod Eusebius atq; Hieronymus, forsan à Iudeis persuasi, tradiderunt, Esram tradidisse literas Assyrias populo Iudeorum: Veteres autem characteres esse, quibus Samaritani utuntur. De quo disputare, ad alium locum pertinet. Tantum mihi velim considerent ejus opinionis stipulatores, quomodo potuerit Esras mutare scripturam in populo Dei, quā Deus Legem suis digitis exaraverat, aut quomodo voluerit, qui non patitur, ut pueri loquantur Asdodicā, & Amoniticā, & Moabiticā dialecto. Non quod vetus Amonitarum & Moabitarum sermo diversus fuerit ab Hebreo, sed quod diversum habuerint tum sermonem ab Hebreis, qui successerant in locum Amonitarum, & Moabitarum, & dicebantur Amonite & Moabita, ut Samaritani, qui Samarianam incolebant, quīm essent Cuthæ & Medi, & ex aliis Regionibus Orientis collecti. Non competit igitur vel Esra vel Nehemie, vel alius hominibus sanctissimis ejus temporis, quod characteres patriæ lingue, aut sermonem aboleri voluerint. In Libro etiam de Ratione Communi omnium Linguarum, p. 62. 63. attigit hanc materiam, & promisit, se quid de ea sentiat, quidq; adeo ratio eum sentire cogat, copiosè aperitum, in Commentariis de Lingua Hebreæ. Sed non puto, illos in lucem esse editos. Dum etiam ibi ostendit, ex Hebreorum literis deductas esse omnium populorum, & gentium literas, satis declarat, se has pro primis & antiquissimis habere.

Franciscus Junius ad libri 2. Bellarmini de Verbo Dei, cap. 1. ejusdem est sententiae, & Milesias putat fabulas esse, quod de mutatione Scripturæ per Esdram, tradidit Hieronymus.

Nicolaus Fullerus, Anglus, in Miscellaneis sacris lib. 4. cap. 4. prolixè satis hanc

HEBRAIC GENUINA ANTIQUITATE. 187

hanc sententiam tuetur & defendit; *Nobis sanè, inquire, valde placet Terentianum illud;* Rem ipsam dic, & mitte male loqui. Id verò si ab eque boniq; amantibus impetrare liceret, non tot maledictis convitiusq; tam pertinaciter certatum esset, non solum de Lingue Hebreæ puritate primigeniā, sed de Characterum etiam Hebraicorum (quos summā item Dei benignitate à Judeis jam olim traditos habemus) antiquā syncretitate. Horum autem quamvis alterum ex altero non pendeat necessario (Nam ē diverse lingua eisdem characteribus, & eadem lingua diversis characteribus signari potest) tamen quia quadam modo inter se conjuncta cernuntur, de Idiomate usq; adhuc satis multa loquenti, de Literis eidem Idiomati peculiaribus, nunc (si placet) solo unius veritatis studio sedatè differemus.

Cesar Baronius, Annalium Tomo II, pag. 293. Nec rursus, quod ajunt, Esdras literas Hebraicas commutasse, ac proinde, non eo charactere, quo alim exarata est Lex, post Esram haberi conscriptam, probatur antiquorum Hebraeorum autoritate. Quid si aliqua ab eo facta est commutatio literarum, de quinq; finalibus tantum contigisse potuit. Nam Philo Judeus, & Judeorum disertissimus, illa ipsa lingua ac charactere, quo antiquis scripta Lex est, sic permanisse semper absq; aliquā mutatione usq; ad tempora Ptolomei Philadelphi, qui eam per Hebreos in Gracem transferri curavit, aperte testatur, &c.

Augustinus Sebastianus Nouzenus in libello de primā sermonis Hebraici Lecture: Principio, inquit, quod ad Orthographiam spectat, Alphabethum Hebreis duplex esse reprehenditur. Alterum, quod, ut est, & habetur quoq; altero multò prius & antiquius; ita etiam multò quam alterum minus corruptum est, ac minus depravatum. Quod utiq; & miraculi vice esse posse. Nam cum nulla natio sit, nullus populus, qui tam variis, tanq; iniquis, gravibusq; fortunae casibus objectus sit, atq; Hebreorum Ecclesia: mirum est, in tantis calamitatibus, tantis miseriis, exiliis, proscriptionibus, inter Barbaros quoq; vel unam salvam mansisse literam, aut ullum vocabulum genuinam illam & primam linguam potuisse referre. Quamobrem quid aliud dicemus, quam Divinā bonitate, & in perpetuam nominis de hac gente memoriam, quicquid id est monumenti supereesse. Proinde cum hoc sit & antiquissimum & minus depravatum, non minus Gracis, Barbaris, Hispanis, Afriis, Syris, Ponticis, atq; reliquis, quocung; gentium terrarumq; sunt dispersi, quam nostris quoq; Judeis commune est, omnino modicā literarum apicemq; (qui literarum partes constituant) varietate distinctum; eadem veneratione ab omnibus acceptum, atq; religione servatum, quod hoc etiam Patres illi prisci, & vera fidei, & omnis virtutis viva quedam exempla, Abraham, Isaac, Jacob, & qui longo deniq; post tempore Israëli Dux & Liberator à Domino datus est, Moses, ceteriq; in transcribendis Legibus sacris, & Divinis illis ad posteritatem transmittendis praeceptis, sint usi. Quamobrem veteres quidam Rabbini, nimurum ut rudiiores, vel ipsa nominis appellatione, ad exosculandum atq; conservandum à Patribus transmissum acceptumq; donum per traherent, hoc

188 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Abecedarium כה'בָּא אֲשֹׁוֹרִית Scripturam Affyriacam appellaverunt. Nempe quod à majoribus illis, qui ab Assur primum ad Cananeos hospites venerant as peregrini, ista scribendi pingendiq; ratio sit usurpata, & ad posteros transmissa. Et paulò post: Cum itaq; rationem istam scribendi, verum illum Hebraicæ Lingue characterem constitueret, eumq; veterem illum esse, quo & Patres quoq; sint usi, compertum fit; non inutiliter operam suam locaverunt Judæi quidam, qui tanti munera etiam conservandi gratiā, de literarum constitutione libellos varios conscriperunt, inter quos Rabbi Akiya, Rabbi Abraham Medicus, & alii pleriq; connumerandi sunt, quorum nos vestigia & autoritatem sequimur.

Wilhelmus Schickhardus in Bechinath Happerischim p. 82. inter alia plura scribit: Quod Cuthæ residuum habeant antiquam Scripturam, id nequaquam credo. Ut enim in religione Samaritanæ à Judeis, non hi ab illis defecerunt: ita & in inscriptione sacer Dei populus antiquas figuræ retinuisse; Schismatici vero, ut in omnibus differrent, etiam characteres literarum mutasse, merito existimandi sunt. Quid? quod ipsa Merubbah, b. e. Quadrata literarum pictura, utpote sibi constans, aquabilis, facilis, & in decoram lineam coagmentabilis, vocis insuper formaticum organorum dispositionem quodanimodo referens, adeoq; ipso aspectu reconditam quandam majestatem præsefrens, potius Legislatori sapientissimo convenire videtur, quam hac hiulca, deformis, aspera, operosa, & exaratu difficilis, adeoq; ut ex omnibus circumstantiis apparet, Fidelitas, &c.

Hugo Broughtonus in Concentu Sacræ Scripturæ pag. 126. In hoc (sermone Hebræo) scriptus q. isq; liber V. T. stylo non imitabili; Characteresq; & Puncta sunt, ut fuerunt in Tabulis. Majoritæ autem, quorum ductor fuit Esra, sic servant diligentia literas & voces, ut nihil queat interire.

24. Et hæc sufficiant quoque hic pro Testimoniiis, à Christianorum scriptoribus petitis; sicque haec tenus vidimus *Testimonia Personarum*: sequitur ergo, ut paucis etiam quædam *Testimonia rerum* videamus. Quamvis autem illa non tanti momenti, nec tantæ authoritatis & fidei fortassis sint futura, ut præcedentia; attamen & illa producemus. Præcedentium enim authoritatatum pondus & his forte aliiquid commodare potest, ut quæ singula non prodecent, juncta juvent.

25. *Testimonia ergo rerum*, quæ hoc referri possunt, sunt petita ab *Inscriptiōnibus Veteribus*. Et hæ sunt vel *Veterum Monetarum*, vel *Veterum Monumentorum*.

26. *Monetas veteres* quod attinet, notius est, quæcum ut prolixè probari debet, reperiri Siclos, qui his literis notati conspiciuntur. Novimus equidem, reperiri etiam alios, Samaritanis literis inscriptos, & hos illis antiquiores à multis censi (ut postea videbimus). Quis tamen persuadebit nobis certò, utri sint antiquiores? Cur non, sicut duplices tunc characteres in usu fuerunt (ut in seqq. videbimus); sic dupli quoque charactere scilicet,

sicli, uno eodemque tempore, cudi potuerunt? Imò annon fieri potest, ut, sicut iste Charakter Sanctus fuit habitus, ut in quo Lex data: sic etiam isti Sicli charactere sancto inscripti, in usus sacros, pro siclis sacris cusi fuerint? Hæc verò pro certo non asseveramus: sed tamen non omnino improbabilia esse putamus, multò minùs impossibilia. Deinde testatur Wilhelmus Schickhardus in Dissertatione de Nummis Hebræorum, effodi Hierosolymis æneos *Nunmos antiquos*, cum *Salomonis* nomine, regno adhuc integro procusos, & sic ipsa Samaritanorum origine, Esdraque multò antiquiores, qui ex unâ facie *Vultum Regis*, ex altera *Templum*, utrobique cum literis vulgaribus, ostentant. Talem Fulvius Ursinus Romanus habuisse dicitur. Hunc Villalpandus, contra clarissimam inscriptionem, tantum ne preconceptam opinionem suam desperat, (verba sunt Schickhardi) recentius denum ab Herode Agrippa percussum esse dictitat, in honorem Marci Antonii, cuius effigiem optimè referat. Credat Judeus Apella, non ego. Hæc Schickhardus. Huc referri potest, quod R. Afarias in Meor enajim fol. 174. col. 2. refert, se inter Numos antiquos Davidis Pansæ, civis Mantuani, vidiisse Numum Argenteum, in cujus una facie erat *Figura capitis humani*, cum hac inscriptione in circuitu, שֶׁלְמָה הַמֶּלֶךְ Salomon Rex, lingua Hebræa, & scripturâ quadrata; in altera facie *Figura Templi*, & inscriptione talis, iisdem literis, הַיִלְלָה שֶׁלְמָה *Templum Salomonis*.

27. *Monumentorum inscriptiones extant hæ.* Testatur R. Benjamin Tudelensis in Itinerario suo, sibi in peregrinatione sua, monstrata fuisse Patriarcharum sepulchra, habentia Inscriptionem בְּאוֹת עֵית חֲקֻוקֹת literis sculptis; זה קבר אביהם אבינו ע'ה Hoc est sepulchrum Abrahæ Patris nostri p. m. &c. Hoc iterum producit Schickhardus. Huc referri potest, quod R. Moses Schem Tof, ex celebri familia Chavif, quæ in Hispania aliquando floruit, oriundus, in libro Marpelashon, de viso sibi monumento Duci Amaziae Regis Jehudæ scriptum reliquit, his verbis: וְלֹפִ דָעַתִי כִּי זֶה הַזְּרוּךְ בְּמַשְׂكָל הַשִּׁירִים הַזָּהָא קְדֻמֵּן מַאֲדָם אַבְנֵי עָלֵי שָׁמִים וְאַרְץ כִּי בְּהַיוֹת בְּמִלְכָות וּלְגַנְצָ'ה בְּקָהָלָת מְרוּוּשָׁתְרִי הַגְּדוּלָה לִי כָל הָעָם אֲשֶׁר בַּשְּׁעָר וְחוּקָנִים כִּי שָׁם מִצְנָת קְבוּרָה שָׁר צָבָא אַמְצִיה מֶלֶךְ יְהוּדָה: וּבְשְׁמָנִי חֲשַׁתִי וְלֹא תַּהֲמִתָּה תִּלְרֹא תִּמְצֹבָה מִצְבָּה אַבְנֵי בַּרְאֵשׁ חָחָר: וְאַחֲרַ הַעַטֵּל וְהַטוֹּרֶחֶת קָרָאתִי הַכְּתִיבָה וְוַיה חֲקֹק עַלְיהָ שִׁיר זֶה לְשָׁנוֹ: שָׁא קִינָה: בְּכָל מֶרֶה: לְשָׁר נְדוּלָה: לְקָחוּ יְהָ: וְלֹא יְלֹנוּ לְקָרוֹת עַזָּה כִּי הַיְתָה נְמַחְקָת אַבְלָה הַיְתָה מִסְסָה הַשִּׁיר הַשְׁנִי לְאַמְצָה: אָז הַאֲמָנָתִי כִּי הַדָּרָךְ הַזָּה בְּמַשְׂקָל הַשִּׁירִים הַזָּה אַבְדָּתָם h. e. Et sententiâ meâ, hoc genus carminum (rhythmicum) est antiquum valde. Testor enim cœlum & terram, cum essem in Regno Valentie in Synagoga Morvetre, totum populum, qui erat in porta, & seniores mihi significasse, extare illic sepulchrum Duci exercitus Amaziae Regis Jehudah. Quod cum audissem, festinavi, ne que cunctatus sum, ut viderem statuam seu lapidem sepulchram ejus in vertice monis cu-

190 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

jusdam: ubi magno labore & defatigatione legi Inscriptionem, quæ illi insculpta erat. Fuit autem talis: לשֶׁר נָגֵד : בְּקַיִל קִנְהָה : Edite lamentum: voce amarâ: Duci magno: erepto à Deo. Quæ sequebantur, non poteramus legere: erant enim vetustate obliterata. Sed versus secundi finis erat לְאַמְצָחָה Amazæ. Tunc credidi, hoc genus carminum rhythmicorum usitatum fuisse, ex quo Patres nostri in terrâ suâ fuerunt. Hæc illic. Unde, sicut ille R. Schem Tobh concludit, genus Carminum rhythmicorum esse antiquum: sic etiam concludi posse videtur, Literas Hebræas esse antiquas. Nam, si Samaritanæ fuissent, planè non potuisset eas legere, vel saltem ejus mentionem fecisset. Nam illæ literæ Samaritanæ tām peregrinæ & ignotæ sunt Judæis, ac Japonicæ, aut quævis aliae.

28. Ad has Inscriptioes referri quoque potest illa *Inscriptio*, quæ erat in *Lamina aurea Cidaris summi Pontificis*, de qua legitur Exod. 28. §. 36. 37. ubi memoratur, quòd illi inscriptum fuerit, "לְדֹת Sanctitas DOMINI. Drusius in Tetragrammato cap. 22. quidem scribit, potius charactere Samaritano, quam Assyrio hæc inscripta fuisse. Sed quo argumento probat? D. Hieronymus in Epistolâ ad Fabiolam scribit, *Lamina aurea*, זְהַב צִזְצָן Tziz sahaf dûle, inscriptum fuisse Dei nomen Hebraicis quatuor literis 'ה ה ו ה'. Si Hebraicis, ergo non Samaritanis. Hinc R. Asarias in מַאוֹר עַיִנִּים cap. 58. concludit, Hieronymum quoque in ea sententia fuisse, Literas Hebraicas hodiernas jam tūm temporis extitisse: & addit; אָוֹרָה הַצִּי בָּרוּמִי בֶּן יְסִי Fortassis vidit Laminam illam Roma, ut R. Elieser filius R. Jose. Hujus historia legitur in Talmud, Tractatu de Sabbatho cap. 6. fol. 63. col. 2. אמר ר' אֲלִיעָזֶר בֶּן יְסִי בָּרוּמִי בֶּן יְהֹוָשָׁפָט אֲנֵנְיָתִי בָּעֵיר אַחַת וְכַתֵּוב קְדוּשׁ לִי בְשִׁטְחָה אַחַת קְדוּשׁ לִי SANCTITAS DOMINI, in linea unâ. Pro In urbe quadam, legitur in Succah folio 5. 1. & in Jalkut fol. 104. L Rome. In quibus locis quidem de modo scriptiois illius disputatur; An hæ voces in una vel in duabus lineis scriptæ fuerint? & Quænam literæ in una vel altera linea fuerint? Sed literarum Samaritanarum nulla mentio.

29. Et sic vidimus hucusque Testimonia varia tam Personarum quam Rerum, atque ita Argumenta Inartificialia, quæ pro Literarum Hebraicarum Antiquitate produci possunt. In quibus, licet varia argumenta, & rationes non omnino contemnendæ sint comprehensæ, quas digito passim notavimus; placet tamen alias quasdam subjungere, & ulterius eam demonstrare.

30. RATIONES, ad eandem rem adstruendam produci possunt variæ. Videamus quasdam.

31. Primo; Ex ipsa Scriptura Hebraica Veteris Test. argumenta videntur deduci posse pro Scripturæ sive Characterum horum Antiquitate. Plura forte excogitari & adinveniri possent. Contenti erimus unum produxisse. Suprà thesi 15. dictum est aliquid de Literis duplicibus quinque, h. e. de literis **בְּ מִנְנָכְ**, quæ in fine vocis aliter pingi solent, **בְּ מִנְנָכְ**. Id in totis Bibliis ita accurate & religiosè est observatum, ut non nisi unicus extet locus, in quo Mem finale reperitur in medio vocis, & unus, in quo Mem initiale in fine; ubi omnes, tam veteres, quam recentes, etiam Christiani, uno ferme ore, mysterium subesse volunt, licet in eo explicando varient. Locus primus est in vaticinio de Messia, Jesa. 9. v. 7. **לֹסֶרֶבֶה הַמְשֻׁרְבָּה וְלִשְׁלָום אֵין כָּךְ** Multitudini dominii & pacis non erit finis. Hic in voce **לֹסֶרֶבֶה** ponitur Mem clausum seu finale in medio, in quo omnes ferè tam Hebræorum, quam Christianorum interpres mysterium communiter quaerunt & agnoscunt. Lyranus scribit, Mem clausum contra naturam suam in medio dictionis scribi, ad denotandum, quod Christus, de quo Scriptura hic loquitur, natus fuit contra cursum nature, de virgine clausa, id est, à viro intacta. Sic Volphangus Fabricius Capito in Institut. Gramm. cap. 2. **לֹסֶרֶבֶה** dixit Propheta, coactus videlicet, natura ordinem, in virgine matre permutatum, genuino literarum situ permuto, innuere, atq. clausum Mem ponere, contra lingue proprietatem, in medio dictionis, inviolata claustra virginis puerperæ significaturus, per quæ, sine medio, Mediator hominum transiturus erat, & certe jam olim transit. Galatinus lib. 4. cap. 19. præter hanc causam etiam scribit, per Mem clausum tempus adventus Messiae præfixum significari, nempe 600. annos (quia Mem finale in numeris valet 600.) qui ab hac Prophætia usq; ad Nativitatem Christi futuri erant; quod inductione probat. Vide eum dicto loco, & lib. 7. cap. 13. ubi Cabalisticè probat, Nomen Mariae Virginis & Dominae in vocibus **שְׁרָמָתָה סְרָבָה הַמְשֻׁרְבָּה** latè. Picus Mirandulanus Disput. ult. Conclus. 41. Sciri potest in Cabala per mysterium Mem clausi, cur post se miseric Christus paracletum. Alii ad mysterium Vocationis gentium referunt, per quarum accessionem ad regnum gratiæ Christi, amplitudo ejus infinita futura erat, quod Iudæis absconditum fuit, & absconditum mansit, usque ad tempora, Christi ascensionem secuta. Sic scribit Oecolampadius: *Invenies in voce litterarum quiddam, quod in tota Scriptura non occurret, nempe ב finale, hoc est, M. clausum in medio, quod non solet ponit, nisi in fine dictionis.* Cuius mysterium crediderim, quod regnum Christi prius fuerit arctatum intra regnum Christi. Sic Theodorus Bibliander de optimo genere explicandi Hebraica: *Quam Jesajas scribit לֹסֶרֶבֶה ponens figuram literæ Mem in medio, quæ fini congruit, non leges Orthographie temere transilit, sed mysterium regni Christi literis deumbrat.* Alii aliter. De Hebræorum sententiis vide Talmud Sanhed. cap. II. fol. 94. & ibi R. Salomonem: R. Bechai:

192 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

R. Bechai Comment. in Genes. fol. 10, editionis Venetæ, Abarbenelem in in Jesajam, Kimch, &c. Summa; Vix reperitur ex interpretibus, qui non aliquod subesse mysterium senserit.

Dico ergo: Si Esdras demum vel invenit, vel Judæis tradidit has literas, quibus nunc utuntur Hebræi, tūm Esajas scripsit literis Samaritanis; si Samaritanis, Mem illud clausum sive finale non adhibuit: Nam Samaritani literis finalibus carent. Si à Prophetā non ita irreguliter scripta est hæc vox, ad quid in illa scriptione quæruntur mysteria? Cur omnes dicunt, à Prophetā mysterii alicujus causâ literam istam hīc contra morem communem positam? An credibile est, Esram, Esajæ scriptiōnē studio immutare voluisse? An probabile, illum nova mysteria voluisse alienæ Prophetiæ inferere? Annon videri potuisset pccare in illud; Non addetis ad verbum לֹא תִסְפּוּ שֶׁל הַדָּבָר אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצֹהָה אַתָּכֶם quod ego præcipio vobis, Deut. 4. §. 2. & לֹא תִסְפּוּ שֶׁל תְּסִפְתִּי וְלֹא תִגְרַעֵן מִמְּנוּ Non addes ad illud, neq; derahes de eo, Deut. 12. 32. Itaque, si recte sic scribitur, & mysterium subest, à Prophetā sic scriptum esse oportet. Si à Prophetā sic scriptum; Ergo litera ista jam ejus tempore fuit, & per consequens reliquæ etiam omnes. Nam quæ est ratio unius literæ; eadem est quoque reliquarum.

32. Atque hīc notanda est insignis אַלְפָיָה adversariorum quorundam hujus sententiæ, in quām incauti incidunt. Cūm enim quæstio est de Literis; scribunt, ab Esdra demum eas inventas: cūm de hac litera Mem in loco Jesajæ agunt, dicunt, eam à Prophetā mysterii causâ esse adhibitam. Quo ipso, annon tacitè confitentur, literas has jam tūm in usu fuisse inter Judæos, & propterea sibi contradicunt? F. Ludovicus S. Francisci, Lufitanus Olyssiponensis, in Globo Canopum & Arcanorum Linguæ Sanctæ ac Divinæ Scripturæ, cap. I. sequitur sententiam D. Hieronymi, Esram alias literas reperiisse, quibus videlicet nunc utimur. Item: Licet hodiè vulgo hi, quibus utimur, characteres Hebraici dicantur; Chaldaic tamen & Babylonii sunt, &c. Mox cap. 4. de hoc Mem clauso apud Jeremiam, scribit; Non vacat autem mysterio, ponit Mem clausum, & finalem literam in principio illius dictiōnis Lemarbe. Ad modum namq; positionis illius literæ, contra fidem & naturam aliarum, significatur à Prophetā, (NB.) clausa & inviolata virginalia virginis Mariae claustra futura, per quem mediator ille, qui principatum & imperium spirituale multiplicaturus erat, sine medio transiit, & sic fuisse in sanctissima virgine ordinem & naturam literarum permittandum. Et hoc est, quod in Hebraeorum Talmud in Tractatu de Sabbathō dicitur, Mem clausum significare materiam clausam & abstrusam, de quo vide Galatinum: licet quidam fabulosus author hoc mysterium referat ad Solem, qui retrorsum per umbram reversus fuerat; & Forerius Jesaje mysterium prædictum irrideat, & virtutem impressoris fuisse

fuisse credat. At majus vitium scriptoris putarim, mysterium illud obscurare, quod omnes docti, & ipsi met Hebrei, admittunt. Hæc ille. Nota, quod scribat, à Prophetæ, per talen hujus literæ positionem, contra situm & uaturam altiarum, significatum fuisse mysterium. Unde sequitur, Prophetam ipsum sic scripsisse. Si sic scripsit, ergo literæ illæ jam fuerunt: ergo non ab Esra demum inventæ, quod prius statuerat. Idem notari posset in quibusdam aliis.

33. Secundò, deducit Guilelmus Postellus, in libro suprà citato de Originibus cap. 5. ad persuadendum, certissimum esse, Linguam Hebraicam, quâ nunc utimur, fuisse divinitùs datam, argumentum ex dicto Christi, Matth. 5. v. 17. 18. *Ne putetis, me venisse, ut dissolvam Legem, aut Prophetas: non veni ut dissolvam, sed ut impleam. Amen quippe dico vobis, usque dum præterierit cœlum & terra, Jota unum, aut Apex unus non transbit à Lege donec omnia fiant.* Hinc sic concludit; Cùm Christus dicat, non solum nulla præcepta, neque sententias Legis majores integras, solutum iri, antequam impleantur: sed ne minimam quidem literam, qualis est litera Jod, vel Apiculus unus, ex quibus Jod constat, & unde etiam vis Punctorum vocaliū & Accentuum Hebræorum promanat; necessariò sequitur, eam esse veram linguam & Scripturam Legis, in qua litera Jod minimum, & observatione præ cæteris dignum, elementum constituit, & in qua usitatum sit, rationem apiculorum & punctorum considerare. Atqui hoc in nulla alia lingua & Scriptura, quâm hodiernâ Hebraicâ, observatur. Propterea illa sola est vera & genuina scriptura Legis. Apponam ipsius Postelli verba, quia libri ejus hodiè non ubique sunt obvii: *Duobus argumentis, inquit, certissimi reddimur facti (Scripturam Hebraicam, quâ nunc utimur, fuisse Divinitùs datam.) Primum est à dictis Christi. Quum enim vult ipsa æterna Veritas demonstrare à Minorì ad Majus, se non renuisse ad solvendam Legem, sed ad implendam, ait: Ne putetis, quod venerim solvere Legem, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, Jota unum aut Apex unus non transbit à Lege, donec omnia fiant. Si de verbis Euclidis nil potest sine veri dispendio perire, multò minus de Lege Dei. Sed tantum abest, ait Christus, ut quedam sententie, complexæ, aut literæ majores, possint antequam impleantur intercidere; ut diuturnior sit, non solum minima omnium literarum Hebraicarum, que Jota est, quâm cœlum & terra: sed etiam ita, ut sit multò magis ad expressionem usq; minima illius inter omnes literæ effectus Scripture finaliter considerandus & exspectandus, quâm cœli & terræ, seu materia & forma. Siquidem literarum divinarum virtus est cœlis superior. Sed non tantum minimam literulam Jota est impossibile fr audari suo effectu, legaliq; consideratione, sed etiam ipsos apiculos tres, quibus constat. Ad apiculos enim usq; tam literæ Jota, quâm caterarum, que omnes ex ea compositæ sunt, apices, Spiritus Sanctus summa veritatis æterna vestigia & demonstrationes pri-*

194 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

mas docuit, ut in Zohare, & tota Patrum doctrina patet. Cujus rei argumentum unum vel maximum videas in hoc, quod Patres, Spiritu Mosis illuminati, ajunt, Tres apices esse circa unitatem ipsius Jod, tanquam tres Patres (i. e. Proprietates vel Personas) in Unitate. Sic enim vocant, quas nos Personas dicimus. Sic per Apices & Jod videtur prima Divine essentia expressio in una essentia; quae Unitatis, Veritatis, Bonitatisque, apicibus, per tres personas inconfusibles & inseparabiles exprimitur. At quem non fuerit illa ante Christum alia Sacra Scriptura, aut Lex scripta, quam Mosis; & quem in nulla alia lingua mundi sit a Patribus observatum, ut non tantum Jod nimina universi litera sit ante omnes observabilis, sed etiam ejus apices sint summae veritatis argumentum, quam in ipsa Hebraica nunc extante, & jam a temporibus Esrae, post captivitatem Babyloniam, publicè exposita: necesse est, ut illa sit aeterna lingua & character, ut que non tantum Jod habet pro minimo elemento, sed etiam, sub qua solâ sit usitatum, rationem apicularum confidere, donec omnia fiant, &c. Hæc ex Postello. Ex hoc eodem loco Matthæi alii sic inferunt: Si libri sacri non amplius extant charactere veteri & genuino conscripti, tum non tantum Jota unum, aut apex unus ē Lege intercidisset, sed Tota Lex & Prophetæ. Atqui hoc Christus dicit esse impossibile.

34. Tertiò argumentantur nonnulli ab ipsa Qualitate, & Forma istorum characterum, quod illi longè sint simpliciores & minus operosi, quam Samaritani, & propterea etiam majorem sapient Majestatem & Antiquitatem. Huc pertinet, quod suprà adductum, Wilhelmi Schickhardi testimonium, sub thesi 23. Huc etiam inclinat Nicolaus Fullerus in Miscell. fac. libro 4. cap. 4. Nisi si paulo, inquiens, antiquiores sunt forsan quibus hodie utuntur Judæi, quo tum vetustiores esse cognoscuntur res Ecclesiasticae, quam civiles, tum simpliciores minusq; operosos videmus hos quam illos. Exemplo sit unicum Jod à Servatore nostro propositum. Id enim in Alphabeto Hebraico, teste omni exceptione majore eodem Domino nostro, est cunctorum elementorum minimum & simplicissimum. In Alphabeto autem Samaritano, ut & Sicis antiquis (quamquam bene magnum utrobiq; discrimen cernitur) spatiosum est, variumq; & multiplex ductu compositum. Sic ostendit iterum Postellus ex figura harum literarum Geometrica & Mathematica, ut vocat, quod Hebraica scriptura prostans, sit aeterna & infallibilis veritatis lingua seu scriptura, De Originibus capite 6. & in Tabulis Linguarum.

35. Quartò; à Pervicacissima Judæorum indole, & ejus, quod semel arripuerunt, tenacissimā; maximè in rebus sacris, & iis, quæ ad Gloriam gentis suæ, & ad Gloriationem atque Jactantiam pertinent. An credibile est, illos passuros fuisse sibi eripi eam scripturam, quam per tot sæcula pro cimelio sancto habuerunt? quam Legem suam, Legem Mosis, per omnes ætates præteritas scriptam habuerunt, & legerunt? quam à Deo ipso in monte Sinai, per Mosen, acceperunt? An ipsi permisissent, ut Esras Samaritis,

maritis, genti, vel potius colluviae gentium, sibi invisa & inimicæ, hanc Scripturam Sacram, hanc gloriationis materiam, traderet, & ipsis eriperet? Quot quantasque turbas existimamus Judæos excitaturos fuisse, quid non contra Esram motituros? Quæ miracula suffecissent, ut ipsis persuaderet, se Divino iussu ac mandato facinus hoc aggredi? Hinc scribit iterum Fullerus citato loco: *Præterea accuratè notatam velim pervicacissimam Judæorum indolem, ejus quod semel arripuerint firmissimè tenacium: maximè ubi de Traditionibus sacris ageretur, & ad Legem Mosaicam spectantibus. Atq[ue] hic Judæi Samaritas, tenebriones sc. contemptos & abjectos longè multumq[ue] semper superarunt: uti pluribus & clarissimis testimoniorum exemplisq[ue] apud Josephum & alibi demonstratum legitur.*

36. Quintò etiam ratio illa probè observanda est, cuius supra Theodorus Bibliander meminit in testimonio sub thes. 23. producto, quod non vero simile sit, Esram vel potuisse vel voluisse Scripturam veterem immutare. I. Non probabile est, potuisse Esram hoc facere; L propter pervicaciam Judæorum modò memoratam. 2. quomodo potuisset Esras facile omnia exemplaria veteris scripturæ, quæ passim extabant inter Judæos, abrogare? Erant tunc Judæi jam in varias partes orbis dispersi. Et tūm in Babylonia, ubi Scholas & Academias habebant, tūm in Palaestina, plurima procul dubio publicè & privatim inter ipsos supererant? Quid de iis factum? Fabula enim est, quod quidam referunt, seu combusta, seu alio quovis modo deperdita tūm fuisse omnia exemplaria Sacra, & miraculosè, ē nuda memoria, ab Esdra restituta. II. Non verò etiam voluisse Esram hoc facere, ex eo rectè arguitur, quod Nehemiacap. 13. v. 23. 24. 25. legimus, quanto zelo correptus fuerit, cùm videret filios quorundam Judæorum Asdodicè loquentes, Judæcè autem loqui nescientes, ita ut cum eis acriter contenderit, eis maledixerit, percuaserit, & capillose vulserit. Sine dubio, prout hīc Linguae causā effebuit contra istos Judæos, neque pati voluit, ut alienā lingua loquerentur, vel uterentur: ita nullo modo credibile est, illum Legis Scripturam, quæ à Deo data erat, & digito Ejus consecrata, cum Assyriorum Scriptura permutare voluisse. *Mibi nequaquam fit verisimile*, scribit Polanus Ezech. 9. v. 4. Esram, Malachiam, Hageum, Zachariam, & ceteros pios, qui post captivitatem fuerunt, literas à Deo ipso acceptas abiecisse, & cum humanis, imò Gentilibus literis, commutasse. Sed de hoc in seqq. adhuc quoque erit dicendi locus.

37. Sexto & hoc utitur argumento Fullerus: Numerofissima, inquit, Ju-dæorum gens, longè lateq[ue] disseminata, facilius potuit (ut est omni ratione probabile) characteres suos sartos tectosq[ue] conservare, quam populus exiguis, in angulum oppido angustum conclusus. *Quis enim nescit parva lacuna aquam multò citius corrumpi, quam ingentia piscina?*

Hæc de καλούσῃ, & sententiæ Affirmativæ confirmatione.

II.

ANASKEYH, SENTENTIAE
NEGATIVAE.

38. Posteaquam Affirmativæ sententiæ, pro hodiernarum Literarum Hebraicarum Antiquitate, confirmationem, Testimoniis luculentissimis, & Rationibus firmis, subnixam vidimus; ad Negativæ quoque sententiæ considerationem accedemus, idque eo ordine, & eâ methodo, quâ in prima parte usi sumus.

39. Qui Negativam sententiam tueruntur, illi negant, *Characteres Hebraicos hodiernos, esse veteres illos, quibus Moses Legem à Deo in Tabulis accepit, & in Libris ipse conscripsit: sed Assyriorum fuisse, & ab Esra demum post redditum ex captivitate Babylonica Iudeis usurpandas traditas fuisse: & e contrario afferunt, Veros & Veteres Characteres Hebreos, quibus Lex à Deo in Tabulis scripta fuerat, esse eos, quibus hodie adhuc Samaritani utuntur.*

40. Pro hac sua sententia adferunt ipsi quoque in medium, tum *Testimonia & Authoritates*; tum *Rationes*. Et Testimonia quidem itidem tum *Personarum*, tum *Rerum*; atque Personarum iterum vel *Hebraeorum*; eorumq; tum *Veterum*, tum *Recentium*; vel *Christianorum*. Initium ergò faciamus à Testimoniis Hebraeorum.

41. *Hebraeorum & quidem Veterum Testimonia proferuntur duo præcipue ex Talmud, quorum unum est Doctoris Tannai, vel Mischnici; alterum Amorai.*

42. Primum est R. JOSE, Doctoris Mischnici, seu Deuterotæ, ex suprà citato loco in Talmud Babylonicō Sanhedrin cap. 2. תניא ר' יוסי אומר ראי היה עורה שתנתן תורה על ידו לישראל אילמ'א: his verbis: קדמו משה: במשה הוא אומר ומשה עללה האלילים: בעורא הוא אומר והוא עורה מבבל: מה העליה האמור כאן תורה: אף עליה האמור להלן תורה: במשה הוא אומר ואות' צוה לי בעת החיה ללמד אתכם חוקים ומשפטים: בעורא הוא אומר כי עורה חכין לבנו לדורות את תורה זו וללמד בישראל חוק ומשפט: ואף על פי שלא נתנה על ידו נשתנה על ידו הכתב שנאמר וכותב הנשתון כתוב ארמית ומתרוגם ארמייתו וכותב לא כהlein כתבה למקריوض שרא להודעא למילכא: מלמד שבאותו היום נתן: וכותב את משנה התורה הזאת כתוב הרואי להשתנות: למה נקראת אשוריית שעלה h. e. Traditio est: Rabbi Jose dixit, Dignus fuisset Esras, ut per manus ipsius

HEBRAIC. GENUINA ANTIQUITATE. 197

ipius daretur Lex Israeli, nisi praecepsisset ipsum Moses. Nam sicut de Mose scriptum est; Et Moses ascendit ad Deum, Exod. 19. v. 3. sic de Esra dicitur; Ipse Esras ascendit ex Babel, Esræ 7. 6. Quid fuit Ascensio illuc? (i. e. quæ fuit causa, cur ascenderet Moses?) Lex. Sic eadem fuit causa ascensionis Esra ex Babel; Lex. Iterum de Mose dictum est: Et mihi præcepit Deus in die illa, ut docerem vos statuta & judicia, Deut. 4. 14. De Esra similiter: Quia Esra præparavit cor suum ad quærendum Legem Domini, & ad faciendum, & docendum in Israele statutum & judicium, Esr. 7. 10. Licet verò non sit data Lex per manum ejus, mutata est per manum ejus Scriptura, sicut dicitur; וכתב הנשׁתנוּ Et scriptura dupli, Esr. 4. 7. Item; Non poterant Scripturam legere, & interpretationem notam facere Regi, Dan. 5. v. 8. quod docet, eo die mutatam fuisse Scripturam. Item; אֶת מִשְׁנָה Dumplum Legis hujus, Deut. 17. 18. i. e. Scriptura qua mutanda erat. Quare vocatur nomen ejus מִשְׁנָה Aschurith? Quia ascendit cum eis ex Babel. Haec tenus R. Jose. In Talmud Hierosolymitano Megilla cap. I. eadem. Traditio legitur, sed magis breviter & concisè: & huic R. Jose adjungitur alius, qui dicit בְּרַעֲנָן תְּנַהָּה תֹּרוֹה In Raaz (h. e. ut interpres volunt, Scripturā Samaritanā) data est Lex; וְאֶת "אֶת יְמִין" quod venit secundum R. Jose, (i.e. quod convenit cum sententia R. Josis). Hinc dicit postea R. Levi; לְמַאֵן זָמָן בְּרַעֲנָן תְּנַהָּה תֹּרוֹה Juxta eum qui dicit, In Raaz data est Legem, litera ע Ain est opus miraculosum (quia sc. Ajin circuli vel literæ O figuram refert in lingua Samaritana. Vide sup. thes. 15.)

R. Quod hoc testimonium attinet, sciendum, esse illic, ut videtur, פְּלִגְוָתָא Dissenionem vel disceptionem in Gemara, inter Doctores Babylonicos quosdam; Quibusnam literis Lex data sit? Primo sententiam dicit Mar Sutra, Amora, seu Doctor Gemaricus, de quo mox: Secundo R. Jose iste, Tanna. Etihi duo sentiunt, Scripturam ab Esra mutatam esse. Tertiò sequitur R. Jehudah hakkadosch: & Quartò R. Schimeon ben Eliéser ben Partæ, & hic, nomine R. Eliéser Hammodai; Tannæi omnes; qui volunt, literis hodiernis, Affyriacis dictis, Legem datam esse.

His proinde sic præmissis, respondetur; Primo, hunc R. Josen in Talmud Babylonicō esse solum & unicum ex Tannēis seu Doctoribus Mischnicis hujus sententiæ: pro altera verò sententia stare tres, R. Jehudam, R. Simeonem, & R. Eleásarem; inter quos licet aliquid sit differentiæ; quod sc. unus putat, hanc Scripturam nunquam mutatam esse; in principali tamen puncto convenientiunt, quod hæc eadem sit Scriptura, in qua Lex data fuerit. Itaque cùm hic opponantur inter se Sententia Unius, & Sententia Plurium, decisio & conclusio fit secundum Plures, juxta Regulam illam Talmudicam vulgarem, Si Unicus & Plures inter

198 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Se opponantur, sententia fertur ex mente plurium. Vide eam in הלכות שלם *Hilchoth olam* par. 5. cap. 3. & in מנוא הגمرا *Introducione in Gemaram*, eodem libro annexâ. Deinde, ex ordine illius disputationis liquet etiam, quod Talmudis mens sit, ex illorum plurium sententia decisionem esse: Nam cum Negativæ sententiæ patroni primò producantur; postea patroni sententiæ Affirmativæ, pro Antiquitate literarum, nec ulla alia ibidem objectio contra ipsos moveatur, vel alia sententia aut decisio detur, patet; Illorum sententiæ subscribi & subscribendum esse. Imò, quod magis, ad rationes priorum in seqq. responsiones adferuntur, eaque rejiciuntur. *Tertio* addi potest & hoc, quod R. Jehudah solus, ejusque authoritas longè pluris sit facienda, quam R. Jose: quia secundum ipsum ut plurimum decisiones sunt. *Quarto*, in dubium adhuc vocari posset, an haec fuerit mens R. Josis, quæ illi assingitur. Possent enim ejus verba etiam exponi partim de ea Mutatione, de qua R. Jehudah loquitur, quæ videlicet facta est longè ante tempora Esrae, partim de ea, quâ per Esram vera & vetus scriptura Hebraica, longo tempore in communis usu inter Judæos abolita, fuit restituta, quæ etiam species mutationis fuit. Sic R. Jehudæ sententia expositionis loco subjiceretur. Et sanè vox Hebræa, *שנה*, vel *נשתנה*, quæ per *Mutari* hîc exponitur, etiam significat *Iterare, Iterari*; quæ significatio si adhiberetur, nihil contrarium diceret hic R. Jose. Sed, quia haec videntur per modum *Plugto seu Diffensionis* proponi, hoc suo loco relinquimus; *Quintum* dicimus, quicquid sit, communiter Judæos sequi & recipere sententiam R. Jehudæ. Hinc scribit R. Jehudah Muscatus in Commentario libri *Cofri* par. 2. ad num. 68. fol. 118. col. 1. postquam Controversiam istam adduxisset ex Talmud: *אמנם ק"מ וקבעו היהודים הא זתני המת' אמר בכתוב זה ר' נושא ר' אלהו ר' אשראל וכו'* (h. e. *Verum Judei approbarunt & acceperunt id, quod illic R. Jehuda docuit, In scripturâ istâ (Assyriacâ nempe) datam esse Legem Israëli, &c.*) Sextò, quod in Talmud Hierosolymitano R. Nathan ipsi adjungitur, nihil juvat illius sententiam. Nam R. Asarias in *פָאֹר עַיְן מְאוּר* *Meor enajim* cap. 56. dicit: *סִגְנֵן דְּעַלְמָא כוֹת' יְהו'* *Communiter sententias & decisiones fieri secundum alteros.* Ita ergo apparet, hoc testimonium, ex ipsorum Hebræorum authoritate, non tanti esse ponderis & momenti, ut palmam obtinere, & suprà adducta evertere possit. Rationes allatas quod attinet, inferius excutientur.

Alterum Testimonium quod ex Talmudicis, pro Mutatione literatum veterum Hebraicarum per Esram factâ, profertur, est ab ~~Autoribus~~ seu Doctoribus Gemaricis, & extat ibidem in Sanhé-

אמר מר זוטרא אית' פא מר עוקבא בתחלה נתנה תורה
לישראל בכתב עברי ולשון הקודש חורה ונתנה להם בימי שורא בכתב אשורי ולשון
ארמי ביררו להן לישראל כתב אשורי ולשון הקודש והניזה להרויות כתוב עברית
ולשון ארמית מאן הדיות אמר רב חסדא כתוב עברית אמר רב חסדא כתוב
h.e. *Dixit Mar Sutra, vel, ut alii volunt, Mar Ukkha; In principio data est Lex Israeli Scripturam Ebraicam, (id est Samaritanam) & Linguam Sanctam: iterum data est ipsis, in diebus Esra, Scripturam Assyriacam, & Linguam Aramaicam. Elegerunt pro Israëlitis Scripturam Assyriacam & Linguam sanctam: & reliquerunt Idiotis Scripturam Hebream, & Linguam Aramaeam. Quinam sunt Idiote? Raf Chasda dixit, Cuthaei. Quenam est Scriptura Ebraea? Raf Chasda dixit, Liboniah. Hæc illic.*

Ad hujus testimonii elevationem, 1. Eadem ferè repeti hic possent,
quaes de superiori dicta fuere. 2. Notandum est, quod non per omnia sibi
constet, neque cum adversariorum sententia conveniat. Dicitur enim in
eo; *Relictam esse Idiotis (h.e. ut explicant, Samaritanis) Scripturam Hebream, & Linguam Aramaeam.* Atqui illi, ut opinor, sentiunt, Samaritanos non dun-
taxat Scripturam Hebream, sed & Linguam Hebream, in Pentateuchō
suo habere. Nam quomodo aliás dicere possent, illos Pentateuchum to-
tidem literis scriptum habere, ut Judæi? Proinde non bene consutum est
hoc testimonium, nec ita clarum, an per omnia huic sententiae faveat ac
patrocinetur. 3. Suprà thes. 15. evidenter docuimus, Raf Chasdā alterius
esse sententiæ, unde nescio, quâ ratione hic ad confirmationem hu-
jus sententiæ in arenam pertrahatur. Et incertum est, quid per Scriptu-
ram Libonæam intelligat, ut mox videbimus.

R. Abraham Haróphe in *שלט הנבורים* ad hoc Mar Sutrae testimonium
ita respondet; *Quod Mar Sutra dicit; Datam esse Legem Israëli Scripturam
Hebraicam, & Linguam sanctam, id bene ab eo dictum est. Jam enim ante diximus, He-
breum & Sanctum esse nomina Synonima. Verum quoq; est, quod Lex vocetur &
Hebræa, & Sancta, tam quoad Scripturam, quam quoad verba, sicut scimus, quod
Scriptura dicatur tam de notis Literarum, earumque figuram, quam de Voci-
bus & dictionibus; sicut scriptum est, Et ad Judæos secundum Scripturam
& secundum Linguam suam, Esth. Item, Verba ista loquutus est Deus ad
universum cætum vestrum &c. Deut. 5. 22. Item; Et inscripsit ea duabus
Tabulis lapideis, Deut. 4. 13. Quid vero dicit; Denuò data est ipsis in diebus
Esrae, Scripturam Assyriacam, & linguam Aramaicam, & elegerunt pro Israëlitis
Scripturam Assyriacam & linguam Sanctam, ac reliquerunt Idiotis Scri-
pturam Hebream, & linguam Aramaeam; super hoc obstupefecit cor meum,
quomodo id ascendere potuerit in animum Mar Sutra aut Mar Ukkha. An in se hominis
est Deus, ut mutet aliquid circa Scripturam Legis, prout ab ipsomet data est publicè in oculis to-*

200 DISSERTATIO IV. DE LINGUARUM

lis totius Israëlis in monte Sinai, aut ut pœnitentia ipsum Lingue illius propria Judeorum, cuius verba omnia eloquutus est audientibus sex myriadibus, qui ea in lingua sua intellexerunt, quam dono dedit Abraham, ut non illud omne servaret ascendentibus ex Babylonie eadem ipsa Scripturâ & Lingua: quâ eam dedit toti Israëli per manum Mosis; vel & libellum repudii ei mittat, ac in manum ejus tradat, eamq; è domo sua dimittat, prævaricando contra eam, & mutando eam in alienam Scripturam tempore Esra? Annon Deus decrevit eam promulgare è lingua, quâ postea eam constabiliuit, antequam crearetur mundus, & in ea fœdus pangeret cum Israële, voce terribili, è medio Ignis, nubis & caliginis? Quam ob causam prophanare voluisse aliquando Sanctitatem Domini, quam diligit, & connubium intire cum filia extranea? Præterea quomodo non animadvertisunt stolidi homines, quod, si ne Prophetæ quidem alicui licet aliquid innovare in Lege, quanto minus permissum fuerit Esra, aut Israëli, eligere Scripturam Assyriacam, & abolere Hebream (b. e. Sanctam), quâ scripta fuerunt Tabulae, & Liber Legis Mosis? &c. Adducit quoque ad hujus rei confirmationem testimonium ex libro תנא דב' ינילא, scripto ante mille annos: Antequam creatus esset mundus, sed it Deus Benedictus, consideravit, scrutatus est, probavit, & conflavat Legem totam: & ab eo tempore, ad illam horam usq; considerarunt, indagarunt, probarunt, & conflaverunt singula verba Legis (respectu nempe Scripturæ & Literarum) 248. vicibus, quot videlicet sunt membra in homine: & postea demum protulit unumquodq; verbum ex ore suo (sc. quoad Linguam) Legij sua inseruit, sicut dicitur; Eloquia Domini sunt eloquia pura, Psalm. 19. Præterea si vel unum verbum quod Legi inseruit (sc. tam quoad Scripturam, quam quoad Linguam) vel litera recedat ex Lege, vastationem inferret toti mundo &c. Ex his colligit, illum vetustum authorem quoque huic sententiæ patriconari, quod nec Scriptura, nec Lingua Legis, unquam potuerit mutari. Vide mox iterum sub finem Th. 44.

Præterea respondent communiter Hebræi, Duplicem Judæos olim habuisse Scripturam, Sacram & Prophanam; vel Externam & Internam; vel, Publicam seu Communem, & Privatam vel Singularem, prout appellare libuerit. Illâ, fuisse scriptas à Deo Tabulas Legis, Librum item illum Legis à Mose, qui in Arcâ, vel ad Latus Arcæ, fuit reconditus & repositus; Et hanc Scripturam fuisse eam ipsam, quæ hodieque est in usu, & Assyriaca appellatur. Hac, scripta fuisse reliqua exemplaria Legis, quæ privati quilibet sibi in suum & suorum usum scribebant: tūm etiam in communi usu, in negotiis civilibus quibuslibet, commerciis, contractibus, monetis, &c. fuisse adhibitam. Et hanc appellant כתוב עברית Scripturam Hebream, Transfluvialem (de qua appellatione mox plura) quam volunt eandem esse, quæ hodie Samaritana vocatur. Illâ Scripturâ, dicunt quidam, fas non fuisse plebi uti, ne quidem ad libros Legis describendos: aliis verò, licitum quidem fuisse,

fuisse, si quis voluisset; veruntamen ob singularem ejus sanctitatem, & venerationem, quam illi tribuebant, ab ejus uso abstinuisse. Esram vero, post solutam captivitatem Babylonicam, hujus Scripturæ Sacræ usum non tantum promiscue Judæis omnibus permisisse, sed etiam injunxit: *Hanc autem Samaritanis, ceu Apostatis; ut prophanam & communem reliquise, & ex Judæorum uso sustulisse.*

Sic teste Clemente Alexandrino Stromatō libro V. apud Aegyptios tres olim Characterum species usitatæ erant, Επιστολαφυη Epistolica, h.e. apta ad scribendas Epistles: (Hæc vulgaris & communis erat) Ιερογλ̄i Sacerdotalis, qua utebantur Ιερογλ̄i sacerdotum, id est, qui de rebus sacris scribebant: Et Ιερογλ̄i id est, Sacra qua insculpitur Scriptura. Et hæc iterum erat duplex; Una quidem per Elementa prima Κυριολογιη, id est, propriè loquens, altera vero συμβολικη Symbolica, per signa significans, &c. De his qui plura volet, videat Athanasium Kircherium in Prodromo Copto sive Aegyptiaco-cap. ult. Sic apud Græcos quoque Vulgares & Sacros Characters fuisse, videtur colligi ex his Theodoreti in Genes. Quæst. 60. verbis; ἀποτελεσθεντες τοις ἑαυτονοις νέοις θνήσ εἰσὶ χαρακτῆρες γραμμάτων, ὃς ιερογλ̄ις περισσότερον: ὅτων ἡγετεύει οὐτος οὐτος τοῦτον εἴδως τὴν γλῶσσαν, διδαχὴν ἔταιρος φυσικὴν, h. e. Quemadmodum in Grecis Templis propriis quidam fuerunt Characters literarum, quos Ιερογλ̄i Sacerdotales appellabant, &c.

Dicunt ergo (ut ad Hebreos revertamur) in Disputatione illa Talmudica Tractatus Sanhedrin, Quæstionem & controversiam inter illos Doctores non fuisse de Charaktere sacro, quo Lex in Tabulis fuit à Deo exarata, aut qui in authentico illo Codice Legis à Moysi scripto extabat, qui in Arca foederis asservatus fuit; sed de Lege, quæ Israëlitis in communem usum data fuit. Id Scripturâ Hebræâ Vulgari & communis factum esse concedunt. Et quod dicitur, Esra tempore Judæis Legem datam esse Scripturâ Assyriacâ; id interpretantur de Concessione & Permissione, vel etiam Mandato, quod Esras Judæis dedit, ut in posterum non amplius Scripturâ prophanâ, sed Sacrâ uterentur. Hæc vero ulterius sunt explicanda. Hic enim fundamentum continet, quo posito, ad Objectiones omnes sequentes facilis erit solutio.

44. Audiamus itaque primò omnium ad hujus sententiæ, de Duplici Scripturâ, illustrationem & confirmationem, Authores qui hoc dicunt ipsos.

R. Jacob in En Israël in Megilla, fol. mihi 142. col. 2. posteaquam has objectiones ex Talmud, & ex Josepho Albo, qui ea in libro Ikkarim, ad sententiæ contrariæ confirmationem adducit, movisset, respondet;

202 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

ישראל בכתב עבר' הוא כדברי הritten בא שכהונה בו על כתיבת ס'ת של איש ישראל כותב לעצמו ורשותה ליעז' מליחסו שנאמר נס נעל כתוב להלחות וסת שבארון, כי לדברי הכל בכתב אשורי אחר בתקון אותן ובודיניס ובקדושים שהיה הבק' קשור להם נרומים סודות נפלאים, אלום מחלוקת הנ' תנאים הוא בគירת מתן כתיבי ס'ת לעצם ושאר כתיבים ובהא זיא פליינ' זכו ה.ה.e. *Hac itaq. est via recta, quam sibi eliget, quicunq; præditus est judicio puro & claro, quod explicatio dicti illius;* In principio data est Lex Israëli Scripturā Hebræā, si secundum Ritban; quod rempe agat de Scriptione libri Legis, quem quilibet ex Israële scribit pro seipso. Deus enim misericors servet nos, ne cogitemus aut putemus, id etiam dier de Scriptura Tabularum, & Libri Legis, qui fuit in Arca, Hac enim הכל verbis omnium, id est, calculis omnium, scripta fuerunt scripturā Assyriacā, in cuius literarum figurā, earumq; apicibus & ligamentis, que Deus illis alligavit, (vide sup. sub thes. 15.) latent secreta admiranda. Verūm controversia trium illorum Doctorum Mischnicorum in Talmud, est tantum de Consuetudine eorum qui scribebant Legem privatim pro seipisis, in privatum usum, & de ceteris scriptis. Nam in hoc inter se revera dissentunt, &c. Etfol. 143. col. 1. זלי' זה תהיה כוונת מר זוסרא באמור בתורה נתנה התורה לישראל. Et כתיב עבר' שנית רשות לכל ישראל לכתבן בלשון עבר' גם בימים ההם הכותב בכתב אשורי הרי זה מושבך כי לשלוחות וסת שבארון הי' באותו כתב, חורה נתנה להם בימי עזרא בכתב אשורי ר' שנית צו זמור מפי יועא של היזדים לא יكتب ספר תורה רק בכתב אשורי, וזה עזה לשונבררו להן לישראל להורות שם בחוץ בטווכולם בכתב ההוא שמו נכתבו לוחות וסת שבארון אבל לא שנאמר ח' שחזבו בשות ומן לשנות שם מואה לפונן ה.ה.e. Et secundum hoc exi: intentio Mar Sutre, dicentis; In principio data est Lex Israëli Scripturā Hebræā; quod facultas seu licentia data sit omnibus Israëlitis scribere libros suos lingua Hebræā. Etenim in diebus quoq; illis, si quis scribebat Scripturā Assyriacā, laudabatur; quod scil. Tabula, & Liber Legis, qui in arca fuit, eā scripturā exarata essent. Quod vero porrò ait; Iterum data est ipsis in diebus Esrae Scripturā Assyriacā; eo vult dicere, quod tūn ab solutum edictum prodierit ab Esra, ut omnes & singuli Librum Legis non alia, quam Assyriacā scripturā, scribebent. Hoc docet verbum Eligendi, quo utitur, dum ait; Elegerunt pro Israëlitis, &c. Docet enim, quod elegerint optimam; ut scil. in postrem omnes uterentur eā Scripturā, in quā Tabula Legis, & Liber Legis qui in Arca, scripta. Nequaquam vero (abfit) quod ullo tempore cogitarint mutare preceptum aliquod, circumscriptionem, &c.

ר'יטבא **ילל**, cuius meminit, scribit similia in Additionibus suis. Hic tamen vult, Scripturam illam olim nullibi nisi in Tabulis Legis extitisse, quod minus videtur probabile: Verba ejus sunt: אבל זיא אין ספק שהוא הכתב הנכרא אשורי והוא כתוב הקדש' שבלחות ועל שם בר' נקריא קדר' וכון לשון הקדש' ומעולם לא נראה הכתב ההוא אלא בלחות א' לשון הקודש' כבר נודע לאבות

לabort ובני ישראל קודם מותן תורה וכו' הש' מדבר עם נכאיו וקורושע, ואעפ' מותך
חותמת וקוחשת הכתב ההוא באותן הימים לא חיז' כותבי אותו אף' בספרים שכותב
המלך או כל אחד ואחד לעצמו אלא חיז' כתבי' אותו בכתב עברית וכו'
h. e. Sed re-vera, circa dubium, Scriptura, dicta Assyriaca, est Scriptura illa sancta, qua fuit
in Tabulis. Hanc enim ob causam vocatur Sancta, & Lingua Sancta. Et à seculo
non fuit visa Scriptura illa nisi in Tabulis. Lingua verò sancta jam nota fuit Patribus,
& filiis Israëlis, ante datam Legem utpote quā Deus loquutus fuit cum Prophetis &
cum sanctis suis. Nihilominus tamen, ob perfectionem & sanctitatem scripture illius,
non usurpabant eam in diebus illis; ne in illis quidem Libris legis, quos Rex aut priva-
tus unusquisq; pro seipso scribebat: sed scribebant illos scripturā Hebreā. Et mox:
sed temporibus Esra datum, id להם לכתוב ספר תורה ושאר כתבים זכרים
est, concessum fuit ipsis, ut Librum Legis, & reliquos libros scriberent eā scripturā, &c.
Et iterum, quibusdam interjectis: וזה אין במא שטנה ערוא את הכתב
לכתב ספר תורה בכתב הקודש שם חזוש על התורה שהרי הכתב הזה היה
וביר עורה ניתן להם לכתוב ספר תורה ושאר כתבים זכרים Et juxta hanc expositionem, non est ulla innovatio circa
Legem, in eo quod Esdras mutavit scripturam, scribendo Libros Legis scripturā san-
cta: Ecce enim Scriptura ista jam cognita & data fuit nobis in Tabulis foederis.

Rabbi Gedaljah in libro Schalschéleth hakabbalah fol. 89. אבל התורה נתנה כתיבות שאנו כתבעין הימים ב'עת שנקרוא אשורית, ואות הצורה הזאת
שמורת אצל גדויל, ישראל כמו התורה שבעל פה, וזה כי ההמון הינו כתבעין בצורת אותיות
עבריות וכשבא ערוא והתייר לכתב תורה שכותב למען לא תשכח תורה מישראל התייר
ג'כ' לכתב צורת אותיות שנתנה בהם התורה, ויקראו אשוריות לפי' שהביאו נדול
H.e. Lex autem data est eā scripturā, quā nos hodie scribimus Librum Legis, que vocatur Assyriaca. Hac verò figura fuit custodita & conservata penes magnates Israëlis, sicut Lex oralis. Vulgus etenim uebantur figurā literarum Hebraicarum Samarianarum: Sed cùm
venisset Esras, & permisisset ipsis describere Legem scriptam, ne oblivioni tradatur Lex
inter Israëlitas, permisit ipsis quoq; ut scriberent figurā literarum, quibus data fuit Lex. Vocarunt autem eam Assyriam, quia magnates Israëlis eam secum adducebant vel se-
rebant ex Assyria. Erat namq; inter ipsos ex Cabbala & traditione, & clam eam habue-
runt; eo quod esset Scriptura Sancta.

מאחר Samuel Arcuolti in libro Arugas habbōsem fol. 4. col. 2. עירונת הבשש
שפת כתוב משה לכל שבט ושבט לא היה מקומ אל השכחה אפילו אחר נזירות הארון עט
היות כל איש ישראל כותב לעצמו כתוב עברית כאלו בתהלה נתנה תורה
h. e. Posteaquam Moses scripsisset exemplar Libri Legis pro unaquaq; tribu, nullus fuit amplius locus oblivioni,
etiam post occultationem Arca, licet unusquisq; ex Israële scripserit pro se Librum Legis

204 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Scripturā Hebræā, sicuti Sapientes nostri dixerunt: In principio data est Lex Israëlis Scripturā Ebraicā: quia scil. non usi fuerunt Scripturā sanctā.

כתב עברי הכתב שבא מעבר הנهر Obadius de Bartenora in Jadajim cap. 4. והכות"ם כתובים בו עד היום וישראל היו משתמשין באותו כתב בדרכיו חול ובמטעות של כסף הנמצאות בידיו היום מומן מלכי ישראל ומופתחות באותו כתב, אבל הכתב שאנו כתובים בו סדרים היום בכתב אשורי הוא נקרא והוא הכתב אשר היה בלהבות h. e. Scriptura, Hebræa dicta, est scriptura, que venit de (terra) trans fluvium (transfluviali.) Et autuntur Cuthai in hodiernum usq; diem. Israëlite autem utebantur olim ea Scripturā in rebus prophanicis, & in monetis argenteis, hodiè adhuc inter nos extantibus, que sunt à tempore Regum Israëlis, & illā scripturā signatae. Sed ea Scriptura, quā nos hodiè libros scribimus, est Scriptura Assyriaca dicta, & ea ipsa, que fuit in Tabulis, &c.

R. Asarias in Meor enájim cap. 9. posteaquam locum istum Talmudicum, in quo enucleando versamur, citasset, ad ejus explicationem scribit sequentia: Quanvis multi perplexi sint homo in discussione dicti istius, ut ex R. Solomone & R. Jom Tof videre est suis locis, ex authore item libri Ikkarim Orat. 3. cap. 16. & omnibus modis bonum sit fateri, secundum verba plurimorum sapientum & excellentium Doctorum, quod Lex primitus fit scripta charactere Assyriaco, sicuti fuisū docebimus infra; attamen necessario intelligitur ex eo, quod Esras, cum excusisset lacertos suos ad corrigendos errores, quos invenit in lingua Legis, mutarit Scripturam Hebream (הַנּוּ שְׁלִ בְּנֵי עַבְרֵי הַנָּהָר h. e. Transfluvialium) in Scripturam Assyriacam, que usitata nunc est inter nos. Et summa huic redit: Israëlite, qui acceperunt ab eo consuetudinem utendi Scripturā Assyriacā, elegerunt sibi linguam sanctam, ut Scriptura & Lingua ipsorum, que instar peculiari delitescet at penes capita & sapientes ipsorum, rediret לְמַה שָׁחָה בְּשִׁנֵּי in eum statum, quo fuit in Sinaj: & reliquerunt Scripturam Hebream & linguam Aramaeam Idiotis, qui sunt פָּנוֹן הַאֲרָם Populi terra. Ut ut enim in Sanhedrin à Raf Chasda explicetur per כתות ים Cuthæos; וְאֶזְלָא גּוֹדָא certum est tamen, non præcisè de Cuthais seu Samaritanis illud esse intelligendum: Nam si hoc voluisset dicere Mar Sutra, clare & diserte dicere potuisset לְכֹתִים Cuthæis. Et novimus, quod lingua Aramaea tunc usitata fuerit inter Judeos, sicut dictum. Vidimus etiam sicutum sanctum, cuius literæ fuerunt Hebraicæ (Samaritanæ,) quamvis Dignitas & potentia sub Templo secundo, quo tempore cusi fuerunt, fuerit penes Judeos, non penes Cuthæos, qui habebantur in terra. Sed venit Raf Chasda, & significat, quod in vulgo & plebeis ex populo nostro, non defecerint singulares quidam, qui notitiam habuerint Lingua Sanctæ, & Scripturæ Sanctæ, secus quam fuit inter Samaritanos, &c. Confer cum hoc aliud ejusdem testimonium, quod paulò inferiùs producemus.

R. Moses

HEBRAIC GENUINA ANTIQUITATE. 205

R. Moses Alaschkar in Responcionibus, cap. 74. (citante R. Afariâ:) ואסור לכתב בכתב אשורי שבו נתנה תורה באמת אלא כתבי הקודש בלבד וו' ישראל להיום נשמרם מזה, אמנים אגרותיהם וספריהם חול וכל מה שחוקקין על המטבחות ותקלי' הקודש הכל בכתב עברית ובעבורה זה נהנו הספרדים צורות אחרות באותיות עד טחוון כל כתוב אחר כדי שיזא מותר לחתמש בו:

Scripturā Assyriacā, in qua revera Lex data fuit, preterquam Scripturas Sanctas tantum, nec unquam ab ejus rei observatione recesserunt Israēlite. Verū Epistolas suas, & libros profanos, & quicquid insculpunt monetis, sicutisq; sanctis, ea omnia fecerunt Scripturā Hebraicā. Atq; hujus rei causā assueverunt Hispani usurpare figurā alias litterarum, adeò ut tota Scriptura fiat alia, quō licitum sit eā uti.

Aben Schuif in Commentario suo in Legem, sectione שלח לך posteaquam adduxisset objectionem illam ex suprà adducto loco Talmudico, sic scribit: חוץ מכבודם כבר תירא הרים זל את זה באמרו שהכוונה היא אל ספר תורה שכותב משה ונתן לישראל שם כתבוו לעצם בלשון העברי למאנן לא ישתמשו בכתב הקודש ולשון הקודש h. e. Salvo honore illorum, jam solvit hanc objectionem R. Moses, dum ait; quod illic sermo sit de libro Legis, quem Moses scripsit & Israēli dedit: nam illi descriperunt eum pro se Charactere Hebreo, ne utantur Scriptura sanctā & Lingua sanctā.

Balmeius denique utramque hanc Scripturam agnoscit in sua Grammatica, dum præter Alphabeticum commune & usitatum, in quo Lex primitiū scripta fuit, etiam alterum proponit, כתוב עבר הנזר Scripture Transfluvialis, idque, ut ait, ex libro vetustissimo.

Sic suprà laudatus R. Abraham Haróphe, ubi quærit, cur R. Chasda dixerit, Scripturam Hebræam esse כתוב יבונאה scribit; Nullum est dubium, quin hic R. Chasda etiam sciverit, Scripturā Hebræam duas esse species; Unum, que vocatur Sancta; alteram Transfluviale, que vocatur Prophana. De Scriptura hac utraq; loquitur Raf Chasda distinctè, sed nūspīam explicat, quomodo inter se differant, &c.

Ex his appareat, quomodo Hebræi ad locum Talmudicum objectum respondeant.

45. Quod verò Duplēm characterem, Israēlitis olim usitatū, attinet, quod item de Charactere Assyriaco dicto, h. e. hodierno Hebreo, ab Esra duntaxat, tanquam vero, genuino & sacro, in usum revocato, producto, ac sanctito, non ab Assyriis mutuato & assumpto, dictum; ejus etiam quidam Christianorum meminerunt, neque id vel absurdum vel insolens judicarunt. Non abs re itaque erit, si & illorum authoritatibus hic concedamus.

Guilelmus Postellus, qui ex complurium Orientalium, tūm librorum, tūm Regionum perlustratione, magnam sibi harum rerum peritiam & expe-

rientiam acquisivit, variis in locis suorum librorum hujus rei meminit, ejusque sententia est; Literas Hebraicas hodiernas esse ipsissimas literas, Adamo & Mosi à Deo datas; sed mysticas & sacras fuisse, ut extra usum sacram nullus earum fuerit usus, donec Esdras eas publicavit, & in publicum usum destinavit. Aliam autem scripturam fuisse Externam & Communem, quā in rebus civilibus usi fuerint, quā etiam Moses pro singulis tribubus Israēlis exemplar transcripsérit: Scripturā enim sanctā unicum tantum ab eo scriptum fuisse, illud nempe, quod Tribui Leviticæ ab eo traditum fuerat. In Tabulis omnium Linguarum, &c. scribit: *Ut omnia ab uno Deo, species autem & individua ab uno genere, hominesq; ex unis primis parentibus: sic omnes linguae ab una nata sunt.* Sicut omnia formā & materia exprimuntur, una Secretā, alterā Invisibili (anon legendum Visibili?) Sic Lingua divinitus primis tradita parentibus, Uno Charactere Secreto & Mathematico, solis Patribus communī, quo Divina docentur, sicut & Humana per Mathemata demonstrantur; Altero Communi, instar materis, conflat. Et in Tabula secunda, cuius hæc est Επιγραφή. De Lingua publica, quæ nunc Samaritana in Oriente est, & olim fuit Hebraica exterior, scribit: *samaritana, quæ penes paucos remansit, est in testimonium antiquitatis servata, ut hodie videantur Origines,* (non quasi omnes literæ à Samaritana originem trahant, sed quædam; uti etiam nonnullæ à Scripturā sanctā & mysticā.) Et mox: *Sunt vero figurā corruptissimi Samaritani characteres, nec nisi ex monetis sacris, in Hierosolymitanis ruderibus effodi solitis, superest antiquitas.* Fuit hec in usū omnibus Iudeis, donec ab Esra publicè est expositus sanctus character, adeo ut septuaginta duo Interpretes ex ea Mosis libros Ptolemeo verterint, quod ex nomine Dei II II in Samaritana supersite, ad tempora Hieronymi, patuit.

Antequam ulterius in reliquis ejus Testimoniiis producendis pergam, non possum, quin ad illustrationem ejus, quod de versis à LXX. Gracis Interpretibus, ex Samaritano codice, libris Mosis, ait, locum planè geminum producam ex libro מאור עינים Meor enājim cap. 5. fol. 38. col. 1. Sic enim scribit ille author: בֵּין בְּנֵי יִהּוָה שֶׁתַּחֲזִים שְׁתִּים כְּתָבָר, הַיּוֹם סְפַר תּוֹרָה אחד בְּכַתְבָּא אַשְׁר וְלֹשֶׁן הַקְדָּשָׁה כְּסֻפְרִים אֲשֶׁר לְנוּ וְכֶן Tempore Templi secundi duo fuerunt Iudeis exemplaria Legis scripta: Unum constabat scripturā Assyriacā (Hebraicā hodiernā) & linguā sanctā, sicut Libri recti & legitimi quos nos habemus. Ex hoc est quod ordinavit & correxit Esras scriba, cùm videret, quod corrupta essent exemplaria, sive ex peccato & negligentia Patrum nostrorum, tempore Templi primi, de quibus dictum legitur; Et oblitus es Legis Dei tui, Hosea 4. ¶ 6. sive propter multas persecutions, quæ transiverunt super ipsos in captivitate Babylonica. Hunc librum rectum & legitimū tradidit Sacerdotibus & civēdps apprehendentibus Legem, ut eam nos docerent: וְסִפְרָא אַחֲרָא מְשֻׁנָּה זְעִיר שֶׁם זְעִיר שֶׁם אֲשֶׁר נִתְפְּשָׂת בֵּין הַפּוֹנִים כְּתָב עֲבָרִי הַיּוֹנוֹ

הינו באותיות עבר הנחר שהונחו להדעתות ומתוגם ארמי אשר היה או שפתם ולעומם
 Alter liber varians parum hic, parum illuc, divulgabatur in populo, & scriptus erat
 Hebraicè, hoc est, Literis transfluvialibus, quæ relicta sunt Idiotis, & lingua Aramaea,
 quia eatunc fuit lingua ipsorum vernacula: sive ea (versio Aramaea) extiterit in-
 ter ipsos jam ante Isdram, cusa videlicet in captivitate Babylonica, sive in diebus demum
 Esra sit facta, &c. Nihilominus tamen versio illa Aramaea facta fuit non cum magna
 accurratione, & cum aliqua mutatione, latioreq; explicatione, ad illuminandos, quan-
 tum fieri poterat, oculos vulgi & laicorum: quandoq; etiam cum nonnullis erroribus,
 provenientibus partim ex similitudine quarundam literarum in exemplari charactere
 Assyriaco scripto, (ex quo scil. translatio illa Aramaea facta fuit) quarum unam
 pro altera sumpsit interpres ille: partim quod aliud exemplar eisset sine punctis & accen-
 tibus, quod itidem errandi occasionem illi præbuit. Evenit autem, ut, tum propter negli-
 gentiam & incuriam gubernatorum illorum saculorum, tum quod semper cetus igno-
 rantium major fuerit numero intelligentium, inferior superior evaderet & prævaluerit
 (h. e. ut hoc exemplar deterius præferretur, & palmam obtineret.) Nam
 exemplar istud Aramaeum (quoad linguam sc. & charactere Samaritano scri-
 ptum) divulgatum fuit, & nomen famamq; acquisivit inter omnes populos ac terras:
 כי הוקנים אשר נקראו אל תלמי חשבו לזרקה ונחאת רוח אלהי להעתך את התורה
 Septuaginta enim seniores, qui vocati fuerunt ad Proloemium, existimarent bonum,
 h. e. consultum ipsis visum fuit, ut transferrent Legem ex illo exemplari, sicut in aliis
 kujus libri capitibus declarabitur. Atque hinc etiam existimat alibi, natas esse
 discrepantias multas, quæ deprehenduntur inter textum Hebraeum &
 Versionem LXX. Interpretum. Cogitent quoque alii, an hinc forte
 sint duo illa n n repræsentantia sc. duo Jod Samaritana, ad exprimen-
 dum Nomen Tetragrammaton, in vetustis exemplaribus Græcis. Sed
 hæc in transitu. Hoc testimonium hic inferere consultum visum fuit,
 quod sententiam dictam Postelli illustret, & sententiæ quoque illi, De du-
 plicis characteris usu inter Judæos, lucem inferat. Pergamus nunc un-
 de digressi sumus.

Iterum scribit Postellus in libro de Etruriæ Origine; Religione, Institutis
 & Moribus p. 113. Quum autem in Tabulis Originum Linguarum jam tradiderimus in-
 ter alias Originem illius Lingue Sanctæ, quæ Vocales punctulis, Accentus lineolis, Literas
 prima superficie in star Mathematum componit ex Triangulo, quæ est prima mundi super-
 ficies, & in quam omnes figurae resolvuntur, quæ ea de re Sancta merito vocatur, & ha-
 cenus sacra Veteris Testamenti Leges divinitus scriptas continet, abunde tradiderimus, &, quenam ab ea sint deductæ, ostenderimus, tam in libro Originum, quam Tabulis linguarum,
 eo remitteremus Lectorem. Satis enim hic fuerit nosse, Illam fuisse cœlitus datam Adamo &
 Moysi, Israëlisq; sed pro mysterio, donec ex Mystica fecit Publicā Esras sexiba Judeorum:
 unde

uude jam ab ejus temporibus natae sunt ex eis tres precipua, Arabica, Syriaca, qua Christi temporibus erat in uso, & Chaldaica, qua, relictis priscis Characteribus, proprium Hebraicum assumpsit. In hac unâ & solâ, vera & recta nominum verborumq; ratio delitescit. Idèo illeius usum opus fuit soli Religioni mysteriosa veraq; relinquiri. Alia (scriptura sc.) erat Externa, & omnibus Communis, in qua clarissimum inde potest probari, quod Moses publicè Legem transcripterit, cuius Decalogum ex cœlo, totum autem corpus Quinq; libris per Prophetas & spiritum, in Sancto jam acceperat & ordinarat charactere, eo quod gens una Samaritanorum tam mordicus conservavit dictam Legem in eo, quem vocant Samaritanum, charactere, ut nullo modo voluerint ceteros Sacra Scripturæ libros recipere, quod à Mose non essent scripti. Curavit enim Sanctissimus Legislator, ut duodena exemplaria singula singulis tribubus transcriberentur, & in hoc charactere Samaritano singularium tribuum darentur: uni autem tribui Levitice, & cœtui duorum & septuaginta secundum, ad Legis conservationem electorum, daretur unicum exemplar sacro sanctâ inscriptum dialecto & figurâ, quod quidem, ad tempora usq; Esrae, multis exemplaribus conservatum & transcriptum est. In manibus Iudeorum Samaritanorum, & Neapolitani (qua erat Sichem, nunc Napolozza) & Damasci, superest & exemplar Quinq; librorum Moseos & character, multum quidem difformatus ab ea nostra characterum, qua in Numismatis ferè ubivis in Syria conficitur, cuiusq; effigiem cur aviuus utcunq; in nostro XII. Linguarum Introductorio appendi; nondum tamen tunc animadversa Graecarum & Latinarum origine, qua inde a Noacho est deducta. Hactenus iterum Postellus.

Quod in hoc loco ait De 12. exemplaribus, pro singulis 12. tribibus, Samaritano charactere scriptis; & uno exemplari, scripto Charactere Sancto, Levitice tribui tradito; id alibi quoque tradit: ut in lib. de Originibus cap. 17. Nam, inquit ibi, Moses antequam in monte raperetur, 12. voluminibus Legem Dei pro 12. tribibus exposuerat, ita ut duodecies quinq; libri, sive 60. volumina scripta essent, quibus additum est volumen mysticum Levitarum, in 13. loco positum. Hoc vero proculdubio etiam ab Hebreis didicit, qui id deducunt ex Deut. 31. v. 9. 24. 25. 26. In antiquo libro דברים רבה Devaram rabba, Sectione וילך Vajélech fol. mihi 300. col. 3. legitur: רבן אמר כיון שידע משה שהה לו למות באתו ים מה עשה א'ר נ'א כתוב יג' תורת י'ב ל'ב שבטים ואחד הניח בארון יבקשו ל'י' זבר שיזח מזאים h. e. Rabbini nostri dixerunt; Cum rescrivisset Moses, sibi moriendum esse, eo die quid fecit? Rabbi Jannai dixit, Scripsit tredecim exemplaria Legis; duodecim, pro duodecim tribubus, & unum depositum in Arcam, ut si quis velleret corrumperet & adulterare aliquid, producere possent illud quod erat in arca. In Tzeror Hammor, sub fine sectionis וילך idem legitur paulò prolixius. Dicitur illic: Mosen primò unum duntaxat exemplar Legis scripsisse, quod Levitis tradidit: eâ de causâ cum Israëlitas murmurantes vidisset, 12. alia adhuc scripsisse, & unicuiq; tribui unum tradidisse. Miraculose autem factum esse, ut Moses uno die tot exemplaria descripserit. Dicunt

venit enim 7. die Februarij hoc contigisse, quo ipso die Moses ex hac vita excesserit. Hinc scribit etiam R. Moses ben Majemon, in Praefatione libri *Jad*, mox ab initio: כל התורה כתבה משה רבינו קידוש שמות בכתב ידו נתן ספר לכל שבת ושנת וספר אחד נתנו בארון לעד שנאמר ל��וא את ספר התורה הזה ושמות אתו וגומר h.e. Totam Legem scriptit Moses Doctor noster, antequam moreretur, suâ propriâ manu, & dedit unicuique tribui exemplar: exemplar autem unum dedit in arcam in perpetuum, sicut dicitur; Capite librum istum Legis, & ponite eum in latere arcæ seederis Domini Dei vestri, &c. Deut. 31. 26. Et R. David Vitalius in libro *Michtam LeDavid* fol. 79. col. 2. מכתם לזר כתב לכל שבת ושבט סת' אחד וצוה מכתם לזר h.e. scripsit Moses unicuique tribui Exemplar Libri Legis unum, praecepitque eis, ut illud honorearent & custodirent: & unum exemplar Tribui Leviticæ, de quo dixit, Capite, &c. Quod verò de diversitate characteris addit Postellus, quæ fuerit inter exemplaria 12. tribuum, & exemplar 13. tribus Leviticæ, de eo nihil haec tenus, quod memini, mihi occurrit. Procul dubio etiam extat in aliquo Medrasch seu Commentario allegorico.

Porrò in eodem libro de Etruria pag. 246. scribit iterum: sunt autem illæ literæ omnino Samaritanæ, quas in externo publicoq; Reip. usu inter Judæos constat ante Esdram fuisse, eo quod nulla plane moneta videtur è ruderibus Hierosolymitanis effodi, nisi in eo charactere, quem Esdras reliquit Samaritanis, ob crebros factionis decem tribuum proscriptiarum errores in eo scriptos, quin publicè exposuit, & se adiunuisse apud populum fixit illos Sacrosanctos characteres, quos Adam angelitus, Moses autem cœlitus in Tabulis Legis receperat. Et pag. 249. Ab initio duas Lingue (vult dicere, Scripturæ) erant, Externa, publicavæ, & Sacra. Sacra usq; ad Esram delituit. Externa seu Samaritanæ, unde Graeca occidua & Latina, paucis Judæis in Oriente supererat. Sed Samaritanæ decem tribus Isræl, quibus factus est Messias Muhamedes Ismaïlita cum Alcorano suo Arabo-chaldeo, hodie externe illius Samaritanæ vices in Oriente & Meridie supplent, &c. Mox: Ideo mysteria Cabalistica in sola Hebraicâ, & Arabo-Chaldeâ, iam sancta supersunt, ut non certius ab ipso celo, munditiâ & puritate Christianâ fretus, possit petere vita humana præsidia, quam ab illorum Characterum virtute. Sunt enim Arabici Characteres deducti per corruptam chirographiam ab Hebreis veris, eo quod Samaritanorum usus in se perit, & pro solo avite veritatis testimonio, inter paucos Mosicos remanet. Grammaticam ab Oriente attuli eo charactere scriptam, & Arabicè expositam, ut fidem nostro orbi verborum Hieronymi, de Samaritanis scribentis, facerem, & hanc rerum originem primus orbi occiduo exponeam.

His consona sunt, quæ habet idem in libro de Originibus cap. 7. Verum nil mirum, adventitium, & qua Abraham vulgari in Babylone (Chaldaicam) an-

210 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

tequam renuntiaret omnibus que possebat, erat, renunciasse vagros verpos Christificadas: quum post redditum à Captivitate Babylonica, vir insigni prudentia Esras, non alia ratione publicos fecerit Adamii, Mosisq; characteres, ad eam diem cum sacris, & nunc primum revelandis, mysteriis, inter auditores Mosis & Prophetas absconditos: & publicando finxerit apud populum, se novos reperisse; quam quia videbat, Samaritanarum decem tribuum, quae semini David renunciaverant, perfidiam in charactere publico omnia jam corrupisse: & multò maximè, postquam in Orientem ad Mediae fines per Salmanassar Pseudo-Judei illi fuerant translati, quia in eorum locum successuri venerunt Cuthaei, & Babylonica sentina feces multò peiores, qui ex professo Idololatriam, & Judaismum propter leones profitebantur. Sic enim redactis ad denuò publicatum characterem Judais, in quo etiam finxit se Legem totam alioqui perditam, transcripsisse, excommunicatos reddidit Samaritanos, & veros Judeos ad usum nuper publicati characteris adduxit. Nam omnes sciebant, multis admodum in locis haberi volumen Legis, scriptum Samaritano & usitato charactere, quo signabatur moneta: sed illo impossibile erat populum reconciliari. Dum itaq; publicavit Adamiticum characterem, in quo totum sacram corpus inter LXXII. seniores Prophetasq; sensim auctum delitescebat, & se à corruptione vindicasse Divinam Legem afferuit unā, & seditiones Samaritanos excommunicavit. Mox in sequentibus Samaritanos characteres vocat Humanos. Et cap. 9. ejusdem libri: Quum sit certum, & monetam inter Judeos fuisse: & in illis literis, quas nunc habemus ab Esra primum publicè expositas, fuisse datam Legem, nec tamen pecuniam signatam Hebraico charactere videamus; restat, sicut ex argenteis nummis, qui aſiduè in ruderibus circa ruinas Ierosolymæ vetusta effodiuntur, vide-nuis, pecuniam charactere Samaritano seu exteriore fuisse signatam, quod de Siclo sancto, in Linguarum Introductorio à nobis expresso, patet. Fuisse vero etiam Sacram Scripturam in usu literæ exterioris videtur, quum in versionibus Gracis notarint antiqui nomen Jebovah abbreviatum in duobus Jod. Illud notavit Hieronymus: hoc addito, quod putarent Graci, inter legendum esse ibi ΙΙΙ, id est, duo Pi: quia Jod Samaritanum fit proxime ad effigiem Pi Gracorum. Sic à monetis & vetustis exemplaribus videtur. Et in eodem cap. Nam Sem in terra sancta expectanti vocationem Abrahami relicta erant sacrosancte Geometricæ & abscondita (Hebraicæ nostræ) donec illarum Divinitatis Divina Legis exaratio redderet testimonium. Inde est factum, ut in Aegypto esset sacro-sanctum & solis sacerdotibus cognitum litterarum Hieroglyphicarum genus, quum tamen esset publicus alias litterarum usus. Paulò post: Certissimum autem est, à Patribus, insigni eruditione viris, quales erant primogeniti, Hieroglyphicas litteras fuisse inventas, quas Chamitis & Aegyptiacis regibus darent necesse est, ut liceret retinere sacrosanctas illas & primas, tamquam multò secretiores, que à mathematico pendent principio. Iterum ibidem: Quum itaq; etiam nostro saculo obstinatissime inhærere soli Pentateucho, & Mosis libris, in Samaritano charactere scriptis, videamus paucos illos Judeos, qui

HEBRAIC. GENUINA ANTIQUITATE. 211

qui circa Syriam supersunt, nec aliâ ratione jam olim à consilio communis Ecclesiæ defecisse, quam quia publicè exposuisse Legem Dei, quinq;^z voluminibus scriptam, & characterere, ab illis fideliter servato, exarata, Mosem sciebant, cui aliquid consequentium scripturarum addere nefas dcebant. Itaq;^z manifestissimè constat, per 10. tribuum, à semine filii Isai, i. e. Davide defectionem, & solius Pentateuchi in lingua Samaritana conservationem; Mosem in aliâ linguâ accepisse Tabulas, & in aliâ 12. voluminibus sub decimotertio transcripsisse quinq;^z libros, ita ut populi nossent Samaritanum, veluti publicum characterem: nec ulla modo vellent factiosi, addi illas Sacras Historias, Leges, Doctrinas, & Prophetias, quas spiritus Mosis, in 72. sénibus agens, singulis suggerebat sacerulis, usq; ad Christum. Et cap. 14. Scripsit quidem Moses libros V. & non plures, nec pauciores, in quibus ipsis admisicuit divinitus scripta in Tabulis, &c. duplicitiq;^z charactere sacro sanctum librum fecit, suppresso omnino receptionis nomine.

Hæc Postellus, quæ non ideo adduximus, quod omnia & singula ejus dicta probemus; sed ad ostendendum ex eo, quod ille etiam ab Hebræis didicerit, Hebræos olim duplici charactere usos esse; & nequaquam in ea sit sententia, uti Scaliger & alii arbitrati sunt, quod Samaritani sint veri antiqui characteres Hebraici. Concedit quidem, illes antiquos esse, & à Mose, & ulteriùs, originem suam derivare, sed non tanquam originales, & qui in Tabulis, & Legis libro sacratiore in Arcâ reposito, extabant. Quod verò scribit, nullas Monetas antiquas charactere Hebraico extare; in eo videtur errasse: quod etiam scribit, Esram finxisse, cùm hos characteres veteres in usum revocaret & publicaret, illum finxisse, se novos characteres invenisse; id profigmento itidem habemus. Nam proculdubio multi fuerunt præter ipsum, quibus erant cogniti. Et cui quæsò bono illa fictio & simulatio? Annon majorem authoritatem illis conciliavit Antiquitas, & quidem authentica, quam Novitas?

Johannes Boulæse in Præf. Alphabeti sui Hebraici: Qui (Moses) Legem Dei accipiens, curavit transcribenda duodecim Legis volumina, cuilibet tribù volumen. Undecim quidem Charaktere publico (qui hodiè Samaritanus dicitur) & duodecimum Charaktere divino secreto, & constante triangulari Jod. Cujus usus fuit solis Levitis & Sacerdotibus, qui peritissimi, & Lectionis, & intelligentie, & proinde punctorum vocalium & accentuum, traditione divine vocis (quam Cabalam dicunt) assiduo legendi & audiendi usu potius, quam scripto, in hominum memoriis Legem Dei conscribabant; alioquin frustra scriptam, datam, & editam, si non legeretur cum vocalibus & accentibus, & intelligeretur in scopum cognoscenda & facienda voluntatis Dei. Sic & Sacerdotes cum summa diligentia habebant scientiam Legis scriptam, & firmiter conservatam in libro sue memoria: Et favorum grecorū arcebatur à sacris apibus, & nemo ignorans Legem promovebatur ad dignitatem, servatis apud

212 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

se quam sanctissime divinis & secretis characteribus. Quostandem Estras Secretos, ut hereticorum & Samaritanorum solos quinq^u libros Mosis in Canone habere volentium, conversationem abigeret, dictus est invenisse, quum illos tantum restituerit Sacerdotibus, Syriae populum docentibus, &c.

Augustinus Pantheus, Venetus, in sua Voarchadumia, quatuor Hebræorum Alphabeta commemorat; Commune scil. quo passim omnes utuntur: Alterum, ab Omnipotenti Deo Mose in monte Sinai: Tertium, Abraham in fluminis transitu concessum; Quartum, quod & ceteris antiquis est, Enoch traditum; Hic, Commune & Tertium videtur confudisse. Quartum videtur esse fabulosum. Nam Abraham de Balmis, & alii, duo tantum noverunt Hebraica Alphabeta; Commune nimirum, & Transitus Fluminis.

Theodorus Bibliander in libro de Ratione communi omnium Linguarum pag. 62. Figuras literarum esse mutatas, ipsi Hebrei confitentur. Nam asserunt, scripturam repartam in ripa Jordanis in statua, cui nomina filiorum Israël inscripta fuerunt, quum trajicerent Jordanem, ut legitur in Commentario Josue. Quam Scripturam Transitus fluminis appellant; eamque in suis Grammaticis observationibus ponit Abraham de Balmis, &c. Hoc memini etiam apud alios legere. Sed nihil haec tenus apud Hebreos mihi occurrit in libro Josuæ, & commentariis in illum, de nova Scriptura illic repertâ. Historia illa extat Josuæ 3. & 4. & 8. capp. ubi quærendum esset. Interim & hic eruditus vir, à longa antiquitate, Duplicem scripturam inter Judæos audivit & agnovit.

Nicolaus Fullerus in Miscellaneis Sacris lib. 4. cap. 4. Ut scripta Samaritanorum litera eadem omnino sint atque Siclis incusa, non tamen necesse est has solas, præterea nullas, veteribus fuisse usitatas. Quasi verò uni genti unum duntaxat literarum genus semper in usu fuisse oporteat! Id quod vel ipsa experientia facile redarguat apud omnes, eredo, gentes, maximè humaniores. Certe apud nostrates, characteres Archivorum proprios, multum à vulgaribus discrepare videntur. Immò multiplicem literarum speciem Arabibus familiarem, sciunt periti, haud parum inter se subinde discrepantium. Sed obscuriora sunt ista forsitan, neque admodum nota studiosis. Illustrißimam autem versitatem Aegyptiorum Rem publicam quis ignorat? Quid? An uno tantum characteris genere satis instructam fuisse arbitramur? Hieroglyphicos eorum characteres summam ac propè admirandam à communibus & vulgatis habuisse dissimilitudinem certo certius opinor. Et quisquam illud acriter pugnabit, ut sapientissima Hebreorum gens, uni tantummodo literarum forme, quasi in servitutem perpetuò addicta judicetur? Non dubitamus igitur, pro duobus illis precipuis rerum ac negotiorum diversis generibus, Sacrorum videlicet & Civilium, duplicem minimum literarum figuram antiquis Hebreis fuisse consuetam. Quod idem, meo quidem animo, res ipsa illius docere queat. Quippe alterum genus, scripta Iudeorum monumenta, ad hodiernum diem affatim existantia, luculentia.

semper demonstrant, alterum, Samaritanorum libri & numismata ab interitu vindicant. Et paulò post: Quamobrem utroq; characteres, tamquam gemellos factus, ab eadem gente Israëlitica prognatos existimari par est. Ac proinde non admodum inter se dissimiles, & modò non coetaneos. Nisi si paulò antiquiores sunt forsan, quibus hodie utuntur Judei, quò tūm vetustiores esse cognoscuntur res Ecclesiastice quam Civiles (atq; illuc vergunt, nisi fallor, verba Irenei: Antiquas & primas Hebreorum literas, Sacerdotales, appellantis) tūm simpliciores minusq; operosos videmus hos quam illos, &c. Hæc Fullerus.

46. Sic ergò ex allegatorum authorum sententia Duplex character olim inter Judeos usitatus fuerit. Hic autem quæritur nunc; A quoniam tempore id sit factum? seu; Quando illa consuetudo cœperit, & unde provenerit?

R³. Ex iis, quæ hactenus è diversis scriptoribus protulimus, intelligitur, illos de hac re variare:

I. Postelli sententia est, id jam in usu fuisse temporibus primorum patrum ante Abrahamum, imò ante diluvium: Unum characterem, Hebraicum vid. nostrum, fuisse Sacrum, & inter Patres tantum notum; Alium, Communem: Utrumque tamen Hebræum; quia nulla alia tūm erat lingua.

II. Alii ejus rei initium ad Abrahamum referunt. Volunt hi, Abramum, dum in Chaldaea adhuc moraretur, & antequam in terram Canaan venisset, Duplicem habuisse Linguam, & duplicem Scripturam; primò Linguam Sanctam, ab Ebero avo, hæreditario quasi jure, ad ipsum devolutam, & cum hac etiam characterem Sanctum; eundem videlicet, quo postea Deus ipse dígito suo Legem Tabulis inscrispit: deinde, Linguam Chaldaicam vel Syriacam, in Assyria tūm vulgarem & vernaculam, & cum hac simul Vulgarem characterem; quem volunt esse hodiè Samaritanum dictum, vel faltem eum, cuius hic est propago. Quod dupli Linguâ Abraham in Chaldaea locutus sit; id testatur author libri Cofri Oratione 2. sect. 68. his verbis: וְכֹר הִיא אֶבְרָהָם מִדְבֵּר בַּאֲרָמִת בְּאֹור בְּשָׂדֵם שהארמית היא לשון כשרים והיתה לו העברית לשון מיוحدת לשון הקראש והארמית לשון חול h.e. Nam autem Abramamus Aramicè locutus est in Ur Chaldeorum: (nam Aramaea, erat lingua Chaldeorum:) & Hebraica, fuit ipsi lingua peculiaris, lingua sc. sancta; Aramica verò Prophana seu Communis. Idem approbat quoque R. Asafrias in Meor enajim fol. 174. 2. Hinc scribit etiam Sebast. Munsterus in Gram. Chald, pag. 10. Noverat igitur, ut alii verius sentiunt, Abramam duas linguas, Hebreorum sc. & Chaldeorum. Primam Deus puram & inconfusam in Abrahami familia reliquit. Et quum ipse Abraham imperio Divino, de Ur Chaldeorum, relikt omni cognitione suâ, in terram Canaan peregrinaturus veniret, usus est cum suis

sacrâ linguâ: ceteris propinquis & cognatis suis, quos in Chaldeâ reliquit, Babyloniorum jam assuefactis lingue, & tandem involutis errore. Quinimò nec ipsi D. Hieronymo ignota fuit ista sententia, prout patet ex eo quod scribit ad Danielis cap. I. Philo inquit, arbitratur, Linguam Hebraam ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldeis fuerit. Quod si recipimus, querendum est, Quomodo nunc pueri linguam, quam neverant, doceri jubeantur? nisi forte juxta quorundam opinionem, duas Abraham linguas, & Hebraeorum & Chaldeorum, scisse dicamus. Quod Abraham, in Chaldea, linguâ Chaldaicâ situs, de eo non existimo esse controversiam; An verò etiam iam iùm Linguam Hebream locutus sit, & calluerit; An demum in Canaan eam didicerit? de eo est inter graves authores controversia. Ex professe nunc de illa agere, non est instituti nostri. Josephus Scaliger existimat, Abramum, in Syria, Syriacam duntaxat linguam caluisse: Hebræam verò à Cananæis, postquam in illam terram venisset, didicisse. Vide eum in Epistola quadam ad Richardum Thomsonum: & in aliâ, ad Stephanum Ubertum, quæ incipit, *Quas grates tibi referam.* Alii verò contrâ sentiunt, Abramum in Syria Syriacè quidem locutum esse, sed neque Hebraicæ ignarum fuisse; quæ sententia ut antiquior, sic probabilius nobis videtur. Nam primò, et si in Chaldea, ubi Syriaca lingua in usu communi erat, vixerit, potuit tamen utramque linguam, Hebræam & Syriacam sive Chaldaicam tenuisse, uti suprà ex libro Cosri audivimus. Vivebant enim cum eo adhuc ipse benedictus Sem, Arpachschad, Sela, Heber, à quo כְּנָצְרָה Hebrew nomen habent, juxta illud; Patri omnium filiorum Eber, Gen. 10. 21. quos Linguam Hebræam perdidisse quis credat? Deinde, verisimile nullo modo est, Chananæos, populum maledictum & postea extirpatum, Linguæ Hebrææ puritatem potius retinuisse, quam Semum, Eberum, Abramum, aliosque ex ea linea Patres, inter quos sanctitas, pietas, Dei cognitio, & Ecclesiæ semen conservatum fuit. Deniq; etiam, Linguæ Syriacæ in Assyria ortus, non tam commerciis peregrinorum, quam ipsi Diversitatis linguarum principio, Confusioni nimis rurum, à Deo hominibus insolentibus immisæ, adscribendus videtur. Itaque Lingua Hebreæ apud Prophetam Jesajam cap. 19. v. 18, *Lingua Canaan dicitur, non quia eā usi sunt Cananei, posteri maledicti Chami, ex quibus etiam fuerunt Aegyptii: sed quia eā usi sunt habitantes in terra Canaan;* primum quidem patriarche Abraham, Isaac & Jacob, deinde Israëlite, ejusdem Cananæos & Phœnicibus, scribit Bibliander de Ratione Communi omnium Linguarum, pag. 20. מִאֲכָרָה הַתָּה אֶלְמָן Ab Abraham hoc fuit ipsis, hoc habuerunt Cananei, scribit R. Jehuïda Muscatus in Cosri, Orat. 2. num. 68. Qui plura de hac quæstione volet, legat Fuller, in Miscell. sacr. lib. 4. cap. 4. Sic itaque, qui hanc

Hanc tenent sententiam, censem Abrahamum & dupli usum fuisse lingua, & dupli Scripturā, Sacrā & Communi; & ab eo tempore rationem illam duplicem scribendi perpetuō inter Israēlitas permanisse; adeo ut etiam Moses diverso charactere exemplaria Legis exarārit, ut antea vidi mus.

III. Alii videntur originem hujus rei ad Josuæ tempora referre; Hiscribunt; Quum Israēlītæ Jordanem trajicerent, illos scripturam reperiſſe in ripa Jordanis, in statua quadam, cui nomina filiorum Israēl inscripta fuerint. Et hanc, *Scripturam transitus fluminis* (id est, עבר אֶבר Ebræam) appellatam. Hanc sententiam, uti apud Hebræos nunquam vidi nec legi: ita non video, quam speciem habeat. Dicunt, Hebræos hoc scribere, sed authores non nominant. Unde mihi est ſuſpectum.

IV. Alii ad alia ſæcula posteriora referunt, circa tempora Templi pri- mi, faltem inter tempora Mosis & Efræ, ut R. Jehūdah Hakkadosch, de quo theſ. 14.

Ex omnibus iſtis ſententiis, ſecunda forte eſt maximè probabilis, quam etiam ipſa Duplicitis Scripturæ Nomina aliquo modo confirmare viden- tur, quæ Hebræi ipſis tribuunt; dum Unam appellant אֲשֶׁר' Affriacam; Alteram עבר אֶבר Ebraam, h. e. *Transitus Eluminis*, ut paulò post viſuri ſumus. Quicquid hujus rei ſit, inter plerosque de Dupli Charactere convenit, inter Hebræos olim uifitato, non à temporibus demum Efræ, ſed aliquot jam ante Efram ſæculis.

47. Itaque hoc poſito, porrò quærerat aliquis, *Quomodo horum duorum cha- racterum alter ad Samaritanos devenerit?* Hoc ut intelligatur, ſciendum pri- mò; *Quinam hi Samaritani fuerint?* deinde, *Quā occaſione & Scripture & Legis Israēlitarum particeps facti fuerint?*

48. Quæritur ergò primò; *Quinam Samarite vel Samaritani fuerint?* Sa- maritæ Hebræis vocantur proprie שׁוֹמְרוֹנִים Schomronim, ab urbe שׁוֹמְרָנוֹן vel Samaria, quam incoluerunt: communiter verò כּוֹתִים Cuthæi, à כּוֹת Cuth, re- gione Perfidis: quod maximam partem inde in Terram sanctam translati fuerint. Erat non gens peculiaris, ſed gentium variarum colluvies. Cum enim decem tribus Israēliticæ, (quarum Samaria erat metropolis & Re- gnum ſedes) à Salmanassare in Affriam captivæ abductæ eſſent, in eorum locū coloniæ traductæ fuere ex diuersiſtimis regnis, Babele, Cuthâ & Avva, Hamath, Sepharváim; quæ Samariae & vicinis in locis ſedes suas fixerunt. Unde à loco habitationis præcipuo vocati fuerunt Samarite; à præcipua parte Cuthæi, quod Cuthæorum plures, quam cæterarum nationum fue- rint, ut Elias ſenſit in Tisbi, in מִצְבֵּה Historia extat 2, Reg. 17, ubi v. 24. le- gitur:

216 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

gitur: Adducit preterea Rex Assur homines è Rabel, & è Cutha, & Avrah, & Hamath, & Sepharvaim, & collocavit eos in urbibus Schomron loco filiorum Israëlis, qui possederunt Schomron, & habitarunt in urbibus ejus.

Referunt suam Originem primam ad Josephum, vel Ephraimi tribum, ex eo quod Jos. 24. 32. scribitur, Israëlitas ossa Josephi deportasse ex Aegypto & sepelivisse in Sichem. Hinc mulier illa Samaritana in Evangelio, Joh. 4. 12. Num tu es major Patre nostro Jacob, qui dedit nobis hunc puteum. Sic Joseph. lib. 9. Antiquit. Jud. cap. ultimo; Quoties, inquit, feliciter degere Judeos viderint, cognatos se eorum appellant, utpote à Josepho oriundos, & hac ratione sanguine illis conjunctos: cùm verò in rebus adversis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere ajunt, nec illis quicquam deberi benevolentia, cùm ipsi ex longè remotis gentibus ad illa loca venerint. Hanc tamen gloriam Judæi ipsis invidebant. Unde in Bereschit rabba sect. 94. ad Gen. 46. §. 13. Filii Iaschar Tola & Pushi, & Job, & Schimron; legitur: Rabbi Meir videns quandam שָׁמַרְתְּךָ Samaritanum, dixit ad eum, מִהִכְן אֲתָּה Unde venisti, vel es? Respondit ei: נֹזֵל מִן ex tribu Josephi. Regesit R. Meir; Nequaquam Samaritanus porrò; אֲלֹא דָמָתָנָא Unde ergo? R. Meir; וְשָׁבֵר מִן Ex tribu Iascharis. Samaritanus נָא לְמִן unde habes, vel probas? R. Meir; Ex eo quod scriptum est; Filii Iaschiar Tola, &c. & Schimron, &c. Qui volet, videat de eis plura apud Benjaminem in Itinerario.

49. Quanam verò occasione, & quā ratione, cùm populi fuerint extranei, Legis & Scripturæ Iudaorum facti sunt participes? Id iterum legitur dicto cap. 17. secundi lib. Reg. §. 25. 26. 27. &c. his verbis: Fuit autem principio, cùm habitare cœperunt illic, non timuerunt Jehovam, & misit Jehova in eos leones, qui eos occidebant. Dixerunt ergo Regi Assur dicendo, Gentes, quas transtulisti & collocasti in urbibus Schomron, non norunt morem Dei terre: & immisit in eos leones, qui interimunt eos, eo quod nesciunt morem Dei terra. Pracepit itaq; Rex Assur hisce mandatis; Deducite illic unum e sacerdotibus quos transtulistis inde, qui pergant & habitent illic, & doceant eos morem Dei terra. Venit ergo unus e sacerdotibus, quos transtulerant de Schomron, & habitavit in Bethel, docebatq; eos, quomodo timerent Jehovam. Fecerunt verò singula gentes Deos suos, & reposuerunt in domo excelsorum, que fecerant Schomronite, singula gentes in urbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babel fecerunt Succoth Benoth: viri autem Cuth fecerunt Nergal: & viri Hamath fecerunt Asimah: Avvai autem fecerunt Nischas & Tarthac: Sepharvai autem comburebant filios suos igne ipsi Adramélech & Anamélech diis Sepharvorum: Et timebant Jehovam: feceruntq; sibi aliquot suorum sacerdotes excelsorum, qui faciebant eis in domo excelsorum. Jehovam quidem timebant, & nihilominus Diis suis serviebant, juxta morem Gentium, unde transtulerant eos. Usq; in diem hanc faciunt juxta ritus pristinos: non timeant Jehovam, neq; faciunt juxta decreta & morem ipsius, neq; juxta Legem & preceptum, quod pracepit Jehovafiliis Jacob,

Jacob, cui imposuit nomen Israël, &c. Et s. ult. itaq; Gentes iste timuerunt Jehovam, & nihilominus sculptilibus suis servierunt: etiam filii filiorum eorum, secundum quod fecerunt patres eorum, ita ipsi faciunt usq; ad diem hanc. Haec tenus ex libro Regum. Flavius Josephus hanc historiam recitans Antiq. Judaicar. lib. 9. pro Pœna Leonum, dicit Sevam exortam esse pestilentiam. Vide eum. Et pro eo quod de Uno tantum Sacerdote sacræ literæ memorant, ipse ait; *Mis̄is ad Regem Assyrium legatis, petierunt ut Sacerdotes aliquotè captivis Israëlitis ad eos remitteret.* Leontius Byzantinus de Sectis Actione secundâ scribit; *Sacerdotem illum, cum advenisset, nihil aliud docuisse eos, ut extranei scriptores ajunt, ει μη μόνον τὸ πεντάτευχον nisi solum Pentateuchum: & inde esse, quod illum solum Samaritanis recipiunt.* Eadem historia traditur etiam in *פרק Pirke seu Capitibus R. Eliesaris* cap. 38. & in Jelammedenu sect. י'שׁ, sed cum quibusdam aliis glossematis & additamentis: *הנֹכֶת יְמִינֵנוּ נַשְׁבָּעִים לְנֵינוּ אָמוֹת Cuthai vel Samaritani non reputantur pro aliqua gente ex septuaginta populis (de quibus Genes. 9.) sed ex reliquis quinq; gentibus Regi preiōsis, sicut dicitur;* Adduxit præterea Rex Assur, &c. 2. Reg. 17. 24. R. Jose dixit Addidit illis adhuc gentes quatuor, ut omnes simul sint novem, sicut dicitur, *Dinæi, Arphachathchæi, Esræ 4. 9.* Cum verò deportarentur Israëlite è loco suo, è Samaria, misit Rex servos suos, & collocavit ipsos in Samaria, ut afferrent vel penderent tributum Regno. Quid fecit Deus? Immisit in eos leones, qui occidebant eos, sicut dicitur; Principio, cum habitare cuperunt illic, &c. Misserunt ergo ad Regem, & dixerunt ei, Domine noster Rex; Terra, in quam nos misisti, non recipit nos: pauci enim ex quamplurimi sumus superstites. Rex, accersitis ad se omnibus senioribus Israëlis, dixit eis, Omnibus annis, vel toto eo tempore, quo in terra vestra fuistis, non orbavit vos bestia nra: nunc verò non recipit nec tolerat istos. Hic consilium Regi dederunt, quo sperabant se effecturos, ut ipsos iterum in terram suam reduceret; Dixerunt ei, Domine Rex, Terra illa non suffert gentem, que non operam dat Legi, & que non est circumcisiva. Respondit Rex, Date ex vobis duos, qui eant, & eos circumcidant, atq; in Lege erudiant. Cum itaq; verbum Regis revocare non possent, misserunt Rabbi Dosithœum & R. Zachariam, (in Jelammedenu legitur; ר' ז'קניא בר י'נאי ו�� ר' ס'ב'יא Dosithœum ben Fannaj, & R. Sebajam) qui circumciderunt eos, וְהִי מָלְדוֹת אֲוֹתָם סְפִרְךָם qui docuerunt eos librum Legis Scripturā Notaricā, & flebant. Gentes verò illæ ambulaverunt in statuis Legis, & in statutis Deorum suorum, sicut dicitur; Jehovam timebant, & Diis suis serviebant. Cum Ascenderet Esra è Eabylonia, & Zorobabel filius Schealthielis, & Jehosua filius Jehozadak, incipiebant stiere in Templo Domini, sicut dicitur; Tunc surrexerunt Zerubbabel filius Schealthiel, &c. Esræ 5. v. 2. & venerunt contra eos Samaritæ ad bellum 180000. viri. Num ergo Samaritani fuerunt, annon fuerunt Cuthai? A nomine urbis Samarie vocantur

218 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Samaritani. Præterea quesiverunt occidere Nehemiam, sicut dicitur, Veni, & conueniamus pariter in villis in campo Ono, Nehem. 6. 2. Adhac impediverunt opus Domini duobus annis, quod fuit usq; ad annum Jubilai. Quid fecit Esras & Zerubbäbel filius Schealtiel, & Jehosua filius Jehozadak? Convocaverunt totum ceterum in Tempulum Domini, & venire fecerunt trecentos Sacerdotes, trecentos pueros, trecentas bucinas, & trecentos libros Legis in manu eorum, qui clangebant, Levitæ verò canebant & psallebant, 'וְמִנְדֵּן אֶת הַכּוֹתִים בְּסֵד שֵׁם הַמָּפּוֹרֵשׁ וּבְכִתְבֵּן הַנְּכַתֵּב עַל הַלְוֹחוֹת וּכְזַהֲרִים וּמִשְׁנְתִין וּמִנְדֵּן' Et anathematizabant, & Schannatizabant, & excommunicabant, h. e. omnibus ex communicationis fulminibus & speciebus excommunicabant) Cutheos per secretum Nominis Tetragrammati, & per Scripturam que scripta fuit in Tabulis, & per anathema domus judicij superioris, & per anathema judicij inferioris; Ne quis unquam ex Israële comederet panem Cuthæi, unde dixerunt; Quisquis comederit carnem Cuthæi, perinde est ac si comederet carnem porci: item, ne quisquam Cuthæum faceret proselytum, h. e. in Judaismum reciperet, &c. Hoc anathema ad Judeos, qui in Babylonia remanserant, missum, non solum ab illis fuit approbatum, sed novo superaddito auctum & confirmatum. Hæc illic. In quibus noto, duplicitis Scriptura fieri mentionem, primò נִטְרָה Scripture notarica; deinde נִטְרָה נִטְרָה כתב הנכתב נִטְרָה Scripture, que extabat in tabulis. Illa dicuntur duo illi commemorati seniores, ad Samaritanos missi, Samaritanos Legem docuisse. Hac, ab Esra Samaritanos fuisse excommunicatos. Ergo patet hinc, quâ occasione & quo tempore Samaritani ab Hebraeis seu Israëlitis literas Hebraeas acceperint. Cum verò gens fuerit tam vilis & abjecta, Judæis insuper invisa, & Judæi duplice charactere, si superioribus fidem demus, scriptam Legem habuerint, an probabile est illos Samaritanis occultum illum & sacratum, qui in Libro Legis in arcâ asservato, & inter paucos extabat, tradidisse; & non potius characterem communem, in vulgaribus libris & communi usu extantem? Sanè id mihi hic videtur innuere vox נִטְרָה נִטְרָה Notarica Scriptura, (quamvis non ignorem, quid vox illa vulgo apud Rabbinos significet;) q. d. Scriptura נִטְרָה Notariorum, quæ à Scribis & Notariis publicis in contractibus, instrumentis, epistolis, & similibus usurpatur. Sic נִטְרָה pro Notariis non uno in loco reperitur. Confirmare videtur hoc, quod Scriptura Tabularum peculiaris fiat mentio. Videtur enim hoc non obscurè significare, hunc. R. Eliesarem superiorem Scripturam ab hac distinguere voluisse. Præterea cum hic referatur, Esram, allegatas ob causas, gravissimo Excommunicationis fulmine Samaritanos feruisse, adeò ut Israëlitis nihil quicquam commercii in posterum cum ipsis intercedere debuerit, an credibile est, illum Scripturam sanctam ipsis relieturam;

relictum, & peregrinam Israëlitis daturum fuisse? Quod dicitur, **וְגַם**
אֶת excommunicarunt Cutheos, Morinus Exercit. i. interpretatur Fugaverunt, sa-
 tis inscīte & imperitè. De his Samaritis legitur etiam Ecclesiastici cap. 50.
 v. 27. 28. *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens: Qui habitabant in
 monte Seir, & Philistaei, & stultus populus qui habitat in Sichem (ibi Samaritæ
 etiam habitabant.)* Præter dictas Idolatriæ species, unde Judæis exosi
 fuerunt, erat etiam hæc, quod Templum Hierosolymitanum spreverint,
 & proprium in monte Garizim extruxerint, in quo ipsi adorabant, unde
 ea quæ leguntur Johan. 4. quod factum à Sanaballat præfecto Darii, in
 gratiam Manassis generi sui. Et quamvis omnem tunc Idolatriam de-
 posuisse viderentur; deprehensum tamen fuit, ipsos in monte coluisse ima-
 ginem Columbae. Sed satis pro instituti ratione de Samaritanis. Suffi-
 cienter enim hinc disci potest, *Quinam Samaritani fuerint?* & *Quā occasione
 Hebreorum literæ & characteres ad ipsos devenerint?* quod inquirere hic nobis
 fuit propositum.

60. Cum ergo de hoc nunc constat: Quā ratione Scriptura Hebræo-
 rum, vulgaris scil. & communis, ad Samaritanos istos devenerit, unum
 adhuc expediendum restare videtur; *Quare illa Scriptura in Talmud & alius*
quibusdam Iudeorum scriptis appelletur עֲבָרֶנֶה, vel כתב של עֲבָרֶנֶה, vel *Scriptu-
 ra Ebræa, Transfluvialis, vel transfluviatum?* Uthoc intelligatur, tenendum &
 repetendum, quod paulò antè dictum, esse quosdam, qui Duplicis Scri-
 pturæ inter Hebræos originem ad Abrahamum referunt. Is ex vocatio-
 ne Divina, primò ex Ur Chaldæorum, postea ex Charran, ubi aliquandiu
 cum Patre Theracho habitavit, in Cananæam venit. Chaldæa autem à
 Cananæa disjungebatur interjecto Euphrate, quem trajicere necesse habe-
 bant, qui ex una terra in alteram transire voluerunt. Hinc Chaldaei & Syri
 à Cananæis vocabantur **בְּנֵי עֲבָרֶנֶה** vel *Homines trans fluvium, vel*
transfluviales, sicut nos dicimus *Transalpinos, Transmarinos, Transrhenanos;* vel
 brevius quasi dicas **עֲבָרֶנֶה** *Trans-fluvium,* h.e. *Transfluvialis.* Vicissim relatione mutuâ Cananæi Assyriis quoque
Trans fluvium erat, & *Transfluviales* pariter dicti. Vide I. Reg. 4. 24. &c. Prio-
 re sensu legimus Genes. 14. §. 13. Abrahamum primū omnium à quo-
 dam Cananæo vocatum **עֲבָרֶנֶה** Hebræum, q. d. *Transfluvianum.* Et Josuæ
 24. §. 2. legitimus: *Et dixit Josua ad totum populum, Sic dixit Dominus Israëlis, בְּעָבָרֶנֶה
 in (terra) trans fluvium (Euphratem) habitarunt Patres vestri à seculo,*
 Thérach pater Abrahami, & pater Nachoris, & servierunt Diis aliis: *Et assunsi patrem*
vestrum Abrahamum מִעֲבָרֶנֶה de (terra) trans fluvium in totam terram Canaan.
 Sic cùm Abrakam in terram Canaan venisset, fieri potest, ut ipse à terra, ex

220 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

qua venit, Cananæis vocatus fuerit עָבֵר Ebreus; Transfluvianus: & Loquela pariter ac scriptura ejus vulgaris, quâ loqui & scribere solebat & עָבֵר לְתַווֹן Lingua Hebreæ, Scriptura Hebreæ, h. e. Transfluviana; atque ita postea nomen hoc retinuerit. Alii volunt, Abrahamum עָבֵר Hebreum vocatum, Linguam itidem עָבֵר Hebream ab עָבֵר Hebero, ex cuius familia Abraham fuit oriundus, & in cuius familia lingua Hebreæ conservata fuit. Si hoc statuatur, dici potest, quod ex ipsorum Hebræorum, qui in Cananæam venerunt, usu Cananæi hoc didicerint, & tum temporis, utilingua, sic Scriptura quoque vulgaris & communis seu publica עָבֵר Hebreæ vocata fuerit: altera autem קָדְשָׁה Sancta, (sicut suprà ex quodam Rabbino audivimus, inter alias, hanc quoque ob causam Linguam Hebream Sanctam, & Scripturam Sanctam vocatam) ad differentiam vulgaris & publicæ. Annon etiam, qui inter suos domesticos fuit עָבֵר Hebreus vocatus ab עָבֵר Hebero, à Cananææ incolis, ob homonymiam vocis, à Terra transfluviana taliter vocari potuit? Ita, quo cunque modo sumatur, facile conjici potest, unde inter Hebræos Scriptura ista, quâ hodiè Samaritani utuntur, עָבֵר Hebreæ vocetur; quia scil. olim erat Scriptura Hebræorum הַלְּבָנִים vulgaris & publica, non שְׂכָלָה Scriptura sancta, quâ in sacris utebantur. Unde autem eam Abrahamus habuerit, & acceperit? An à patribus suis inde ab Adamo, ita ut illi statim distinctionem inter Scripturam Sacram & Prophanam fecerint, quod Postellus sensit? An verò Scriptura illa fuerit terræ Chaldaæ & Assyriæ, vel linguæ illius propria, ut Hebræorum quidam volunt? non multum ad præsentem questionem nostram referre videatur, quamvis, ut quod est res, ingenuè dicamus, hoc se nobis magis proberet, cum suprà viderimus, Duplicem quoque Abrahamum habuisse linguam. Sed, ut ut sit, de ratione hujus appellationis, ex iis quæ dicta sunt, aliquatenus constare videtur.

51. Tandem, Cur eadem ista Scriptura in suprà adducto loco Talmudico, ex cuius occasione hanc digressionem instituimus, à Raf Chafda videtur vocari. לְבָנָנָא Libanæa, vel Libanica?

In hoc non multum nobis situm: quia tamen Morinus existimat, se magnum arcanum hic reperiisse & detexisse ad sententiæ suæ confirmationem, quid rei sit, & quām feliciter ei cesserit, videamus. R. Salomonis glossa est: אֶת יְמִינְךָ נְדוֹלָה בְּעֵינְךָ תְּבוֹתֵב זְבַקְמִיעּוֹת וְמוֹתָות Litera sunt magna; quales sunt illæ, quibus scribunt. (Israëlitæ), in amuletis, seu, schedis membranaceis collo appensis, aut superliminaribus inclusis. Quomodo hoc intelligat R. Salomon, ex alia ejus glossa liquet, quæ legitur in Talmud Megillah cap. 1. fol. 8. col. 2. in una pag. Ibi ad has Gemaræ voces Et scriptura Hebreæ, annotat;

שְׁכָלָה

שכתב בכתב של בני עבר הנهر ובמסכת סנהדרין קרי ליה כתב ל'בונאה Si scripsit
Scripturâ filiorum transfluvium, quam in Tractatu Sanhédrin vocant Libonaam,
Et in Tractatu Schábbas cap. 16. fol. 115. 2. ad Scriptura Hebreæ, trans-
fluvialis; sribit; ואן דומות לנכתב אשורי; Literæ magnæ sunt, &
non sunt similes scripturæ Assyriæ. Itaque sic R. Salomon seipsum explicat.
 Morinus, ut hoc probet, adducit R. Asariam in libro Meor enajim: R. Asa-
 rias, inquit, supplet his Salomonis verbis allatis, *שהם שמרוניים* *הנהוג אצל* *Quod*
consuetum est apud Cutheos, qui sunt Samaritani. Sed non fuit ea mens R. Asa-
 riæ quicquam hic R. Salomonis verbis assuere, vel explicationem adjice-
 re: verum conneget hæc verba cum præcedentibus suis met verbis, quibus
 R. Salomonis explicationem per parenthesin interjicit; quam parenthesin
 non animadvertis Morinus. Verba Asariæ sunt; *נתחול למלוח צורת דאות יתנו* *ולא בכתב שלנו אבל באות שקראווה ולו כתוב עברית הינו של בני עבר.* הנחר אשר
 תארוהו נ' ככתב ל'בונאה ופר' א'ותיות נדולות בעז אותן שכותבי בקמ'יעות ומאותם
 Horum verborum vera & genuina interpretabilis est: *Incipiens discere figuram literarum; verum non in eâ Scripturâ,*
quam nos habemus, sed in eâ, quam Rabbini nostri vocant Scripturam Hebream, hoc est,
Transfluvialium; quam etiam appellant Scripturam Libonaam (id R. Salomon explicat,
Literas majusculas; quales sunt illæ quas scribunt in Amuletis & Mefisoth) qua usitata
est apud Cutheos, qui sunt Samaritæ. Non vult dicere, R. Salomonem sensisse,
 Samaritanos solitos fuisse amuleta & similes schedas istiusmodi literis scri-
 bere: sed ipse Asarias dicit, intelligi scripturam usitatum apud Samaritanos.
 Parenthesis non animadversa Morino imposuit. Hoc unum est.
 Deinde assert Morinus aliam expositionem ex quoddam R. Mose, qui
ל'בונאה interpretetur Scripturam in facie sui ipsius. At quid est
Scriptura in facie sui ipsius? Scriptura per se, Scriptura peculiaris; ut Syriaca, quâ
 Christiani in monte Libano utuntur. Tertiò adducit additiones Talmudi-
 cas, quæ tradunt, Locum aliquem sic vocari, à quo Scriptura ista nomen
 sibi fecerit. Horum vero nihil Morino sapit, sed novam & propriam suam
 interpretationem profert, inquiens: *Nos vero Rabbinis omnibus explosis, Scriptu-*
ram insculptam vertimus. Constat enim ex R. Nathane in Aruch, *ל'בונאה* in Talmud
nunnquam pro Scalpro seu Calo usurpari, & ל'בונאה pro Re incisa. Respondit igitur,
 inquit, Raf Chasda interroganti, *Qua esset Scriptura Hebreæ, quâ Cuthæ utuntur?* Il-
 lam esse, que in numismatis seu sciclis Iudaicis insculpta conspicitur. Itaque Morinus
ל'בונאה interpretatur *Insculpta scriptura?* Quo vero fundamento? quia nem-
 pe constat ex Aruch R. Nathanis, *ל'בונאה* nunnquam in Talmud pro
 Scalpro seu Calo usurpari, & pro Re incisa. Diu hæsi, antequam apud
 R. Nathanem hæc in Aruch reperire potuerim. Tandem vero deprehendit

222 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

di, unde istas novas & acutas interpretationes excusperit. In Aruch, in tertio, adducuntur ex principio Gemaræ libri Cholin fol. 8. i. sequentia verba, **לִבְנֵי סְכִין כָּאֹר וְשַׁחַת בָּהּ**; unde, nisi omnia me fallant, ipse ex primis verbis elicuit, **לִבְנֵי סְכִין לִבְנֵי Cultrum**; & Cultrum deinde sumpsit pro Scalpro vel Cælo; quo nihil alienius, vel à mente R. Nathanis, vel Gemaræ seu Talmudis. Illa enim verba adducuntur ad illustrandum significatum verbi **לִבְנֵי**, quatenus Candefacere significat; reddenda sunt; & candefecerit (lanius) cultrum in igne, & maclaverit eo. Mox sequitur ibidem: **חִזְוֹה קָדָם לְבִנָּה פִּרוֹשׁ חִזְוֹה מִקְרָם הַחֲנוּן תְּכֻוָּה לְבִנָּה** ex quorum verborum tribus his, ipse extudit **לְבִנָּה** significare Rem incisam. Sed toto cœlo erravit: Priora tria verba **חִזְוֹה קָדָם לְבִנָּה**, iterum sunt exempli loco adducta ex Gemara, & reddenda sunt; *Aries ejus* (*cultri sc. maestorii, igni candefacti*) precedit *Candefactionem seu Ustulacionem ejus*; His verbis subjungit Perusch seu explicationem suam R. Nathan; **אֶלְמָנָה Aries ejus prius scindit, antequam urat vel usinulet candefactio ejus.** Quid hæc omnia ad rem præsentem, & scopum Morini? Ex his apparet, nō sine causa ipsum in Praefatione gloriari, ea, quæ in illis Exercitationibus habet, nequaquam è triviali magisterio esse collecta, & Exercitationis primæ cap. 3. se longissimè abesse ab eorum sententia, qui crudâ & indigestâ materia undiq. convasata & consarcinata mole lucubrationes suas infuscire malunt, quæ maturo & decocto rerum & opinionum variarum succo condire, &c. Sanè, si quis liber istius generis hodiè mihi visus, qui crudâ & indigestâ materia Hebraicæ mole sit infertus & confertus, hæ sunt Exercitationes Ecclesiasticae Johannis Morini. Innumera alia producere possem, si necesse foret. Hæc tamen, & alia quamplurima ejus generis, tamquam **שְׂגָגָה Peccata erroris & ignorantie ei condonari possent, nisi זְדוּן Peccatum superbie accederet, quo sæpe testimonia authorum mutila** (quo in facto jam ab alio est deprehensus) adducit, & protervè atque insolenter nimis per totum librum contra Hebraicam Veritatem insurgit, & ex Veritate Hebraica, quo elogio eruditii Patres, D. Augustinus, Hieronymus, Beda, & alii, Textum Hebraicum ornarunt, *Falsitatem Hebraicam facere, ommem ei authentiam & autoritatem adimere, atque in ejus locum Samaritanum nescio quem codicem nobis substituere & obtrudere annititur.* Sed hæc **אָב אַרְוָא in transitu & obiter.** Quod ad rem ipsam, non opus fuisset tanto conatu & molimine novam hujus vocis **לְבִנָּה** interpretationem requirere. Nam, utut in dubium vocari possit, tamen facile ei potest concedi, Samaritanam illic intelligi Scripturam. Israëlitas etenim olim eā usos, & in illâ quoque Legem ipsi à Moze datam fuisse, Hebræi non diffidentur; sed non tanquam authenti-

ca,

etiam, sancta, & ea quā Moses in monte Sinai Legem à Deo accepit. R. Abraham Haróphe in *שלטי הגברים* scribit de hac voce: *Ego putarim, linguam & Scripturam illam venisse à quodam ex filiis Joktan, qui & ipse fuit filius Eber, eque ac frater ejus Peleg: & linguam ac Scripturam Hebraeam communem cessisse in sortem filii quarti Joktanis, qui fuit ירח (Gen. 10. §. 26.) ut *ליבורנה* Libonæa vocatur ab ejus nomine, quasi Lunaris; Nam *ירח* est Luna, & *ליבורנה* quoq; ut haec duæ voces sint Synonima. autem dicitur Luna, quia videtur esse *לנירה* h. e. alba. Ideo etiam *כתב ליבורנה* vocari sic existimari, tūm propter figuræ literarum grandiores, tūm propter filium Joktanis à quo venit, (Jerach nempe.) Hæc ille, quæ verò parùm sapiunt. Verùm tempus est, ut ex diverticulo iterum in viam redeamus. Cœpimus considerare & ponderare Testimonia, quæ pro Novitate literarum Hebraicarum, & Antiquitate Samaritanarum, producuntur. Atque hæc quidem duo, de quibus haetenus egimus, sunt præcipua, quæ ex Veteribus authoribus adferri possunt; quæ tamen, uti vixum, alteram sententiam non evertunt. Et posito, unum vel alterum ex Hebræis olim in sententia hac fuisse, nondum tamen sequitur, illos tot allatis testibus & testimoniis præferendos esse. Quæ ex iisdem de appellatione Scripturæ Assyriacæ proferuntur, mox expendemus.*

52. Unius adhuc ex Talmudicis testimonii meminit Joseph Albo, dum scribit lib. 3. cap. 16. *ולפ' הנראת מסוג'ת המרא ריש פרק כל כתבי הכתוב שבידיינו* h. e. Et secundum id, quod perspicit ex paragraphe vel sermone quodam Gemara, in principio capitilis (quod incipit) *כל כתבי* Omnia scripta; *Scriptura ista, que est in manibus nostris hodie,* quæ libri nostri conscripti sunt, non est Scriptura Hebraica sine dubio. Ita fideliter hæc sunt transferenda. Provocat ad sermonem sive textum quendam Talmudicum in principio capitilis 16. Tractatus de Sabbatho; Verba autem illius textus non adducit, sed Lectoris diligentiae inquirenda relinquit: Nam omnia sunt ipsiusmet Josephi Albi verba. In allegato autem capite duo habentur, ad quæ respicere videtur; *Primo*, fol. 115. col. 1. legitur: *הו כתבי נפתחת מודית עברית פלמית ענית Si libri fuerint scripti Aegyptice, Medice, Ebraice, Elamitice, Graecè: deinde col. 2.* אין בין ספרם למגלה אלא שھספרים נכתבים בכל לשון ומגילה עד שתזהא בתובה אשורה Non est differencia inter libros (relicuos sacros) & volumen Estheræ, (respectu scil. illius rei, de quâ illic sermo) nisi haec, quod reliqui libri scripti quavis lingua, & volumen Estheræ, nonnisi Scripturæ Assyriacæ scriptum. Quomodo hinc argumentari velit & concludere Josephus Albus, non dicit, neque satis video, nisi fortè ex Nomine *אשוריית* Assyriacæ Scripturæ; ad quod autem partim jam in superioribus est responsum, partim inferius adhuc respondebitur. Notandum etiam,

224 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

etiam, in Tractatu Megilla fol. 8. col. 2. hanc Traditionem aliter legi, unde in margine annotatur; **ה'ג** Hoc consideratione opus habet: nam in Megilla aliter legitur. Hic verò non possum non iterum notare egregiam Morini peritiam Hebraicam. Ille enim Exercitat. 2. cap. 4. Josephi Albi sententiam & verba producens, cùm ad hæc à nobis allegata verba veniret, ait; *Hoc rursus probat (scil. Albo) Talmudis testimonio evidentissimo, quo fretus, ait, Consuetudinem esse Gemara, dicere, Scripturam Judaicam non esse Hebraeam (nequamquam sic dicit Albus) Locus, inquit, est initio sectionis, נִלְתָּבֵן. Est autem illa in Tractatu de Sabbatho. Verba autem sunt ista: הַכֹּתֶב שְׁבִידָנִי הַזָּמָן שָׁהֲפָרִים נְכַתְּבִים בְּאַיִלְוָן סְפָק Scriptura, que est in manibus nostris hodie, quâ libri scribuntur, non est scriptura Hebraica sine dubio. Falsum est, hoc in Tractatu de Sabbatho legi: ipsius sunt Albi verba, ut ex fideli nostrâ versione liquet. Si Talmud inspexisset Morinus, non sic scripsisset forte: quia verba ista nullibi reperisset. Iterum itaque apparet, quantum isti homini, in hac & aliis materiis, sit fidendum. Optimè verò scribit alibi; Res unaqueq; suci parum habet, facis plurimum. Paucissimis, multa scribere & bene, concessum est.*

53. RECENTIORES HEBRAEOS quod attinet, sicut veteres pleriq; contrariam sunt sequuti sententiam: ita & hi pænè omnes in eandem ievenrunt, adeò ut qui eam sunt amplexi, sint revera קְטָנוּ מִסְפָּרוֹ נְגֻנָּרִים תְּבָסָם נְשָׁרָקְנָה בְּמִ homines numeri (i. e. oppidò pauci) quos puer facile scribat (Jes. 10.19.) imò quos puer parvus ducat (Jes. 11. 6.) Ex omnibus enim, quos mihi quidem haec tenus videre & legere contigit, nonnisi unum inveni R. Josephum Album, in libro Ikkarim, Orat. 3. cap. 16. qui expressè & disertè hanc sententiam de Novitate Literarum Hebraicarum, & illarum in Assyrias mutatione, suscepit defendendam & propugnandam.

Sed quid unus contra tam multis? **בְּתִירְנוֹרִין קְטָלוּה לְאַרְיאָה** Duo catuli occidunt leonem, habet vetus adagium in Sanhed. fol. 95. 1. Quid ergo si tot leones, ut R. Abraham, Aben Esra, Salomon, Rambam, & reliqui suprà commemorati, contra unum catulum? Utitur ille argumentis & testimoniis, quæ partim produximus, partim producturi sumus. Nomine quidem *Albus* est: sed popularibus suis *Niger* in hac quæstione, & *atro lapillo* notatus. R. Asarias scribit in Meor enájim cap. 56. **אֵין סְפָק כִּיצְתַּת הָרָאֵלְבוֹן** אמר ג' פרק י' מס' עקריו אל שה תורה נתנה בכתב עבר הנhor היא אפס ותו ווועת **ה. e. Nullum** est dubium, quin inclinatio R. Josephi Albi, in libro Articulorum suorum, in eam sententiam, quod Lex data sit Scripturâ Transfluviali, sit frivola & manis: sententia verò sapientum, quod Lex data sit Scripturâ Assyriacâ, pro optima habebitur in eternum. R. Jacob in En Jisráel fol. 142. col. 2. postquam ejus sententiae mentionem fecisset,

fecisset, subjicit continuò כִּי הֲלֹא זֶאת סְבָרָא נִמְשְׁכוּ? ממנה כמה בטלים זכו' Sed Deus liberet nos, ne ita sentiamus; nam plurima ex hac sententia sequuntur absurdia, &c. Et fol. 143. 2. וּכְבוֹד חָרֵךְ אַלכְוּ בְּמִקְומֶוּ מִנְחָה כִּי בַּרוֹא'. ח' הרשות נתונה לכל תלמיד קטן כמוני שיאמר עליי כִּי לֹא שָׁת לְבָוֹא לְסִגְנִיתָנוּ שְׁבָמָן תְּמִילָה עַל עַזְיָן מִצְפָּךְ: וּכְרוֹנְדָה אַבְדָּמָנוּ לְהַזְתָּה הַפְּciָה מִטְשָׁלָה לְדָבְרֵינוּ כִּי מַעַזְן גָּדוֹל וּקְטוֹן Honor R. Josephi Albi in loco suo maneat, sartus tecbusq; esto. Interim re vera potestas data est (licet) curvis discipulo parvo, qualis ego sum, ut dicat, ipsum non apposuisse cor ad Traditionem nostram, quam habemus in Libro Megillah, de literis Menatzpach, & oblitum esse, eam plane contraria esse verbis ejus in oculis (judicio) omnium, parvorum & magnorum. Ex quibus appetit, quid alii Rabbini de ipsius sententia judicent. Verba & rationes ejus accurate refutat hic R. Jacob in En Jisraël: ubi etiam ostendit, illum habere & proferre ex Talmud, quae illuc plane non habentur; ut cum dicit, Rabbi Jehuda sententiam non valere quicquam contra sententiam Rabbinorum seu Doctorum; cum tamen in Talmud negry quidem extet, quod haec sit communis sententia Doctorum, sed potius contrarium.

54. Deinde adducunt pro hac sententia R. Mosen Nachmanidem. Hic in fine Commentariorum suorum in Pentateuchum scribit; Cum venisset in Terram sanctam, in Acho sibi exhibitum & ostensum fuisse Siculum, literis claris & legibilibus signatum. Eum cum Cuthais monstrassent, evestigio ab illis agniti fuisse scripturam & lectam; כי היא בכתב עברי אשר נשאר לבותים eo quod fuerit scriptura Ebraea seu transfluvialis, quae relicta fuit Samaritanis, juxta id quod legitur in libro Sanhédrin. Sic adducunt hunc authorem, Drusius ad difficiliora loca Exodi cap. 57. Arias Montanus de Siclo, Morinus, alii.

Sed hinc mihi non videtur concludi, quod intenditur. Dicit, Siculum ilum sibi monstratum, continuisse scripturam Hebraeam seu transfluvialem: dicit, scripturam illam relictam esse Cuthais. Utrumque concedi potest, sine præjudio alterius sententiae. Nemo enim negat, Hebraeos olim in Monetis scripturam illam adhibuisse: non negatur, eam scripturam relictam esse Cuthais; sed negatur, Hebraeos olim hanc scripturam solam habuisse, & hanc fuisse Scripturam sanctam, quâ Deus Legem Tabulis inscripsit, quaque Moses Legis exemplar authenticum scripsiterit, quod R. Moses nusquam affirmat. Unde dubium apud me est ipsius testimonium, nec evidenter ex eo liquere puto, illum hujus sententiae fuisse. Quinimò omnem dubitationem tollere videtur, quod ipsem in Præfatione in Pentateuchum scribit. Adducit illic ex Rabbinis sententiam quandam, quâ dicunt; חַמְשִׁים שָׁעָרִים בְּנֵה נְבָרוֹא בָּעָלָם וּכְלָם נְמָשָׂר לְמַשָּׂה הַזָּמָאָז Quinquaginta Portæ intelligentiæ creatæ sunt in mundo, quæ omnes traditæ sunt Moysi, exceptâ unâ.

226 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

כל הנזכר למשה רבי' בשער היבנה הכל
כתב בתורה כפירוש או ברמיה כתיבות או בנימטוראות או בורות האותיות חתובות
חלכתן או ממשתניות בזורה בזורה הלופות והעוקמות והלטן או בקוצ' האותיות
h. e. Et quicquid traditum fuit Mosi in Portis intelligentie, id omne scriptum est in Lege, expresse vel implicite & per aliquod indicium, vel in Dictionibus, vel in Gematriis (numeris) vel in Figuris literarum, scriptarum tunc ritè & more suo, tunc in formâ suâ mutatarum; ut putâ in Literis involutis, senioris, & alii, (ut est litera ק, quæ aliquoties inversa scribitur: ♩ quod suspenditur: literæ punctatae, majusculæ & minusculæ): item in Apicibus literarum, & coronis illarum, sicut Rabbini dicunt; Cum Moses ascendisset in altum, &c. vide supr. th. 8. Nam indicia illa non intelligentur, nisi per Traditionem oralem usq; ad Mosen in monte Sinai. Hinc dicunt in Schir hasschirim rabba de Chiskija, quod librum APIKON Apicum monstraverit ipsis, qui est liber notus, in quo explicatur, quot sint Aleph coronata in Lege, item Beth, &c. Sic dicit mox de Salomone, quod omnia quæ scivit, habuerit ex Lege, & invenerit in ejus expositionibus, subtilitatibus Grammaticalibus, literis, & apicibus illarum, &c. Sanè, si hæc conferantur cum iis, quæ dicta sunt supra Thes. 16. apparebit, Nachmanidem hæc intellexisse de figuris Literarum Hebraicarum hodiernis, ac proinde statuisse, illas in monte Sinai Mosi à Deo traditas fuisse. Itaque hac ratione פג'ורם נושא קטגוריה Ad vocatus illorum sit accusator illorum.

55. Et hæc duo sunt testimonia Hebræorum recentiorum, quæ communiter proferri solent, quæ illis, quæ nos suprà produximus sub thes. 20. nec numero, nec pondere sunt æquanda.

56. Johannes Baptista Villalpandus in splendido & sumptuoso Commentario in Ezechiem, Tomo 3. pro sententia ista gloriatur de R. Afariæ, saepius à nobis in hac dissertatione, pro alterius lenthentiae confirmatione, laudati, testimonio: Verum (inquit) de antiquis Hebraeorum literis libet Hebrei cuiusdam ex neotericiis testimoniorum ad verbum referre: quamvis enim non tante videatur esse authoritatis, ut huc referatur; tamen quoniam de rebus suis agens, veritate coactus argumenta nobis suppeditat, ad exaltanda Crucis Christi mysteria, adversus Juadeos validissima, ejus singula verba referam, que è Rabbinica lingua fideliter Latine redidit Benedictus Blancarius Romanus presbyter: Librum vero vocat פג'ורם Lumen oculorum, quo ipse maximè indigebat. Is vero sic scribit: Dicemus nonnulla de figura ac forma literarum Hebraicarum, non de illis, quibus hodiè utimur, sed quibus legerunt Majores nostri. In libro Megillah, & libro Sanhedrin, scriptum erat literis Hebraicis, eorum sc. qui ab Heber descenderunt, cum quibus etiam insculptæ erant literæ eorum, qui sunt in Libano, &c. Sic Villalpandus, Reliqua quæ sequuntur, cùm non ad rem faciant, non sunt necesse.

necessaria. Quām verò appositè hunc R. Asariam pro sua sententia in me-
dium producat, apparebit, si sequens nostra fidelis, vera, & genuina ver-
borum Asariæ interpretatio, cum Villalpandi vel Blancucii illius versione
conferatur: Nunc, inquit, cùm propemodum ad finem hujus libri nostri pervenimus,
incipiemus demum addiscere figuram literarum, non quidem Scripturæ ejus, quam noi
habemus, sed ejus, quam Rabini nostri p. m. in capite primo Megillah, & cap. 2. Sanhe-
drin, vocant Scripturam Hebream, h. e. filiorum transflavium, quam etiam vocant Li-
bonaam, &c. Quid in his verbis quæso, quod Villalpando faveat? Quæ
nos suprà variis in locis ex hoc R. Asaria pröduximus, satis luculenter do-
cent, cuius ille sententiae fuerit. Ideò tamen monendum hic Lectorem
duxiimus, ne quis in hunc Villalpandum incidens, existimet, illum ali-
quid, quod alteri sententiae officere queat, proferre, vel nos studio aliqua
dissimulare: & ut appareat, magnorum illorum operum Patres in his mi-
nituis etiam aliquando errare posse, & in pretiosis istis voluminibus sæpè
הַיּוֹת תְּהִלָּה הַלְּדֹבֶר fufures pro farinâ, & pro thesauris carbones venditari.

57. Morinus Exercit. II. cap. 2. citat etiam Samuelem Japhe: sed ejus li-
bros haec tenus mihi videre non contigit. Summopere tamen dubito, num
disertè pro hac sententia pugnet; quia à nemine Hebræorum eum in hac
causa adduci video. Quæ de mutatione scripturæ pér Esram facta dicit,
intelligi possunt de ea mutatione, de qua in superioribus actum, quâ vi-
delicet Esras scripturam Hebræam vulgarem in sacram permutavit, & or-
dinavit, ut in posterum eâ tantum Judæi, tanquam verè Hebræa & sacrâ,
uterentur; alteris, Samaritanis relictis. Conjecturam meam sovet, quod
videam, illum etiam ad confirmationem sententiae suæ adducere verba
authoris libri En Israël, qui manibus pedibusque hanc sententiam impu-
gnat. Firmat conjecturam, quod idem R. Samuel Japhe dicit; Danielen
& Esram novisse scripturam illam, & Assyrios eam ab ipsis didicisse. Omninò puto
illum idem sentire cum R. Jacobo, cuius verba hac de re producentur in-
frà Thes. 68. Si Angelus novam planè Scripturam protulit, qui eam no-
verunt Daniel & Esra? qui eam alios docuerunt? Valdè vereor, ne Mori-
nus hic iterum more suo agat, & authorem hunc obtorto collo huc trahat.

Hæc itaque sunt testimonia Hebræorum Neotericorum.

58. CHRISTIANORUM verò Scriptorum gravissimorum Testimo-
nia sicco pede nequaquam hic sunt prætereunda. Nam in iis non mini-
mum fundamentum ponunt hujus sententiae Patroni.

59. Præcipuum, & cui omnes innituntur, est D. HIERONYMI, Pa-
trum Latinorum in Hebraicis doctissimi, quod proinde diligentiore con-
sideratione dignum. Is ergo in Præfat. in librum Regum, sic scribit: v-

228 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

ginti & duas esse literas apud Hebreos, Syrorum quoq; lingua & Chaldaeorum testatur, quae Hebreæ magna ex parte affinis est. Nam & ipsi viginti duo habent elementa, eodem sono, sed diversis Characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Mosis totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumq; est, Esram Scribam, Legisq; Doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem Templi, sub Zorobabele alias literas reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usq; tempus, uidem Samaritanorum & Hebreorum characteres fuerint.

60. Quid de hoc D. Hieronymi testimonio sit judicandum & sentendum, jam olim viri docti allaborarunt. Picus Mirandulanus in Epistolâ ad Amicum ignotum scribit; *Quo tutari dictum Hieronymum possum*, hoc unum habeo, quod nuper legi in Commentarius libri, quem Pater antiquus Abraham de Creatione (הַרְבָּה יְמִינָה) edidit; Dum enim duas illas & triginta portas, quarum meminit, autores interpretantur, dicunt, numerum illum ex decem numerationibus, & duabus ac viginti literis, conflari. Reliquas autem literas, quæ sunt, Mem, Nun, Tzade, Pe, Caph, & nonnunquam duplices dicuntur, quarum characteres sunt וְנִזְׁנֵת, ab Episcopis sive Praefectis additas fuisse. Hoc forte Hieronymus intellexit, cuius testimonium & haberi apud omnes omnibus in rebus debet, & habetur profecto apud me sanctissimum. Huc pertinet, quod Johan. Reuchlinus scribit lib. 2. Cabalæ: Tertiò memoratu dignum est, singulas Alphabeti literas primordiales certum significare numerum, etiam quinq; terminales, quas longè post ille prudens Esra simul cum punctis adinvenit.

Wilhelmus Schikhardus in Tractatu de Nummis Hebreorum scribit; *Ad Hieronymi locum; si modò conciliare velimus, respondeo, esse illum de Vocalibus intelligendum, quas Esra primus consonis adjecerit: vel de characteribus Syris, qui illâ etate primium nati, Christi & Apostolorum temporibus in usu fuere.*

Sunt qui putant, Hieronymum opinionem istam hausisse ex Esra 4.23. & cap. 14. v. 20. 21. 32.

Sed non necessarium est forte, ut ad ista confugiamus. Dicit Hieronymus, Esram alias literas reperisse, post captam Hierosolymam & instaurationem templi, quibus nunc utimur: deinde, Eosdem ad illud usq; tempus fuisse Hebreorum & Samaritanorum characteres. Quò verò fundamento hæc asserit? Certum est, ait. Unde verò certum ei fuit? Hoc Hieronymus non exprimit, neque alii haftenus, quod vidi, satis explicarunt. Ego puto, Hieronymum hoc habuisse ex Hebreorum traditionibus, quas vel legerat, vel ore tenus didicerat à Judæis præceptoribus suis. Nam constat, plura istiusmodi Hieronymum à Judæis hausisse, & sæpè commentitia. Et potuerunt hæc Hieronymo ab illis innescere. Nam circa annum Christi 150. prodierunt primæ Deuteroſes (*Mishnájoth* vocant) textum Juris Talmudici continentes. Hæc prælectæ, explicatae & disputatae fuerunt in Hierosolymitanis

& Ba-

& Babylonicis Academiis. Disputationes istae, & earum decisiones, appellatae *Gemara*. Sic ex Mischna & Gemara prodiit *Talmud Hierosolymitanus*, Anno Christi 230. cuius doctrina sine dubio Hieronymo innotuit. Disputationes verò Babylonicae in Academiis, maximè Pomedithanâ, Sotîâ, & Nahardéah, super Mischnájoth habitæ, collectæ fuerunt longè post in unum corpus, quod appellatum *Talmud Bavelisive Babylonicum*, atque priori longè fuit perfectius & copiosius, completum circa Annum 500. Hieronymus ergo, qui annum Christi 400. supervixit, potuit de hoc etiam aliquid cognovisse. Jam verò ex iis, quæ partim in prima, partim in secunda hujus Dissertationis parte, ex Talmudicis à nobis sunt adducta, apparet, diversas ab hac resententias inter ipsos fuisse; præcipue tamen duas. Una eorum, qui statuerunt, Esram in descriptione Legis usum fuisse Assyriorum Literis, easque in posterum quoque populo Hebræo usurpandas elegisse & commendasse; priorem autem scripturam priscorum Hebræorum reliquise Cuthæis, id est, Samaritanis, Judæam inde à deportatione Israëlitarum incolentibus, uti vidimus. Altera eorum, qui statuunt, has literas, quas adhuc habemus, easdem esse, quas Moses à Deo in Tabulis accepit, & semper inter Judæos, quamvis non in publico & communī usu, fuisse: ab Esdra autem nullam aliam mutationem factam, quām quod, Scripturâ vulgari Samaritanis relictâ, hanc solam, ceu genuinam & sacram, in posterum Judæis usitandam ordinari & injunxerit. Ita fieri potest, ut Hieronymus priorem, vel à Judæo præceptore suo ita persuasus, vel de Hebræorum sententia & mente non satis solidè informatus, tanquam certam arripuerit. Unde enim quæso, quām ex historia Hebræorum, illa certitudo esse potuit, de quā scribit? Quid verò de ista Hebræorum sententia judicandum sit, suprà visum th. 42. 43. &c. Quid, quod fieri potest, ut Hieronymus hanc sententiam à Samaritanis ipsis imbiberit, quorum, de *ωλεγάθη* Mosis gloriantium, libris se usum esse, non uno in loco scribit? Vidle eum in Comment. ad Gal. cap. 3. v. 10. & in Quæst. ad Genesim, ubi dicit Genef. 4. v. 8. in Samaritanis codicibus extare hæc verba, *Transeamus in campum*: sed esse superflua. Mox ibidem iterum illorum mentionem facit, &c. Non itaque abs re est, quod scribit Franciscus Junius ad Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei cap. 2. *Hoc à Judeis Preceptoribus suis dicerat Hieronymus, audacissimis Commentatorum istorum Magistris; & à Samaritanis, qui istam laudem sibi adhuc falso vendicant memoriam nostram, seq; matricis illius scripturæ custodes affirmant esse, quod mihi quidem nec verisimile videtur esse.* De Samaritanis vide thes. seq; iterum. Incertam etiam reddit hanc sententiam, quod si Samaritani characteres soli usitati fuerunt inter Judæos, usque ad tempora

230 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Esræ, & redditum ipsorum ex captivitate Babylonica, cur nulli Prophetarum libri eo charactere scripti extent? nam ex hac sententia sequeretur, Prophetas illos omnes, qui ante captivitatem scripserunt, eo charactere sua exarasse. At ubi unquam auditum, tales aliquos libros à quoquam visos esse? Quæ ejus rei indicia aut vestigia? An probabile est, Dei providentiam ita circa conservationem archetyporum dormitasse, ut illa omnia, imò omnem illorum memoriam, simul & semel interire permiserit? Contrà non obscura videntur esse indicia, Prophetas charactere hodierno Hebraico sua scripsisse, ut supra Th. 31, visum de Mem clauso sive finali in medio vocis. Gloriantur literarum Samaritanarum patroni, de Siclis antiquis adhuc extantibus ab illo tempore. At de libris Propheticis aliquibus, eo charactere superstribus, ne gry quidem unquam auditum. Adeo his, quòd aliter etiam verba Hieronymi exponi posse videntur; ex Postelli sc. sententia, quam suprà verbis ipsius fusè expositam, & ex Hebræis confirmatam proposuimus. Dicit, *Esrām alias literas reperiisse, quibus nunc utimur.* An verò probabile est, D. Hieronymum statuisse, Esram ex cerebro suo has literas effinxisse & excogitasse? Non puto. Veteres sc. Hebræorum characteres sacros latentes, publicè produxit, proposuit, & in usum revocavit, quod populo, qui eos vulgò ignorabat, videbatur, ac si novos reperisset. Postellus dicit, illum finxisse, se novos reperiisse, quod mihi durum videbatur. Dicit deinde: *Ad illud usq; tempus eosdem fuisse Samaritanorum & Hebræorum characteres.* Id si exponatur de Exemplaribus communibus, & de Literis in communi usu, & negotiis civilibus, usitatis, nihil officit sententiæ priori. Sic alibi Samaritanos characteres vocat *Antiquos*. Antiquitatem autem nemo ipfis derogat. Nullibi eos vocat *Primigenios*: nullibi etiam dicit, Deum illis literis Legem in Tabulis exarasse. Ita sanè Postellus in Alphabeto 12. Linguarum adducit Hieronymum, non tanquam sibi contrarium. Agnoscere videtur Postellus, Hieronymum vera dixisse; agnoscit, mutationem characteris per Esram factam esse, (sed non tam, qualem multi imaginantur;) agnoscit, Samaritanos characteres Judæis olim in usu familiari fuisse: agnoscit antiquitatis vestigia in siclis, Samaritanis characteribus signatis. Unde Scaliger in Libro de Emendat. Temporum, & alii multi, qui cæteros Postelli libros non viderunt, in quibus mentem suam clarius expressit, arbitrati sunt, illum Samaritanos characteres pro primigeniis Hebræis habuisse. Quàm verò longè absuerit ab ea sententia, suprà visum. Ita Ezech. cap. 9. scribit Hieronymus: *Antiquis Hebræorum literis, quibus usq; hodiè utiuntur Samaritani, extrema Thau litera cruci habet similitudinem.* Et Præstat, in librum Regum: *Et Nomen Dei Tetragrammaton in quibus-*

quibusdam Gracis voluminibus usq; hodiè antiquis expressum literis invenimus, Intellege; de Literis olim in usu familiari receptis & consuetis: quos itidem antiquos esse, nemo negat.

61. Ex veteribus Ecclesiæ Christianæ scriptoribus est etiam EUSEBIUS, qui in Chronico suo, ad annum mundi 4740. scribit: *Fuit autem Esra eruditissimus Legis Divine, & clarus omnium Judeorum magister, qui de captivitate regredi fuerant in Iudeam, affirmaturq; Divinas Scripturas memoriter condidisse, & ut Samaritanis non miscerentur, literas Iudaicas commutasse.* Ad hujus autoritatem iterum responderi potest; Quod de commutatione literarum per Esram dicit, id exponi posse de ea mutatione, quâ vulgares literas inter Hebræos usitatas Samaritanis reliquit, & in Judæorum usum primogenias & Mosaicas veras Hebræas produxit & exposuit: *Vel, illum sic à Samaritanis Judæis edoctum ac persuasum hæc scripsisse.* Eusebius enim Cæsareæ Palæstinæ erat Episcopus. Cæsareæ autem magna fuerat copia Samaritanorum Judæorum, & Schola celebris. Frequentissima in Hebræorum scriptis mentio & Urbis ac Scholæ Cæsareæ, & Samaritanorum Cæsariensium, in quibus vocantur כות"א זקירז ב'ου Cuthæi, h.e. Samarita Cesarienses. In Talmud Hierosol. Tractatu Avoda sara cap. 5. fol. 44.4. כות"א זקירז ב'�ו' אבוח' Cuthæi Cesarienses quesiverunt ex R. Abbu. Et mox iterum: כותא' זקירז מטור להלחות; ברבית Cuthæis Cesariensis permisum est mutuò dare in usum. Vide & ibid. cap. 3. fol. 42. col. 3. Rabbi Benjamin in suo Itinerario scribit: ומשם ששה פרסאות לטיירא ה'יא נד אשר לפולשת'ם ושם במו ערלה'ם וה'יא ציר עזה וטובה מאד זמתים כות'ם הם ה'יהווים השומרונים הנקראים שמוטני'ש וה'יא ציר עזה וטובה מאד על ה'ים מבני' קיסר אנפטורו המלך זוקרא טמה קיסריה circiter parasangis abest Cesarea, que est Gad Philistiorum olim. Ibi erant nonnisi decem circiter Iudei; Cuthæi vero ducenti, hoc est, Iudei Schomronim, qui vocantur Samarite. Estq; urbs pulchra & optima, juxta mare, adificata à Cæsare Imperatore & Rege, qui eam vocavit Cesaream. Hinc facile fieri potuit, ut tale quid à Cuthæis Cesariensis addidicerit Eusebius. Et forte ab Eusebio Hieronymus quoq; didicisse potuit. Brevi enim post Eusebium tempore vixit & scripsit Hieronymus. Samaritani autem Judæi de Charaktere authentico perpetuò gloriabantur, quemadmodum Alaschkar scribit in Resp. cap. 74. אמרם חכותם ספר תורה שלهم וכל ספריהם בתווים עבריים, ועוד ה'ים מתעתמים למור שבאותם h.e. Liber Legis Cuthæorum, & omnes reliqui illorum libri scripti sunt illâ Scripturâ Hebreâ (Samaritanâ.) Et adhuc hodiè pertinaciter contendunt & dicunt, in eâ Scripturâ datam esse Legem; item, se habere exemplar Libri Legis in Sichem, scriptum à diebus Pineas filii Eleasar; & similia multa.

232 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

62. Post Eusebium & Hieronymum alii quoque istam sententiam sunt sequuti, inter quos VENERABILIS BEDA, qui ad Esræ cap. 9. scribit; Ferunt quoq; Hebrei, neq; apud eos de hac re ulla dubitatio est, quod idem Esras leviores literas excogitaverit, sub nominibus earum, quas hactenus habuerunt, quibus velocissimè tantam librorum copiam, quæ erat consumpta, reficeret. Unde non solum Scriba, verum etiam Scriba velox cognominatur. Piores autem litera remanserunt apud Samaritas, quibus illi quinq; libros Mosis, quos solos de sancta Scriptura receperant, scribere solebant. Probabile est, quæ Beda hic scribit, illum non ab Hebræis ipsis, sed ab Eusebio forte & Hieronymo didicisse. Unde, quæ ad illorum & Hebræorum testimonia responsa fuerunt, hic quoque locum habebunt.

Hoc tamen adhuc addi potest, sententiam istam ideo fortassis quoque tantò facilius ab ipsis Patribus receptam fuisse, quod persuasi fuerint, tempore captivitatis Babylonicae unà cum Urbis excidio, & Templi incendio, penitus ad unum omnes sacros libros periisse, & ab Esrâ, Prophetico spiritu, ex sola memoria, de novo conditas & restitutas esse. Sic Ireneus lib. 3. cap. 25. Eusebius loco suprà citato, Clemens Alexandrinus Stromatōn libro 1. Tertull. Basil. Theophylactus & alii complures. Sed fabulosa ista meritò viris doctis & cordatis censemur opinio, ex fabuloſo lib. 4. Esdræ cap. 14. prognata. Contrarium docet liber Nehemiæ Canonicus cap. 8. v. 1. ubi Universus populus, tanquam vir unus congregatus, dicitur rogasse Esram Scribam, ut afferret librum Legis Mosis, quam præcepérat Jehova Israëli: & v. 2. Attulit igitur Esras sacerdos Legem, &c. Ubi Esdras ex scripto dicitur legem legisse, non tanquam Numen dictasse. Sic Josephus Antiq. Judaic. lib. II. cap. 5. Rogaverunt Esram, ut eis Legem Mosis legeret: quod & fecit, stans in medio multititudinis à manè usq; ad meridiem, &c. Hebræi sane de universali isto librorum sacrorum interitu, & miraculosa ac prophetica per Spiritum S. extemporaneâ restitutione per Esram factâ, nihil quicquam uspiam dicunt vel scribunt. Quid illi ab Esdra & collegis ipsis Viris Synagogæ vel Syndodi magnæ, circa restitutionem Sacrae Scripturae præstitum esse censeant, vide apud Eliam in libro Masoreth Hammasoreth Præf. 3. & in Tiberiade sive Commentario Masorethico cap. 10. & 11. Placet hic apponere judicium eruditum quondam viri, Theodori Bibliandri, qui in Comment. De optimo genere explicandi Hebraica, pag. 70. sic scribit de hac re: Ex eadem Judæorum temeritate (aut potius; Ex non rectè percepta & intellecta Judæorum sententia) opinor natam esse, & ad nostros transfusam traditionem; Quod sacros libros, in captivitate collapsos & perditos, unius Esra memoria reparaverit. Audiverant enim homines nostri, & nimium simplices atq; creduli, verum esse putaverunt, de amplitudine ingenii & eruditioñis Esræ: ut est ea gens immodica jaclatrix suorum, & in hac parte Græcis ali- quanto

quanto varior. Sed quām periculose illud asseritur? Quis non videt tentari & labefactari authoritatem Scripturarum, quibus debetur summa veneratio? Non enim legeremus nunc Esajam, Davidem, Mosen, Job, & alios, sed quod unius hominis memoria potuisse suppeditare. Non haberemus consensum Prophetia Hebraica, vel potius Divina, per tot secula: sed angustia unius ingenii, esto excellentissimi, unius tamen, omnem Scripturam Canonicam terminaret. Sed quomodo libri sunt amissi? quis regnum persecutus est? quis incendio & ferro extinguere voluit? Nabuchodonosor enim, Princeps fortissimus, & sapientissimus, & religiosissimus, quanquam ex prava institutione principis falsorum Deorum superstitione obnoxius fuit, non tamen bellum gerere cum libris voluit, qui vasa etiam Templi Hierosolymitanus consecrat in fano Beli. Atque in fidem recipiens Jechoniam, qui se ad verbi Divini iussum tradebat, non adversatus est, quin monumenta sacra & politica secum deferrent in Babyloniam, totaque nobilitas regni cum Principe abiens, pretiosissimas opes, & quarum usu non possent carere, ut lectione saltem Divinorum Scriptorum consolarentur exilium, domi relinquere non voluerunt ius, quos merito ut impios, & Prophetis immorigeros, judicabant. Scilicet Daniel, & socii ejus, de semine Regio, sine libris Divinis se abduci a patria passi sunt. Nonne Daniel legit Jeremiam? Nonne Cyrus cognovit, in Prophetia Esiae nomen suum contineri? Nonne Esajas consolationem ad captivos in Babylone, quae est a cap. 40. ad 49. preparavit, quam in fide unius Dei continerentur Iudei, & non deficerent ad Chaldaismum? Nonne Hieremias epistolam, que est cap. 29. 30. 31. misit in Babyloniam ad captivos, per legatos Tzedekiae, itemque vaticinium adversus Babylonicum regnum, quod est 50. & 51. capite? Ipse Nabuchodonosor, eruditio & ingenius honorem habens maximum, pueros Iudeorum liberaliter institui curavit, & populo captivo aliquam Rempub. & judicis, & catus in suo imperio permisit, & tories perfidia Tzedekiae irritatus, severitatem potius, quam crudelitatem exhibuit. Qui etiam Hieremiam diligentissime commendat primario Duci Nabuzardan, qui Prophetam tractat perhumaniter, & doctrinam probat amplio eulogio, ut non dux hostium, sed paco & Encomiastis Hebraica Philosophia videri queat. Hæc ille. Et sic sunt Testimonia Veterum Ecclesiæ Scriptorum De mutatione literarum per Esram facta.

63. Ex Recentioribus Scriptoribus quamplurimi sunt hodiè, qui istam sententiam sunt amplexi & mordicus tenent, inter quos familiam ducunt, Josephus Scaliger in Notis ad Eusebium, & in Epistolis, Drusius, Author Arcani Punctuationis revelati, Johan. Morinus, quorum verba nonnulla supra thes. 2. produximus: Genebrardus item in Chronolog. Andreas Mastus, Ben. Arias Montanus, Guido Fabricius Bodenianus, Waserus in lib. de Nummis & Gram. Bellarminus, Villalpandus, Cornel. Agrippa lib. 3. Occ. Ph. cap. 30. & alii. Illi vero cum vel solius Hieronymi autoritate nitantur, aut rationibus, quæ partim a nobis jam sunt expensæ, partim in seqq. adhuc examinabuntur,

234 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

supervacaneum arbitror h̄ic diutiū illis inhārere. Postellus, uti vidimus, haec tenus frustrā hujus sententiae fuisse est habitus. Quin ergo ad Rerum Testimonia progredimur, quae h̄ic producuntur.

64. RERUM TESTIMONIA, quae afferuntur, sunt duplia.

65. Primo proferuntur SICLI, characteribus Samaritanis insigniti & notati. Horum typos & figurās variaſ videre eſt apud Postellum in Alphabeto duodecim Linguarum, Ariam Montanum de Siclo, Villalpandum in Ezechielem, Waſerum in lib. de Nummis Hebræorum, Morinum in Exercitationib⁹ Ecclesiasticis, & alioſ. Sicli illi ab una parte exhibent formam Urnula aurea, in qua, Dei iuſſu, Manna aſſervanda erat reſpoſita, cum hac inscriptione, שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל Schékel Jifraél SICLUS ISRAELIS: ab altera parte, Virgam Abaroni, de qua Num. 17. 8. cum hac inscriptione אַוְתֵלָה הַקְרִזָה Jeruschalajim hakkedoschah HIEROSOLYMA SANCTA. Hinc ergo ſic argumentamur; Quia Sicli tales Hierosolymæ olim ſunt effoſi & inventi, & in illis Hierosolyma dicitur Sancta; neceſſario inde ſequitur, illos non à Samaritanis, qui non Hierosolymitanum Templa, ſed ſuum in monte Garizim, pro Sancto habuerunt; verum à Hierosolymitanis iſpis eſtos eſſe: & per conſequens, Literas illas Hierosolymis quoque, & quidem ante captivitatem Babylonicaſ, inter Judæos in uſu fuisse; ac proinde eosdem, ut Hieronymus ſcribit, fuisse Samaritanorum & Hebræorum characteres.

Ad hoc argumentum, quod paſmarium eſt, facile eſt ex ſuperioribus respondere; Duplicem olim habuiſſe Judæos characterem, Sacrum & Prophanum; & hoc posteriore, Communi ſcil. ſeu Prophano, ſiclos illos ſignatoſ fuisse, ut ſuprà prolixè vidimus, ubi de Duplici iſto charactere egimus. Et hic Character haec tenus fuit communis Judæis & Samaritanis. Unde etiam non negatur, ſiclos illos tempore Templa priuilegio eſſe. Sic ſentit R. Asar. in Meor enájim cap. 58. Sic ſcribit Bartenora in Jadajim cap. ult. כָּסָף יִשְׂרָאֵל הַיּוֹ מִשְׁתַמְשָׁן בָּאוֹתוֹ כְּתֵב בְּדָבְרֵי חָלוֹ וּמִטְבָּעָת שֶׁל כָּסָף הנמצאות בְּדָנו הַיּוֹ שְׁחִזְמָן מֶלֶכְיִשְׂרָאֵל וּמִפְתָּחוֹת בָּאוֹתוֹ כְּתֵב illo charactere (Samaritano) in rebus prophaniſ, & monetis argenteis, que reperiuntur hodie in manibus noſtriſ, que ſunt inde a tempore Regum Israëliſ, & illo charactere ſculpta. Plura vide ſuprà ſub theſ. 44.

Non defunt etiam, qui in dubium velint vocari poſſe αὐθεντικού iſtorum ſiclorum, eò quod non ſatiſ conſtet, publicone mandato, an privatō facto, iſtiusmodi nummi cuiſi ſint aut fuſi. Sanè Theseus Ambroſius in Introducione in Linguam Chaldaicam, Syriacam, Armenicam, atque decem alias linguas, fol. 21. col. 2, ſcribit, ſe vidiffe numeros Samaritanos cum literis Sa-

ris Samaritanis, cum inscriptione hac, *Messias Rex venit in pace, Deus homo factus est, vel incarnatus.* Tales vidi ego literis Hebraicis. Et vix dubitandum esse puto, quin sint factitii. Sed tamen prior responsio potior esse videtur.

66. Secundo ajunt, *Samaritanos adhuc hodiè habere & ostentare Exemplar libri Legis à Mōse scriptum literis Samaritanis.*

Rq. Quomodo hujus rei fidem nobis facient? cùm ipse Scaliger scribat, *Samaritanos esse gentem, totius vetustatis, etiam que ad ipsos pertinet, ignarissimam.* De Emendat. Tempor. lib. 7.

Postellus ait, illos habere quidem exemplar Mosaicum, sed literis Hebraeorum vulgaribus scriptum, qualia duodena pro 12. tribubus Israëliticis Moses scripsit; non verò charactere sacro, quo illud scriptum fuerit, quod Tribui Leviticæ datum fuit in Arcâ asservandum; quoque Tabulæ divinitùs exaratae fuerint, ut suprà visum. *Et hac quoq; sunt Rerum Testimonia, que pro authentica Samaritani characteri antiquitate proferuntur. Superest, ut aliquot adhuc Rationes videamus & expendamus.*

67. RATIONES, quibus Samaritani Characteris, & Mutationis literarum Hebraicarum in Assyrias, Patroni, præter jam allatas, nituntur, sequentes potissimum considerandæ nobis veniunt.

68. Primo argumentantur à Nominis *Hebraic*, inquit, characteres hodierni, ab ipsis Hebreis vocantur אַשְׁרִי Assyriaci, idq. idē, quia eas ex Assyria secum detulerunt, solutā captivitate Babylonicā, sicut in Talmud scribitur; לְמַה נִקְרָא אַשְׁרִי עַמּוֹם מֵאַשְׁר Quare vocatur *Assyria Scriptura?* Quia ascendit cum eis ex Assyria.

Ad hanc Objectionem varie varii respondent.

R. Jekúdah Hakkádosch vult, nomen אַשְׁרִית Aschúrith hīc non sumi Propriè, sed Appellativè, & significare Scripturam beatam vel beatificatam, à radice אַשְׁר Aschar Beatum esse, ut suprà thes. 14. visum.

Alii putant, Scripturam hanc *Affyriacam* dici, non quòd Affyriorum propria fuerit, & Israëlitæ eam ab ipsis quasi precariò acceperint; sed quòd cùm antea paucis tantùm esset nota, majori verò parti ignota, eam in Affyria partim à Daniele, partim & præcipue ab Esra, omnes & singuli dicerint, & inde ac ulterius eam solam usurparint. Et hac ratione volunt intelligendum, quod R. Jose dicit, *hanc Scripturam cum Israëlitis ex Assyria ascensisse.* Sic scribit R. Gedalah in Schalschéleth hakabbalah fol. 89. וַיָּקָרְאוּ אֲשֻׁרִית לְפָנֶיךָ שְׁבָאָה גָּדוֹלִי יְשָׂרָאֵל מְאָרַץ כִּיּוֹתָה בַּיּוֹם בְּקִבְּלוּתְךָ וְגַנוֹּותְךָ Vocarunt eam *Affyriacam*, quia attulerunt eam magnates Israëlis ex Affyria (publicè scil.) qua antea in manibus ipsorum fuerat per Cabbalam, sed abscondita, tanquam *Scriptura sancta*.

Ad hoc illustrandum faciet, si inquiramus & videamus, Quā occasione

236 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

Eras publicationem hanc Sacri Characteris in Assyria suscepit? Occasionem publi-
candi hanc Scripturam in Assyria, existimant quidam datam fuisse Esdræ
ab Angelo, qui in pariete hac Scripturâ coram Belschazaro scripsisse cre-
ditur Danielis cap. 5. מִנָּא מִנָּא תְּקֵל וּפָרֹסֶן MENE MENE TEKEL UPHAR-
SIN; atque ita in publico quasi eam proposuisse. Insignis hac de re locus
extat in En Jisraël fol. 142. col. 4. quem non pigrabitur huc adscribere;
Si, inquit author ille, verum est, quod hac Scriptura sit data populo Isrælit: co ab ini-
tio, & Lex illa, quam Moses Isrælitis dedit eā scripta fuit, פָּאֵן בָּא לְבָנָו בְּשָׁם אַשּׁוֹר
unde venit quod nos eam cognomine Scripturæ Assyriacæ vocemus? Præterea,
ex eo quod in Talmud dicitur; Quare vocatur Assyria? quia ascendit cum
eis ex Assyria; dicere quis posset, זְדֻר הַלְזָה מִנְתַּן בְּהַז בְּבֵית הַכְּבָרוֹת per farcas-
num vel cavillationem; Quis dedit Sacerdotem in loco sepulchrorum? רְצִינִי לֹמֶר בְּגַתְזָן?
valo dicere, Quis tulit linguam sanctam in Assyriam, locum immundum, ut posimus dicere, quod ascende-
rit cum ipsis ex Assyria? Omnia hec docet R. Salomon duabus vocibus, dum ait;
שְׁנַתְּנָתָה לְשָׁם עַל יְהוָה המלאך quod mutata fuerit illic per manum Angeli.
Vult enim his verbis docere, quod prius illa Scriptura neq; Assyriis neq; ullis aliis populis
fuerit cognita, nisi populo Isrælitico, qui eam didicerunt ex Scripturâ Tabularum, & Li-
bro Legis, qui in Arca fuit; qui tamen ipsi non omnes promiscue eam noverunt, sed pauci-
tantum & singulares nonnulli, qualis erat Daniel. Ideo cum venisset Angelus tempore
Belschazaris, & scripsisset in pariete palatii Regii, כתב בכתב זו המשובח והניאל מכל הארץ
scriptis scripturâ istâ laudatissi-
mâ, & prorsus absconditâ vel incognitâ omnibus populis, ipsis etiam Isrælitis, excepto
Daniele, & ejus similibus, &c. Et mox: Daniel ergo istâ occasione Scripturam hanc,
ad ipsorum preces, docuit Principes & Magnates Assyrie, וְכָבוֹר זָה יְכוֹנָה לְאַשּׁוֹר
bac de causa ab Assyria denominata est: Estra vera כתב qui peritus
& exercitatus fuit in ista scriptura, Scribaq; velox, & cui Deus gratiam dedit in oculis
Regis Persia, docuit eam לְכָל יִשְׂרָאֵל universum Isrælem. Atq; hoc sibi vult R. Salomon,
quando ait; Mutatam esse per Angelum; שְׁקוֹדָם בֵּיתָה לְאַדְעַנּוּ שְׁרֵב
qui a scil. ante ejus adventum nemo eam cognoverat. Postea verò diffusa fuit per totum re-
gnum Assyria, docuitq; eam Esras universum Isrælem. Veritatem hujus rei docet, id
quod in fine verborum suorum dicit R. Jose; Quare vocatur nomen ejus אַשּׁוֹר
Assyriaca? Quia ascendit cum eis ex Assyria: q.d. Nemo seducatur, si cogno-
men hoc אַשּׁוֹר Assyriacæ audiat, ac si eodem modo exponendum esset, sicut cùm dici-
mus כתב עברִי Scriptura Hebræa, qua attribuitur Hebraicæ, quia
Transfluviales eam ab annis antiquis tenuerunt & usurparunt. Hoc enim falsum
est; quia hac Scriptura in Assyria non fuit nota, antequam Angelus eā usus fuisset. Vera
proportionatio, propter quam Assyriaca vocatur, est, quia ascendit cum eis ex Assyria: ibi
namq;

nām q̄ didicerunt eam in fine dierum, posteaquam revelata fuisset per angelum, & Daniel docuit eam magnates regni; pricipiū verò didicerunt eam Israēlite, & facti sunt exercitati in ea per Esram, qui docuit totum Israēlem hac scripturā librum Legis scribere, & non aliā, ne quidem Hebrāā (Samaritanā) Hæc R. Jacob. Ex quibus apparet, Quo sensu ipse velit eam Assyriam vocari? Quo item sensu Hebrai dixerint, quod cum Israēlitis ascenderit ex Assyria? Ideo sc. quod vulgus Israēlitarum, ut & Assyrii ipsi, in Assyria ejus cognitionem partim à Daniele, partim ab Esra, sint adepti, indeque secum in patriam reportarint Israēlitæ; non verò quod Assyriorum antea jam propria fuerit. Similiter vult intelligendum, quod dicitur, ab Angelo Scripturam esse mutatam; quod videlicet ille occasionem dederit, veram & veterem Scripturam Hæbræam in usum revocandi, & publicè eam exponendi; non quod Scripturam planè novam protulerit.

Ab hoc etiam Tempore volunt quidam, Assyrios & Chaldæos literis iustis esse usos; hancque causam esse, cur Hebraica & Chaldaica lingua hodie iisdem Characteribus scribantur.

Huc etiam facit locus, qui legitur in Praefatione libri *Arugas habbōsem*, dignus, qui ad ulteriorem materiæ hujus illustrationem producatur. Verba ita habent: בה זכו לקבל תורה מיטני ע' משה והכתב מתכבר אליהם הוא ולמפני: לא ימעלו המוני האוותה הנבחרת בכתב דמקדש הזה להשתמש ממנה דרך חיל במלחמות נתנה התורה ונתפרסמה אל ההמון בכתב עכבר הנגר כתוב ליבונאה ולשון הקדש והאייר בכתב המאושר על הלחוחות וס'ת בלבד המונחים בארון עד שנננו בימי אישיהו ובmesh' הימים כמעט נשכח ולא נשר ב' אם בזוכרו קצת מאצ'יל, בני ישראאל שנלו לאשור והניזזו בארץם אצל הכותים ווותחים בכתב עכבר הנגר אשר תארו אצל בכתב הקדרה הווא כקוּף בפנֵי אָדָם ווּמִמְעַט נִשְׁתָמַשׁ הַעֲמִים הַהֵם לְתֹחֶב שְׁתָנָה עַל הַיּוֹדִים לְאַרְתָּחַשְׁתָּא כאמורו וככתב דגשתחזון ב' נשתחוו והוא שם מוחז בגלילות עבר הנגר באשר קרוב לה העיד הרופא החשוב מ' בפסרו המתואר על מלחתמת פרום: וכל אנרגת דכתובה בתמונה הכתב הבהיר נקראת נשתחווא בספר צוריא: ווחשובה היהת אצל אנשי הנגידות והם להשתמש ממנה למלכים: ובכן הכתב היה נשתחוו ולהלן היהת ארמית אריכה לפירוש כאמור ומתורגם ארמית: ויה' כאשר חשב מלך עריא לחיל בסחוותו כל בית תפארתו הטעורה הקדרה ע' מלאך משנה לעיני עמים ר' רב' (ובני ישראל בתוכם) את תמונה הכתב הבהיר וככתב בכתב הקדרה מנא מנא תקל ופרסין: ומאו חורה להלהית הכתב המקודש להצמיחה ציצ'יו ופזרחו בהמוני עמו הנה הקימו בחינוי וקרוואו בכתב העברי בכתב נשתחווה על י' המלאך ויקחו להם רוכתוין לסמן וככתב הנשתחו נשתחווה: ולכתב המאושר קראו אשורי ואמרו ומה נקרא שמו אשורי מפני שעלה עליהם מאשור והעד שעלי הכתב המקודש שאלו הוא כי על האשורי עצמו לא תחנן שאלת למה נקרא שמו כך: עוזרא הצעין את לבעו לנדר גדר שלא ישכח עוד בכתב הקדרה מ' ר' ר' והוא התייר לכתב בו כל ספרי התורה כאמרם חזקה ונתנה להם בימי עוזרא

238 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

בכתב אשורי : ואחריו כל "שרי" לכ' כתבו בכתב הכתוב דוקא ע' שרטיט לkins תמןתו
הקווצה לא כן בולת כי מרוב קוזחתו ורוחניותו אין להשתמש ממנו בשטרוי הדיוות
כאמורים וכותב לו את משנה התורה כתוב הרואין להשתנות זה כל פרי בני אומתנו בכל
סדינה ומדינה לשנות כתוב המקודש בתוכנותאותיהם שלא להשתמש ממנו דרכ'
חול וגס כתוב זו לא יקרב אל הקדש פנימה :

Linguâ Sanctâ acceperunt Israëlite Legem, & quidem Scriptura Divina erat. Propterea, ne vulgus populi electi Israëlitici prevaricarentur in Scripturâ istâ Sanctâ, usurpando eam זרך חיל communiter & prophane ; idcirco data & publicata est ab initio Lex communi populo Israëlicarum in Scripturâ Transfluviali, Scripturâ Liboneâ, & Linguâ Sanctâ : Scripturam vero illam המאושר beatam Lucere fecit (Deus) in Tabulis duntaxat, & in Libro Legis, que in Arca asservabantur, donec occultaretur (arca) in diebus Josie. Unde, progressa temporis, quasi plane oblixiōni data fuit, neg, superstes manxit, nisi in memoria quorundam primatum ē filii Israëlis, qui in Assyriam deportati fuere, & reliquerunt in terra sua (Israëlis) apud Cutheos, & alios, Scripturam עבר הנחר transfluviale, cuius Literarum forma, ad Scripturam sacram collata, se habet instar simile ad faciem humanam. Hac deinde usi sunt populi illi ad scribendas accusationes contra Judeos ad Artachsharam, sicut dicitur ; וכתב הנשׁתנו Et Scriptura Nischtevan, Efræ 4. 7. Nam נשתנו Nischtevan est nomen Provincie in finibus עבר הנחר Transfluvialis Regionis, quemadmodum tale quid testatur insignis Medicus מ' ד' De Bellis Persie (Inde tota Epistola, scripta figura Scriptura illius, vocatur נשותנו Nischtevana in libro Efræ). Præstans ac insignis valde habita fuit à viris Regionum illarum, ut eā ad Reges uterentur. Ideoq; Scriptura fuit נשותנו Nischtevanica : Sermo autem fuit Aramaeus, qui opus habebat explicacione, sicut dicitur ; ומתרוגם ארמית Et translatum vel explicatum Aramicè. Evenit autem, cum Rex impius & tyrannicus cogitaret in convivio suo prophanare vasa Templi nostri, ut Scriptura Sacra resuscitaretur ac postlimino rediret, per manus Angeli, mutantis in oculis populorum multorum, (inter quos etiam Israëlite erant) figuram Scripturam transfluviale, & sribentis Scripturâ Sanctâ, מנא מנא תקל ופרס' Mene Mene Tekel Upharsin. Et ab eo tempore caput iterum humor Scriptura Sacra progerminare, & flores suos ad plebem & populum nostrum propagare, qui exerunt speculas ejus, & vocarunt Scripturam Hebraeam transfluviale כתוב הנשׁתנו Scripturam quæ mutata est per Angelum; sumperuntq; sibi Rabbini nostri pro signo dictū illud, Et scriptura Nischtevan, q. d. שגשנה que Nistanneh mutata est : Scripturam vero beatam sive sanctam vocarunt אשור Aschuri, dicendo ; Quare vocatur nomen ejus אשור Aschuri ? qui ascendit cum ipsis ex Aschur. Quibus verbis, quod de Scripturâ Sanctâ loquuti sint & quæsiverint, vel inde evidenter probatur ; quod de Scripturâ ipsâ Assyriâ illa interrogatio non quadrasset, Quare vocatur nomen ejus sic ? Efras ergo dispossuit cor suum, ad faciendum maceriam, ne imposterum amplius oblixiōni traderetur Scriptura

ptura Sancta ab ore seminis sui, id est, inter Israëlitas, ac licentiam & facultatem dedit, omnes libros Legis illo charactere scribendi, sicut Rabbini nostri dicunt: Iterum data fuit ipsis (sc. Lex) in diebus Esræ Scripturâ Assyriacâ. Unde etiam post ipsum omnes recti corde scripserunt Libros sacros eâ duntaxat Scripturâ, & quidem per lineationem, ad stabiliendam & confirmandam hac ratione figuram ejus sanctam, quod non sit in aliis. Nam propter summanam ejus Sanctitatem & Spiritualitatem non licet eâ uti in literis idiotarum vel familiaribus, sicut dicunt; Et scribet Rex sibi **את משה התורה** h. e. **כתב דראוי לדורות** Scripturâ que mutari vel variari debet. Et hic est fructus filiorum populi nostri in omnibus & singulis provinciis, quod mutare soleant Characterem sacrum in figuris literarum diversarum, ne eo utantur modo communis & profano. Sed & Scriptura aliena non debet ingredi in sanctum interius (h. e. adhiberi ad libros sanctos exarandos). Hæc ille. In quibus, præter cætera, sententiam nostram egregie confirmantia, quoque observanda ratio quam affert, cur ex illo loco Talmudico, ubi querunt; *Quare vocatur nomen ejus Aschuri vel Assyria?* non possit concludi, quod illa Scriptura Assyriorum fuerit propria; quod sc. hac ratione non opus fuisset istâ quæstione. Supervacaneum enim est querere, *Cur scriptura Latinorum vocetur Latina? Græcorum, Græca? &c.* Ita si Talmudici sensissent, Scripturam istam, quam ex Assyria secum in terram Israëlis detulerunt, fuisse Assyriorum, stolida fuisset quæstio, *Quare vocatur Assyria? &c.*

Sed instant; *Quemadmodum de hac Scriptura Talmudici dicunt, eam Assyriam vocari,* **כָּאשׂוֹר שְׁמַה מִצְחָה** Quia ascendit cum eis ex Assyria: ita alibi de Noninibus mensium dicunt, **בְּבֵבֶל עֲמָם שְׁמַה** quod ascenderit cum eis ex Babel. Atqui illa Nomina mensium revera fuerunt Assyriaca & Babylonica. Ergo eadem ratione Scriptura illa Assyria vocata.

¶. Negatur consequentia: Nam 1. Diversitas est exemplorum, & dispar illorum ratio. Nomina illa mensium Babylonica detulerunt secum ex Assyria, Hebraica non tollendo & abolendo, vel in Assyriaca commutando, sed illis ex abundanti superaddendo instar interpretatorum, Nominibus mensium sacris in Lege inviolatis suo loco relictis. Atqui de Literis dicunt, Hebraicas priscas planè ex usu Judærum, & ex Lege, fuisse sublatas, & in Assyrias commutatas, hasque in illorum locum introductas & substitutas. 2. Si ex phrasí illa sic argumentari liceret, annon etiam de Prophetis illis tribus, qui, in loco paulo antè adducto, dicuntur cum Israëlitis ex Captivitate Assyriaca ascensisse, dici posset, illos fuisse Assyrios & Babylonios? Atqui illi ipsi tres Prophetæ, qui illic cum ipsis dicuntur ascensisse, iidem fuerunt, qui antea cum ipsis quoque descenderant. Eadem ergo potius ratione dicere licet, Characterem illum, qui ex Assyria cum ipsis

240 DISSERTATIO IV. DE LITERARUM

ipsis ascendit, fuisse eundem, qui prius cum illis descenderat; sed cum paucioribus duntaxat & præstantioribus, ut vixum.

Insuper objiciunt quidam, Locum Dan. 1. y. 4. hoc sensu; *A schpenas præpositus Eunuchorum Regis Babylonis jubetur illic sumere de filiis Israël pueros ex regio stemmate prognatos, &c. ut doceret eos Literas & Linguam Chaldaeorum.*
Ergo Literæ Hebraeorum & Chaldaeorum tūm non fuerunt eadem.

12. Facilis est: 1. Nos non asseveramus, tunc temporis jam easdem fuisse literas Hebræorum & Chaldaeorum, ut postea videntur fuisse, post conspectam Scripturam Angeli in pariete. 2. Licet diversæ fuerint, quomodo hinc probatur, Samaritanas tūm fuisse literas Hebræorum, & quidem proprias ac solas: & Hebræas nostras fuisse Characteres Assyriorum? 3. Cūm ex communi sententia, Scriptura ab Angelo in pariete exarata, facta fuerit literis Hebraicis hodiernis; si ea tunc Assyriorum fuit, quī factum, quod Babyloniorum sapientum nullus, sed Daniel solus, eam legere potuerit? An quod illi Daniel docuerunt, ipsi dedidicerunt & obliiti sunt? 4. Quomodo probatur, per vocabulum סְפִיר quod Librum, vel collectivè Libros significat, strictè ibi intelligendas esse Literarum & Characterum figuras: De verbo ad verbum enim sonat: *Ad docendum eos Librum & Linguam Chaldaeorum.* Librum id est libros. Libros, id est, res, artes ac scientias libris comprehensas. *Cedo locum, ubi סְפִיר Literam, vel Literas, seu Characteres significet.*

Denique appellationem hanc *Affriacam* arcessunt quidam ab Abraham & cæteris Patribus, qui ex Affria venerunt in Cananæam, istaq; scribendi ratione usi fuere. Hinc scribit August. Sebas. Nouzenus: *Quamobrem veteres quidam Rabbini, nimirum ut rudiores, vel ipsa nominis appellatione, ad exsculandum, atq; conservandum à Patribus transmissum acceptumq; donum pertraherent, hoc Abecedarium כתבה אשורית Scripturam Affriacam appellaverunt.* Nempe quod à majoribus illis, qui ab Assur primum ad Chananeos hospites venerant ac peregrini, ista scribendi pingendiq; ratio sit usurpata, & ad posteros transmissa. Sic Petrus Cevalle-rius in Annot. ad Gramm. cap. I. Duplici utuntur charactere Hebraeorum scriptores, quorum alterum appellant כתבה אשורית Scripturam Affriacam, quod à majoribus Iudeorum, peregrinantibus apud Cananeos, primum ex Affria sit allata, atq; sic ad posteros usq; derivata.

69. Secunda ratio adfertur in Talmud ex nomine *Mischne*, quod de Lege dicitur Deut. 17. 18. וְנִתְבַּחֵר לְךָ מִשְׁנָה תּוֹرָה הַזֶּאת עַל סְפִיר Et scribet sibi (Rex) Mischne Legis hujus in libro. Radix enim hujus nominis, Verbum שְׁנָה Schánah significat Mutare; unde volunt dici q. Mutationem legis hujus, vel, Mutabilem Legem hanc; sc. quoad Scripturam; Deinde ex voce sy-
nonima

nonyma Chaldaica נישטְרָן Nishteran, Esrae 4. 7. Vide suprà in Testimonia Talmudico, quod adducitur Thes. 42.

Sed quis non animadvertisit, quād elumbes sit hoc argumentum? **מִשְׁנָה**? Mischne hīc significat *Duplum, Secundum, Secundanum: Exemplar duplicatum & iteratum, Απορρεψαντα ex αιλογενεσι vel περιγραφη descriptum*, ut cuivis ex sensu facile liquere potest. Nam **שְׁנָה**? schánah non significat tantum *Mutare*: sed etiam, *Iterare, Secundo facere*. In Talmud ipso explicatur *Exemplar duplex, Duo exemplaria*, q. duo exemplaria sibi hīc Rex describere juberetur. Verba sunt: **אֵלֶּא מַתְּאֵם אֲתָּא מִתְּרָא מִתְּרָא שְׁנָה**? *משנה תורה אחת לשתי תורה אחת שיזכרת: sed (subintellige, secundum ejus sententiam, qui dicit, Scripturam Hebræorum nunquam mutatam esse) quomodo conciliabo id quod dicitur Mischne Legis hujus, Deut. 17. v. 18. § 8. intelligitur id de duabus Legibus, (h. e. deduobus exemplaribus Legis,) quarum una egredi & ingredi debet cum ipso (i. e. quorum unum serviat quotidiano usui, ut secum illud ubiq; circumferat;) alterareponatur ab ipso in Archivis, &c.*

70. Tertio argumentantur ibidem in Talmud ex eo quod Dan. 5. v. 8. de Scriptura Angeli in pariete dicitur, **הִנֵּה כָּלֵן כְּתָבָה לְמִקְרָא וּפְשָׂרוֹת לְהַזְוָעָה לְמִלְכָה**? Non potuerunt Scripturam legere, & interpretationem notam facere Regi. Hoc argumentum præsupponit, Scripturam illam in pariete factam fuisse literis Hebraicis hodiernis. Hinc in Josepho Gorionide legitur lib. I. cap. I. **הַזְוָעָה לְשׁוֹן הַקֹּרְשׁ וְהַכְּתָבָה לְשׁוֹן אֲרָמָה**? *Luere fuerunt lingua sancti, & Verba lingua Aramaea. Itaque cum præter Chaldeos ibi fuerint multi quoque Judæi, mirum est, illos scripturam hanc non agnoverisse, neque legere potuisse.*

Talmudici hīc ad Cabalistica somnia configiunt, quasi literæ fuerint vel transpositæ, vel permutatae. Sed alii planius respondent, id est Judæorum neminem, præter Danielē, potuisse illam Scripturam legere, quod illa non in vulgari usu, & non nisi paucis quibusdam, qualis fuit Daniel, Esras, & illorum similes, nota; & tūm primò iterum, quasi de novo reperta, restituta, & in usum revocata fuerit. Quod si vero hæc scriptura sit Assyriaca, & Assyriorum semperfuit, uti quidam volunt, annon magis mirum, ex omnibus sapientibus Regis Babyloniae, neminem illam Scripturam legere & interpretari potuisse? Annō inde rectè concluditur, scripturam illam Babylonis & Assyriis prorsus novam, insolentem, & peregrinam fuisse, cūm nemo ex illis eam legere potuerit; Judæis vero non ita prorsus incognitam, cūm Daniel eam legere & interpretari potuerit? R. Abraham Harophe ita responderet: R. Jose ex his verbis concludit, Eo die datam fuisse demum illam Scripturam. Ego vero non video, quomodo consequentia ista

eliciatur ex verbis istis. Nam licet verum esse concedatur, quod Sapientes Regis Belschazzari non potuerint Scripturam illam legere, an propterea sequitur, illo die Legem Efra fuisse datam? Annon potius ideo non potuerunt Sapientes Babelis legere Scripturam illam, quod terra Arameorum procul disita fuerit à Babyloniam, propinquior autem terra Israëlis. Sicut scriptum est 2. Reg. 20. 14. Et venit Esajas Prophetæ ad Regem Hiskiam, dixitque ei; Quid dixerunt viri isti? Et unde venerunt ad te? Respondit Hiskias; De terra longinqua venerunt, de Babel. Item 2. Reg. 18. v. 26. Et dixit Eliakim, filius Hilkiyah, & Sebna & Joab, ad Rabsacem; Loquere obsecro servis tuis Aramicè, siquidem id intelligimus, & ne loquaris nobiscum Judaicè. Quin & licet Sapientes Babelis non potuerint legere Scripturam illam, que fuit Aramaea, non propterea necesse fuit, Israëlitis Legem scribi scripturam novam & linguam aliam, quam à Mose.

71. Quartò argumentantur nonnulli ex Historia, in hunc sensum; Coloni illi, qui à Rege Assyria in Israëitarum locum in terram fuerunt deducti, Samaritanis postea à loco habitacionis dicti, de quibus supra Th. 49. à Sacerdote illo Israëlico, qui ad ipsos in Lege Dei veri erudiendos missus fuit, Legem procul dubio ab ipso acceperunt, non aliis characteribus descriptam, quam quibus Israëlite à Mose ad illam usq[ue] diem usq[ue] fuerunt.

Acceperunt autem ab ipso Legem, non literis Hebraicis hodiernis, sed Samaritanis dictis, scriptam. Ergo ille sunt vere literæ, à Mose ad illam usque diem inter Israëitas usitatae.

72. Conceditur totum Argumentum de literis Judæorum vulgaribus. Nam dicunt Hebrei, etiam inde à Mose usque, literas Samaritanas inter Israëitas usitatas fuisse, tūm ad usum civilem & politicum, tūm ad vulgaria Legis exemplaria describenda. Secundum negant, illas literas solas tunc Israëitas habuisse: negant, esse primigenias & veras Hebraicas literas, atque adeò eas ipsas, quibus Deus Legem Tabulis insculpsit: negant, has literas antea inter Israëitas non fuisse: negant, has literas antea Assyro-rum fuisse proprias, & ab ipsis mutatas: quæ omnia isto arguento non probantur.

Quinto instant; Cùm Judeos, qui ad captivitatem Babylonicam iisdem usi fuerunt literis, in captivitate non solum lingue proprio paulatim coperit oblitio, ut minus familiaris inter eos esse coperit, contraq[ue], Chaldaica illis quasi vernacula evaserit; sed etiam proprietorum Characterum veluti oblieti, Chaldaicis assuefacti sint; probabile est, solutâ captivitate, Efram Legem & integrâ sacra Biblia Judeis descriptissime characteribus Chaldaicis, qui in captivitate Judeis evaserant una cum ipsa lingua familiares: Item, Cùm Samaritani, quibus cum Judei odium capitale semper exercuerunt, Hebraicis literis cum si fuerint, easq[ue] Judei, à captivitate reversi, illis eripere non possent; probabile est, ne quicquam

quicquam hac in parte cum illis commune haberent, illas suas literas illis relinquere maluisse, & Chaldaicas, quibus in captivitate assueverant, in eorum locum assumpsisse.

¶. In utroque argumento nulla est consequentia. Non in primo; *Lingua & Scriptura Chaldaica in captivitate Judeis facta est familiaris.*

Ergo soluta captivitate Scripturam suam deseruerunt, & Legem suam literis Chaldaicis, quibus in captivitate assueverant, scribere voluerunt.

Quamvis enim in Babylonia linguam Chaldaeam addidicerint, eamq; sibi familiarem reddiderint; tamen interea semper Legem Dei, Hebraicè scriptam, in sacris retinuerunt; licet postea interpretationem etiam Chaldaicam propter plebejos & idiotas adjunxerint. Nec ulla probabilitas est; ipsos linguae familiaris causâ, Legem, & Scripturam suam originalem atque authenticam, prorsus deserere voluisse. An credibile est, Esram hoc Judæis indulsurum & permisurum fuisse, nedum ut ipse hujus rei author esse & dici voluerit? An rem tam parvi momenti esse putamus, Literas, quas Deus suis digitis consecravit, quas Moses Legislator ab ipso accepit, quâ Lex & Prophetæ ex instinctu Sp. Dei conscripti fuerunt, mutare, & privatâ ac propriâ authoritate אַתָּה בְּרֹכָה Literas propheticas ac Barbaras in eorum locum substituere? Nullum enim hujus rei mandatum uspiam reperitur. Ubiunque terrarum hodiè Judæi degunt in Oriente & Occidente, lingua illius terræ, quam inhabitant, ipsis est vernacula: sed an propterea literas quoque in Scripturis sacris permutant? An hoc esset legem restituere, restaurare, quo nomine celebratur Esras? Præterea, an non contrà potius concludere liceret, Judæos, cùm è Babylone in terram suam reverterentur, de his omnibus paulatim deserendis cogitationes animo suo volvisse? Denique dubiâ hac nütetur hoc argumentum hypothesis; *Literas istas Chaldaeorum & Assyriorum proprias fuisse;* quæ nondum probata. Contrarium enim potius videtur, Chaldaeos & Assyrios literas istas ab Hebræis accepisse ac didicisse.

Secundum quoque argumentum nihil probat: Nam cùm Samaritani veras literas Hebraicas nunquam habuerint, eæ quoq; ipsis à Judæis non potuerunt relinquere. Vulgares acceperunt: illas retinuerunt. Mutationem characteris instituit Esras, ut distinctio esset inter ipsos & Judæos, sed talem, quâ Samaritanas, tanquam communes & vulgares, abrogavit, & Samaritanis reliquit: Judæis autem characteris Hebræi veri & sacri usum universalem indixit, ut pluribus suprà est declaratum.

73. Cum his diluitur eadem operâ, quod R. Joseph Albo dicit, *Esram characteres sacros Hebraicos cum Assyriis permutasse,* וְעַשְׂוֵת זֶבַח לְגַזְלָה